Nomen (in titulo ineunte: nomen aut verbum) non perscriptum quod certe solvi non potest; nota ponitur etiam, si incertum est, utrum de verbo an de nomine agatur

$\langle abc \rangle$	Verbum ab editore loco litterae inversae aut notae in inscriptione positae inductum
$\langle Manius \rangle$	M' . i. e. <i>Manius</i>
$\langle crux \rangle$	Imago inscriptioni inserta vel adiecta, quam editor verbo uno verbisve compluribus descripsit
(scil. <i>abc</i>)	Verbum in textu non scriptum, sed subauditum, quod editor addidit
$\langle - - - \rangle, \langle - - - - - \rangle$	Inscriptio non ad finem perducta
Interpunctio	
$A \circ B \circ C$	Interpunctio inter singulas aut litteras aut syllabas aut verba posita
Aliae notae editoris	
(!)	Nota editoris ut lector attento animo aliquid perpendat
(vac. 3), (vac. 3?), (vac.)	Tractus versus qui non inscripti fuisse videntur quorumque amplitudo, numero litterarum expressa, certius aut minus certe aut nullo modo computari potest (quae res non adnotatur nisi maioris momenti videtur)
(vac.?)	Superficies ita corrupta, ut utrum inscripta fuerit necne statui non possit
$ab[c?], ab(c?), ab\{c?\}, ab\langle c?\rangle, ab^{\circ}c^{\circ}, abc(?)$	Nota editoris quae ponitur post verbum aut syllabam aut litteram, si suppleta vel soluta vel expuncta vel adiecta vel correctata incerta sunt vel si de lectione interpretationeve dubitatur

H. KRUMMREY

I. TITVL CIA

(vol. II conv. Carth. cap. II [n. 3069–3071; cf. p. 943 n. 5872]; p. 688 [n. 4976, 31])

Municipium (tribus: Quirina)

Titulcia (olim *Bayona de Tajuña*) (M).

Accedunt *Ciempozuelos*, *Morata de Tajuña*, *Chinchón*, *Aranjuez*, *Borox* (TO), *Seseña* (TO), *Torrejón de Velasco*, *Parla*, *Getafe*, *Arroyomolinos*, *Móstoles* (omnia M praeter dictae in TO)


Titulcia, Ptolemaeo (*geog.* 2, 6, 57: Τίτουλκία vel in codd. quibusdam Τίτουακία) civitas Carpetanorum, nodus ac coitus viarum principalium fuit, quibus transiebatur regio Hispaniae media, nam in hunc locum conveniebant via, quae Augusta Emerita ducebat Caesaraugustam, et altera, quae Asturica Augusta ferebat Laminium (*Itin. Anton.* 435, 4–5; 436, 1; 438, 8; 439, 11). Intervalla autem, quibus distare dicitur ab oppidis vicinis – Toletum m. p. 24, Complutum m. p. 30 (*Itin. Anton.* 438, 7–9; cf. RAVENN. p. 312, 9: *cuius* [scil. *Compluti*] *affinalis est civitas, quae dicitur Titultiam*), Segovia per Miaccum m. p. 48 (*Itin. Anton.* 435, 5–436, 1) – partim male tradita esse patet; unde de loco, ubi quaerenda sit, adhuc controversia est. Plurimis auctoribus usque ad saec. XIX Titulciam in oppido *Bayona de Tajuña* ponendam esse placuit (*Illescas* maluit A. DE NEBRIJA, *Aranjuez* José CORNIDE, cf. ÁLVAREZ DE QUINDÓS 1804, 82), cui itaque a. 1814 iterum nomen antiquum *Titulcia* inditum est; saec. XX autem propositi sunt praeter *Aranjuez* (cf. A. PERNIA RODRÍGUEZ, in: *TIR Hoja* K-30, 222 s. v. *Titulcia*; CAMPEDELLI XVII/1 p. 190, 210) alii loci longius siti ut *Majadahonda* (ARIAS 1987, 365–366 et saepius) vel *Carranque* (FERNÁNDEZ-GALIANO 2001c, 27–28 et saepius) vel locus quidam inter *Casarrubios del Monte* et *Móstoles* situs (RODRÍGUEZ MORALES 2001, 15–16). Quae respuimus STYLOW – VON HESBERG 2004, nam, cum saxa arcus permagni imperatoribus fortasse dicati, quae ex adverso oppidi *Titulcia* inventa sunt (cf. tit. n. 13, 1), locum clarum fuisse probarent, tum in

effossionibus nuper in ipso oppido institutis reliquiae aetatum omnium ab aenea usque ad mediam prodierunt, ita ut vix dubites hic non solum mansionem, id quod crediderunt nonnulli, sed oppidum haud ignobile extitisse. Et profecto locus ipsa natura commendatur ad oppidum firmum condendum, nam collis undique praeruptus imminet super fluvios *Jarama* et *Tagonium* (*Tajuña*) confluentes, quorum vadis, postea certe pontibus, praesidet. Civitatem ab imperatoribus Flaviis municipium Latinum constitutam esse colligitur ex Quirina tribu virorum principalium, qui arcum fecerunt (tit. n. 13, 1). Cum de finibus agrorum *Titulciae* non constet, locorum naturam secuti sumus meridiionalem limitem statuentes in valle fluvii *Tagi*, trans quem adiacebant territoria Segobrigense et Toletanum, hoc etiam ab occidente attingens. Septentrionem versus finitimi erant agri Mantuensium eiusdem conventus (cf. PTOL. *geog.* 2, 6, 57) et Complutensium Caesaraugustani.

Tituli praeter arcum memoratum et instrumenta privata pauca sepulcrales sunt omnes fere, tabulis marmoreis vel calcareis inscripti plurimi in regione *Titulcia* et *Aranjuez* inventi, stelis ceterorum pars maior inscripta. Aram sepulcralem habes n. 13, 13 tantum.

Non recepi tit. n. II 4984 Emporitenum, quem HÜBNER inter eos originis incertae protulit primum, deinde *Aranjuez* attribuit monente RADA 1875a, 505 (II 5871) et postea inter tit. Emporitanos contulit (II 6182).

A. U. S.



Tabula geographica a G. GARCÍA ATIÉNZAR et J. M. A. del.

Tituli oppidi et agri
(13, 1–29)

Titulcia et Ciempozuelos

13, 1 tit. operis publici

Parallelepipeda quattuor ex lapide arenaceo calcario fusco, quorum bina ($a+b$ et $c+d$) iungi possunt, supra et infra levigata, a tergo minus affabre, alt. 62,5, crass. 45, lat. a (in duas partes confractum) 192,5, b 149, c 139,5, d 143. Latera rude ad anathyrosin edolata sunt parallelepipedo d excepto, quod a dextra levigatum est. Litt. 26 (v. 1; litt. I longa 27,5), 15 (v. 2; litt. I longa 17); puncta triangularia diverse directa, v. 2 post *eidem[que]* raro modo, quamvis eleganti, supra versum eductum. Rep. a. 1976 una cum 35 saxis quadratis, cuneis arcuum, fragmentis coronae “geison” dictae in ripa occidentali fluvii *Jarama*, quae ripa oppidi *Ciempozuelos* est, sed e conspectu oppidi *Titulcia* sita, circ. 100 m adverso flumine a ponte vetere, quo ab oppido *Ciempozuelos* itur *Titulcia*, cum arenae et glareae effoderentur a negotio “*Gravera Jarama*”. Servabantur *Madrid* in *M. A. N.* (inv. n. exp. 1981/76), ubi descripsi a. 1984, im. phot. sumpsit G. K. S., contuli a. 2002; nunc sunt *Alcalá de Henares* in *M. A. R.*



Fig. a



Fig. b

Parallelepipeda $a+b$

[- - -] F QVIR ◦ SEVERVS ◦ NEPO[- - -]
[- - -] EIDEM[Q]VE ◦ DEDICARVNT ◦

Parallelepipeda $c+d$

[- - -] S ◦ EX ◦ PRISCO ◦ FILIO
(vac.)

Fig. a–b: Im. phot. a G. K. S. sumptae.

MARINER 1983, 347–354 cum im. phot. et del. (*AE* 1983, 603); KNAPP 1992, 172–173 n. 194 cum im. phot. et del.; NÜNNERICH-ASMUS 1996a, 121–169 cum im. phot. et saxorum arcusque im. del.; RUIZ TRAPERO 2001, 146–147 n. 67 cum im. phot.; STYLOW – VON HESBERG 2004, 205–240 cum im. phot. et arcus, qualis fuisse potest, im. del. (*AE* 2004, 805; *HEp* 13, 2003/04, 450). – Cf. BLANCO 1982, 195–196; CABALLERO – MARINÉ 1984, 83; ALFÖLDY 1987a, 65; ABASCAL 1990b, 136 adn. 8 (*HEp* 4, 1994, 532); NÜNNERICH-ASMUS 1996b, 60; ECK 2004, 378.

Saxa $c+d$ eis $a+b$ anteposuit MARINER intellegens titulum sepulcralem, quem *Sex(tio) Prisco filio et nepo[ti]* cuidam ignoto possissent [- - -] f. *Quir. Severus* et ignotus quidam. Quem fere secuti sunt omnes eodemque ordine saxa exposita

erant in *M. A. N.* Talem titulum autem stare non posse manifestum est (quod monuimus ego in *HEp* 4, 1994, 532 et explicitate ECK), unde EDITORES *AE* maluerunt solvere *Sex(tio)* vel *Sex(tilio)*, similiter restituit ABASCAL versus tres (!) [- *Sex(tio)* -] f. *Quir. Prisco et - - - Sex(tio) Prisco filio* | [- - - et - *Sex(tius)* -] f. *Quir. Severus nepo[tes]* | [*dederunt?*] *eidem[que] dedic[a- (ve)runt*. Cognomen Nepotis intellexit KNAPP; utrum scriberet *Nero[s]* an *Nepo[s]*, dubitavit RUIZ TRAPERO 2001, 146–147. 308. 309.

Saxa inscripta ad anathyrosin edolata esse fugit omnes. Quae autem deest in latere dextro saxi D levigato, quod ideo extremum est tituli. Iusto ordine saxa me monente exponuntur in *M. A. R.* Desiderari videtur saxum unum minus latum inter $a+b$ et $c+d$, titulus restituendus ita fere:

[- - - et - - -] *f(ilius) ° Quir(ina scil. tribu) ° Severus ° nepo[s eius cum] Sex(to) ° Prisco ° filio*
 [- - -] *eidem[que] ° dedicarunt °*

Monumentum, cui titulus affixus erat, sepulcrale sive honorarium Sexto Prisco dedicatum putaverunt omnes, arcum fuisse perspexit et probavit NÜNNERICH-ASMUS prima (id quod iam suspicati erant CABALLERO – MARINÉ et KNAPP), quae tituli ordine neglecto ex saxis servatis latitudinem aestimavit minimum 6,67 m (circ. 9 m CABALLERO – MARINÉ).

Saxa quattuor inscripta, quae servantur, patent 6,24 m in latitudinem; addito saxo illo interposito, quod postulat, efficiuntur 7,9 m. In parte sinistra tituli perdita desiderantur nomen viri unius integrum et pars nominis alterius. Praenomina nominibus cognominibusque brevioribus restitutis – velut exempli causa [*C(aius) Iulius L(uci) f(ilius) Quir(ina) Rufus et C(aius) Iulius L(uci) f(ilius)*] cet. – efficitur latitudo tituli tota 13,73 m, in quod quadrarent supplementa v. 2 ut

[*arcum fecerunt*]. Si autem supple nominata huius regionis paullo longiora velut [*L(ucius) Aemilius L(uci) f(ilius) Quir(ina) Proculus et C(aius) Aemilius S(exti) f(ilius)*] cet., facile pervenit ad 15,6 m vel immo plura, si honos quis ut duoviratus laudabatur vel pater viri prioris non praenomine, sed nomine proprio appellabatur. V. 2 cogitabis de supplementis ut [*arcum de suo fecerunt*] vel [*arcum cum stauis fecerunt*]. Arcus autem amplitudinis talis nullo modo privatis positos esse, sed imperatoribus dedicatos arguimus STYLOW – VON HESBERG, monstrantes hunc arcum igitur ex Quirinae tribus mentione et litterarum formis uno vel pluribus imperatorum Flavio-positum esse a proceribus novi municipii Flavii Titulciae in aditu pontis fluvii *Jarama*, ubi conveniebant viae peninsulae mediae principales (cf. praefationem).
 A. U. S.

13, 2 (= II 3069 cf. p. 943) tit. sepulcralis

Tabula marmorea 53 × 134 × 15. Litt. 8,57 (v. 1–4), 5,5 (v. 5); puncta triangularia diverse directa. Rep. Titulciae (hodie *Titulcia*, olim *Bayona de Tajuña*) CABALLERO, in domo *F. del Nero* pertinente FERNÁNDEZ-GUERRA. A. 1918 extabat *en la pared de la cochera de la casona solariega de los Sres. Lomba y Pedraja ROSO DE LUNA*, sub a. 1934 *en el portal de la casa de los dueños de la Granja del Henar FUIDIO*. Servatur *Aranjuez* in hortis collegii societatis Iesu, nunc ordinis Salesianorum, ubi descripsi a. 1987 et im. phot. sumpsi.



Acilia ° Anneza ° sibi et ° L(ucio) °
Aemilio ° Materno marito
et ° Aemiliae ° Maternae °
filiae ° viva ° fecit ° I(- - -) ° D(- - -) ° D(- - -) °
 5 *h(ic) ° l(ocus?) ° h(eredem) ° n(on) ° s(equetur)*

Im. phot. ab A. U. S. sumpta.

HÜBNER II 3069, qui habuit descriptum a F. CABALLERO per A. DELGADO (VIVES, *ILER* 4917) et iterum ab A. FERNÁNDEZ-GUERRA (II p. 943); ROSO DE LUNA 1918, 279–280; FUIDIO 1934, 136 n. 64; KNAPP 1992, 171–172 n. 193 a me descriptum et cum im. del. et cum im. phot. ab A. VERA MORENA missa (RUIZ TRAPEIRO 2001, 186–187 n. 98 cum im. phot.). – Cf. ALBERTOS 1966, 27; ephemeridem *El País* d. 26 m. Sept. a. 1981, 22 (im. phot. tantum) et ibid. d. 9 m. Oct. a. 1981, ubi epistula a me missa exhibetur; ALFÖLDY 1987a, 65 adn. 203.

1 in. *Anneza* nomen Celticum putavit ALBERTOS, idem ac *Annedia* sive *Annetia* KNAPP, *Anneṛa* em. HÜBNER sine idonea causa, 1 ex. L om. FUIDIO. – 4 *filia* FUIDIO; ex. *i(isdemque) d(edit) d(edicavit)* solvit ALFÖLDY, item KNAPP, id quod addubitavimus STYLOW – VON HESBERG 2004, 220 adn. 58. – 5 formulam singularem solvit HÜBNER dubitans.

Ex formis litterarum formulisque saec. I posteriori tribuit KNAPP, recte. A. U. S.

13, 3 tit. sepulcralis

Stela ex lapide arenaceo helvo, a dextra et a tergo natura admodum levigata, a sinistra et supra mutila, infra fracta. Summa pars leviter rotundata est et duobus acroteriis instructa, quorum sinistrum periit, fune semicirculato cincta, intra quem insculptum est schema floris vel astri geometricum magnum inter duo alia minora. Litt. 3,5/4 (v. 1–4), 3/3,5 (5–6); puncta triangularia. Rep. una cum saxis arcus tit. n. 13, 1. Servatur *Ciempozuelos* apud privatum quendam, ubi descripsi a. 2003 et im. phot. sumpsi.



G(aius) ° Iulius ° anno-
r(um) ° XI ° h(ic) ° s(itus) est °
s(it) t(erra) l(evis) °
Iulia ° Iagena
 5 *h(ic) s(ita) ° est °*
s(it) t(erra) l(evis) °

Im. phot. ab A. U. S. sumpta.

STYLOW – VON HESBERG 2004, 264–265 cum im. phot. (*AE* 2004, 806; *HEp* 13, 2003/04, 448).

Iagenae cognomen aliunde ignotum indigenum puto ut Medugeni, Rectugeni, cet., cf. ALBERTOS 1966, 279–280. Mulier stelam filio (aut fratri?) et sibi viva posuisse videtur.

Ex formis litterarum formulisque et quod defunctus cognomine caret, saec. I prioris. A. U. S.

13, 4 ara incerti generis

Ara ex lapide granato corona et crepidine undique, sed non a tergo prominentibus satis exesa 100 × 35/50 × 30/34. Corona praedita est fastigio, pulvinis, foco magno rotundo. Titulus penitus evanuit. Rep. est anno ignoto haud procul a loco, ubi prodierunt saxa arcus tit. n. 13, 1. Servatur *Ciempozuelos* apud privatum quendam, ubi a. 2003 descripsi et im. phot. sumpsi.



Im. phot. ab A. U. S. sumpta.

STYLOW – VON HESBERG 2004, 263–264 (*HEp* 13, 2003/04, 449).

Aram deo alicui dedicatam putare maluerim quam sepulcralem. A. U. S.

13, 5 instrumentum

Pondus iugi textorii fictile duobus foraminibus instructum 9 × 5,5–6,4 × 3,3–3,8. Titulus signaculo impressus (1,2 × 3,2) litteris prominentibus inversis (sinistrorsum legendis) extat in summa facie. Rep. a. 2006 *Titulcia* in effossionibus institutis a J. POLO LÓPEZ et C. VALENCIANO PRIETO in *cl Cuesta Tejera 2*. Descripsimus pondus, quod mox *Alcalá de Henares* in M. A. R. profecturum est, a. 2006; im. phot. dedit J. POLO LÓPEZ.



Licini

Im. a J. POLO LÓPEZ sumpta.

Nomen eius videtur, qui fabricavit. Idem nomen eodem modo, quamquam litteris maioribus, impressum habes in tegula originis incertae in R. A. H. servata (ABASCAL – GIMENO 2000, 500a; *HEp* 10, 2000, 682).

Ex vasorum fragmentis simul repertis est aetatis imperatorum Flaviorum. H. G. P. – A. U. S.

13, 6 (= II 4976, 31) instrumentum

Es un asa de un vaso que al parecer no fue muy grande aunque debió ser muy pesado y macizo, como lo es el asa que tiene estas letras MORALES 1565/77; *medio cerco de oro* MORALES 1574. Rep. saec. XVI *en la villa de Vayona cerca de los Reales bosques de Aranzuez* [scil. *Bayona de Tajuña*, nunc *Titulcia*]. Servabatur apud A. DE MORALES. Periiit.

VTERE FELIX SIMPLICI.

Uttere felix Simplicii

MORALES in epistula ad A. CHACÓN missa d. 27 m. Oct. a. 1565 (a B. CANO publici iuris facta in MORALES 1793, II 295); ID. 1574 f. 407r (J. VEGA apud ELIES Y RUBERT 1787 p. XXXIX; MASDEU 1783/1805, VI 460 n. 1237; CEÁN 1832, 53; HÜBNER II 4976, 31).

Fuit ansa vasis aurei.

Et nomen Simplicii et formula spectant ad aetatem antiquam labentem, Visigotharum fortasse. A. U. S. – J. M. A.

13, 7 tit. sepulcralis

Tabula. Sub a. 1990 servabatur *en una finca de la zona de Ciempozuelos*. Ex im. phot. tit. descriptum habuimus ab amicis.

Voconia Sincera L(ucio)

Caecilio Sincero filio pio an(norum) XXV

Caecilio Ep{r}aph{r}odito ° viro

Aelio ° Natali ° patri ° Voconiae

5 *Myrtale ° matri ° d(e) ° s(uo) ° f(aciendum) ° c(uravit) ° d(edicavit?)*

3 EPRAPHODITO lapis. – 5 ex. *d(edicavit)* supplevimus dubitantes, sed cf. supra tit. n. 13, 2.

Ex ordine tituli nominumque ratione saec. II videtur.

A. U. S. – H. G. P.

Morata de Tajuña

13, 8 tit. sepulcralis

Lapida con letras goticas. Rep. sub a. 1545 Morata de Tajuña a las postreras casas de ella una cum aliis titulis Relaciones ms. 1574/78. Perit.

et Minicius [- - -]

heredes [ex testamento? f(aciendum) c(uraverunt)]

Relaciones, ms. 1574/78 (ed. 1993, 494) (CURCHIN 1995b, 508–509 [AE 1995, 899; HEP 6, 1996, 644]; inde RUIZ TRAPERO 2001, 168 n. 85).

ET MINICIVS HEREDES Relaciones, ms. 1574/78, supplevit et versus divisit CURCHIN, qui litteras Gothicas, quibus titulus scriptus esse dicitur, re vera librarias fuisse suspicatus est, vix probabiliter; at certe titulus non fuit Christianus.

Saec. I vel II.

A. U. S.

13, 9 tit. sepulcralis

Inter Morata de Tajuña et un despoblado que llaman Heza, que esta en el termino de Chinchón [fortasse locus Valdeza dictus 3,5 km a Morata situs inter septentrionem et occidentem versus CURCHIN] toda la tierra intermedia el valle abajo a la falda de los montes que están hacia el septentrión, está todo llano de cimientos y de cascotes de tejas, y se han ballado algunas piedras labradas con molduras, y otras escritas con letras góticas, romanas en lengua latina, y una de ellas está puesta en la torre de [Morata] y dice ... Relaciones, ms. 1574/78. Perit.

D(is) [M(anibus) s(acrum)?]

Licinia [- - -]

Relaciones, ms. 1574/78 (ed. 1993, 490) (CEÁN 1832, 95; ex eis CURCHIN 1995b, 509 [AE 1995, 900; HEP 6, 1996, 645]; inde RUIZ TRAPERO 2001, 169 n. 86).

D (om. CEÁN) | LICINIA traditur, suppl. CURCHIN.

Saec. II vel III.

A. U. S.

Chinchón

13, 10 (= II 3070) tit. sepulcralis

Lapis 33 × 28 × ? JIMÉNEZ DE GREGORIO. V. 1 puncta. En Chinchón CORNIDE, por lintel de la puerta de una casa de Don Isidro Díaz, que está en la plaza de dicha villa CAPISTRANO, en un lintel de una de las casas de la Plaza Mayor JIMÉNEZ DE GREGORIO. Frustra quaesivit STYLOW a. 1987. Latet aut perit. Contuli ex im. del. a CORNIDE tradita.

D(is) ° M(anibus) ° s(acrum)

Aemilius ° Faustus

Aemilie (!)

Pie (!) uxori indulgen-

5 tissime (!)

et sibi vivus faci-


endum

curavit

Im. del. a CORNIDE tradita.

CORNIDE, ms. circa 1794 (exstat R. A. H. sign. 9/3895/12, ediderunt ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 205; e CORNIDE pendet HÜBNER II 3070 [VIVES, ILER 4395]); CAPISTRANO 1802, 143

versibus aliter divisis (ex PRIORIBUS JIMÉNEZ DE GREGORIO 1970, 298; KNAPP 1992, 178–179 n. 202; RUIZ TRAPERO 2001, 145 n. 66).



6–8 verba ultima in lapide F C breviata fuisse suspicatus sum 1992, sine necessitate.


Ex nominum ratione et formulis saec. II posterioris.

R. C. K.

Aranjuez

13, 11 tit. sepulcralis

Stela marmorea superne rotundata 50 × 40 × 18. Litt. ad librarias accedentes 7 (v. 1), 3–4 (cet.); puncta rotunda. Rep. a. 1986 prope Aranjuez, in tierras llanas de labor, inter parietinas villae Romanae una cum stela et ara tit. sq. Servabatur Alcalá de Henares in T. E. A. R., ubi descripsit KNAPP a. 1988, nunc in M. A. R. (inv. n. 17/01/1013), quod im. phot. dedit.



D(is) ° M(anibus) ° s(acrum)

Candida ° Ca-

ec(iliae) ° Severe (!) ° ser(va)

b(ic) s(ita) e(st)

5 s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a M. TORQUEMADA sumptam dedit M. A. R.

CANTO 1986/87, 165–167 n. 3 cum im. phot. (AE 1988, 828; HEP 1, 1989, 466; ABASCAL 1990b, 137 adn. 11); KNAPP 1992, 179–180 n. 203 cum im. del. et phot.; RUIZ TRAPERO 2001, 128–129 n. 55 cum im. phot.

2–3 *Calec(inae)* solvit CANTO (item RUIZ), quae virum haud diversum rata est a L. Caecina C. f. Severo in titulis Tarracoenisibus n. 14, 1011–1013 memorato, *Calec(ilii)* suppl. EDITORES AE et ABASCAL 1990b et KNAPP, qui putavit eundem virum laudari in arcu Titulciensi (supra n. 13, 1); *Severi* omnes, corr. nuper ABASCAL ex im. phot.

Saec. I ex. vel II in. tribuit CANTO propter titulos Tarracoenenses; ex formulis litterarumque formis autem est saec. II posterioris vel III prioris. R. C. K. – J. M. A.

13, 12 tit. sepulcralis

Stela ex lapide arenaceo (calcario CANTO) undique mutila, infra a sinistra fracta 60 × 43 × 13,5. Litt. 6 (v. 1), 4,5–3,5 (v. 2–6); puncta rotunda. Rep. una cum stela tit. praecedentis et ara tit. sq. Servatur *Alcalá de Henares* in T. E. A. R., ubi descripsi a. 1988 et im. phot. sumpsi.



D(is) M(anibus) s(acrum)
Fideli de-
functo
ann(orum) ° IX ° ++V
 5 *+ana fili[o]*
f(aciendum) c(uravit)

Im. phot. ab A. U. S. sumpta.

CANTO 1986/87, 165 n. 2 cum im. phot. (AE 1988, 827; HEP 1, 1989, 465); KNAPP 1992, 180–181 n. 204 cum im. del. et phot. (HEP 4, 1994, 528); RUIZ TRAPERO 2001, 130–131 n. 56 cum im. phot.

4 *ann(orum) ° LXXXIII*; + altera fuit fortasse litt. D, – 5 ANATI, – 6 *[h(ic) s(itus)] e(st) s(it) t(ibi) [t(erra) l(evis)]* CANTO, RUIZ.

Saec. II posterioris vel III prioris. R. C. K.

13, 13 tit. sepulcralis

Ara ex marmore cineraceo (ex lapide granato CANTO) corona prominente a sinistra et infra fracta (63) × 55 × 32. Corona, cui v. 1 inscriptus est, instructa est fastigio, pulvinis, foco rotundo, posteriore tempore a tergo excavata. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. 6 (v. 1), 4,3 (v. 2), 3,8 (v. 3); hederæ, v. 3 ex punctum triangulare. Rep. una cum stelis tit. praecedentium. Servatur *Alcalá de Henares* in T. E. A. R., ubi descripsi a. 1988 et im. phot. sumpsi.



D(is) ° M(anibus) ° s(acrum)
[I]ul(io) ° Euhodion[i]
[an]n(orum) ° LXXXIII ° p[io]
[in] s[ui]s [- -]

Im. phot. a T. E. A. R. datam misit M. CONTRERAS.

CANTO 1986/87, 163–165 n. 1 cum im. phot. (AE 1988, 826; HEP 1, 1989, 464); KNAPP 1992, 181 n. 205 cum im. del. et phot.; RUBIO 1994, 82 n. 47; STYLOW in: RASCÓN 1998, 199 cum im. phot.; RUIZ TRAPERO 2001, 126–127 n. 54 cum im. phot.

2 in. [C. I]ul(io) EDITORES AE. – 2 [I]ul(io) ° Euhodion CANTO, RUIZ, [I]ul(io) ° Euhodion [-2?-] KNAPP intellegentes Euhodii cognomen, [I]ul(ius) ° Euhodion[?] supplevi 1998, sed spatio aptius nomina casu dativo scripta accommodantur. – 3 *an(norum)* CANTO, KNAPP, RUIZ, 3 ex. suppl. CANTO, +[-4?-] KNAPP. – 4 *[in] s[ui]s* CANTO, [- - -] *s[ui]s*? KNAPP, *[pius] in s[ui]s* RUIZ.


Saec. II tribuerunt CANTO et KNAPP, mihi litterarum formae saec. III prius redolent. A. U. S.

13, 14 tit. sepulcralis

Stela quadrata ex lapide calcario albo duro (*Colmenar de Oreja*) in latere dextro et a tergo neglegenter levigata, supra, infra, a sinistra fracta (25) × (33) × 13. Area titulo inscribendo destinata excavata, iuxta quam a dextra palma incisa est. Supra et infra stela excavata est, infra pampino ornata. Litt. 4,5; puncta triangularia diverse directa. Rep. a. 1995 *Aranjuez* in regione *Villamejor*, en *prospección*. Servabatur *Alcalá de Henares* in T. E. A. R., ut memorat RUIZ, nunc ibidem in M. A. R. (exp. T/2000/0266/b), ubi descripsi a. 2006; im. phot. dedit museum.

[- -]nius
[- -]us ° h(ic) ° s(itus) ° e(st) °

Im. phot. a M. TORQUEMADA sumptam dedit M. A. R. RUIZ TRAPERO 2001, 134 n. 58 secundum S. RASCÓN MARQUÉS cum im. phot., quam ille dedit (HEP 11, 2001, 324).




1 [- -] + IVS RUIZ.
Saec. I med. fere (saec. I ex. vel II priori tribuit RUIZ).
A. U. S.

13, 15 (= II 3071 a cf. p. 943) tit. sepulcralis

Tabula marmorea a tergo et in lateribus levigata, a sinistra fracta et ipsa in quinque partes confracta 33 × (28,5) × 2,5. Litt. librariae 5,5 (v. 1, litt. I duae postremae et O extrema minores), 4,5 (v. 2, litt. I minor), 4 (v. 3), 3,5 (v. 4), 2,5/3 (v. 5), 2/2,5 (v. 6); puncta triangularia diverse directae; lineae ad delineandum ductae. Rep. a. 1776 *Aranjuez en la calle de Puenteverde, lado de Oeste, frente al antiguo cuartel de Reales Guardias Valonas* [i. e. in fine occidentali hortorum *Parque de la Isla* dictorum] LLAGUNO, deinde translata est *Madrid* in *Museo de Historia Natural*, postea *Madrid* in *M. A. N.* (inv. n. 16633), ubi descripserunt FERNÁNDEZ-GUERRA a. 1886 et KNAPP a. 1983, qui im. phot. sumpsit, a. 1984 et 1985 contulit STYLOW, qui fragmenta parva inferiora quattuor frustra quaesivit.

[- -] o fratri amantissimo
[qui vixit annis - - -] XXVII o mensi b(us) o VIII
[- -] merito amoris
[- -] a]portavit laudem
5 [- -] + coniugi suae
[- -] sum?]mam manum



Im. phot. a RUIZ p. 263 edita.

HÜBNER II 3071 a, qui etiam habuit descriptum ab E. LLAGUNO Y AMÍROLA, qui misit Academiae Matritensi (PONZ 1787/94, I 216 [e PONZ habuit ANONYMUS 1862, 165] et A. FERNÁNDEZ-GUERRA, ms. R. A. H. sign. 9/7373/7 et fortasse NEGUERUELA 1993, 252); RADA 1875a, 505 ex HÜBNER; RIVERO 1933, n. 237; KNAPP 1992, 182 n. 206 cum im. del. et phot. (*HEp* 4, 1994, 529); RUIZ TRAPERO 2001, 132–133 n. 57 cum im. phot. p. 263; CUGUSI 2012, 120–121 n. 179a. – Cf. GÓMEZ PALLARÉS 1995a, 75 n. M 1; URQUIJO et AL. 2001, 154 sine lectione, qui errore cum II 3077 confuderunt.

Cum tit. n. 13, 16 tit. A male coniunxerunt HÜBNER et qui eum secuti sunt: RADA et KNAPP et CUGUSI. – 2 [qui vixit annis] XXVII, – 4 [- -] r]portavit HÜBNER. – 5 + potissimum I vel T fuit. – 6 [- -] s]uam HÜBNER, [- -] sum?]mam KNAPP, RUIZ. – Cave, ne putes cum GÓMEZ PALLARÉS carmen v. 3–6, cf. CUGUSI. Iunctura “merito amoris” etiam occurrit ICVR VII 18111. Ex litterarum formis et formulis saec. III.

R. C. K. – A. U. S.

13, 16 a–b (= II 3071 b; IHC 154 cf. suppl. p. 74) titulus incerti generis, postea tit. sepulcralis Christianus.

Tabula marmorea cymatio inverso cincta crass. 2,5. Litt. circ. 16 (v. 1), 12 (v. ultimus). Aetate Visigotharum inde exsectae sunt tabellae duae aequales triangulares fere (36,5 × 16,2) et in parte postica litteris Graecis A et Ω (alt. 3,5 et 2,5) et Christi monogrammatibus (alt. 13 et 11) minio rubricatis ornatae sunt; quas pavimenti marmorei ad modum operis sectilis paratas putavit HÜBNER, IHC, vix recte, ad sepulcrum tegendum usui fuisse explicavit RADA (*formarian probablemente una cruz con otras piezas de diverso color que cerrarian los huecos que faltan para formar un rectángulo*). Rep. a. 1776 una cum tit. n. 13, 15 et eadem passae sunt. Servantur *Madrid* in *M. A. N.* (inv. n. 50131 et 50132), ubi descripsimus a. 1997, contulimus a. 2006 et DEL HOYO im. phot. partis posticae sumpsit; im. phot. partis anticae dedit museum.



Tit. A in parte antica:

[- -] SV [- -]

[- -] EM [- -]

Fig. a



Fig. β

Tit. B in parte postica:

Litt. *alpha* litt. *omega*

⊂Christi monogramma⊃ ⊂Christi monogramma⊃

Fig. α: Im. phot. tit. A partis anticae a M. A. N. sumpta.

Fig. β: Im. phot. tit. B partis posticae a J. d. H. sumpta.

Pars antica: HÜBNER II 3071 *b*, qui se descripsisse affirmavit, haud recte, nam plane habuit descriptum ab E. LLAGUNO Y AMÍROLA, qui misit Academiae Matritensi (ex eo PONZ 1787/94, I 236), et male cum tit. n. 13, 15 iunxit (RADA 1875a, 505; KNAPP 1992, 182 n. 206).

Pars postica: HÜBNER, *IHC* 154; RADA 1876, 592 cum im. del. (HÜBNER, *IHC* suppl. p. 74); ex LLAGUNO pendet A. FERNÁNDEZ-GUERRA, ms. R. A. H. sign. 9/7373/7 cum im. del. – Praeter

LLAGUNO nemo antea vidit titulos partium anticae et posticae in iisdem tabellis inscriptos esse, nam in museo exposita est tabellarum facies Christiana.


Pars antica: [- -]ISV[- -] | [- -]EM[- -] HÜBNER II 3071 *b*, qui male versus iunxit. Titulum certe alicuius momenti ex frustulis restituere ausi non sumus.

Titulus partis anticae saec. II posterioris vel III in. est ex litterarum formis; ornamenta Christiana partis posticae saec. VII.

A. U. S. – J. d. H.

13, 17 tit. sepulchralis

Tabula ex marmore cineraceo a sinistra et infra fracta (30,5) × (20) × 3. Litt. ad librarias accedentes 1,3/2; puncta desunt. Rep. sub a. 1980 *Aranjuez* a dominis fundi *la Cacara de las Ranas*, ubi iterum usui fuisse videtur in sepulcro aetatis Visigotharum. Servatur *Alcalá de Henares* in M. A. R., ubi descripsi a. 2006.



[D(is)] M(anibus) s(acrum)

[- -]nis ann(or)um XXVII

[m(ensium) - - - d(ierum) - -]XX Lucifer

[- -] pientissime (!)

5 [- -] H(- -) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a M. TORQUEMADA sumptam dedit M. A. R.

ARDANAZ 2000, 282–284 cum im. del. (*HEp* 10, 2000, 372).

2 latet cognomen defunctae, Graecum potissimum. – 3 *Lucifer* adiectivum putavit ARDANAZ, inepte, et v. 4 suppl. [*sap*]ientissime, quae corr. J. GÓMEZ-PANTOJA in *HEp*; supple *uxori* vel *coniugi*. – 5 fortasse supplendum [*sita*] *h(ic)* vel aliquid simile.

Ex litterarum formis et ex ordine tituli saec. III. J. d. H.

13, 18 tit. sepulchralis

Tabula ex marmore fulvo venis fuscis pervaso a tergo levigata, supra a dextra et infra fracta (18) × (14) × 1,5. Area titulo inscribendo destinata a sinistra linea duplici cincta. Litt. librariae 3, negligenter scarifatae linea duplici potius quam incisae. Rep. a. 1989 *Aranjuez* in effossionibus effectis in sepulcreto aetatis Visigotharum *Cacara de las Ranas* (sep. n. 99), ubi – in alterum usum sine dubio adhibita – pars tumuli cuiusdam infantis fuit. Servatur *Alcalá de Henares* in M. A. R. (inv. 1989/2/207), ubi descripsi a. 2013 S. TANTIMONACO. Im. phot. dedit M. A. R. Contuli ex im. phot.



Fuit fortasse:

 l+us u[xori pi]-
 entis[simae de]
 su[o posuit]

Im. phot. a M. TORQUEMADA sumptam dedit M. A. R.
 TANTIMONACO 2013, 185–201 (AE 2013, 901). – Cf. ARDANAZ
 2000, 159 n. 99 sine exemplo.

Supplevi exempli causa. – 1 + est E aut L. – 3 su[o f(aciendum) c(uravit)] TANTIMONACO.

Quia litterae iuste incisae non sunt, titulum incohatum postea reiectum neque umquam positum esse putavit TANTIMONACO, satis probabiliter.

Ex litterarum formis saec. II posterioris. H. G. P.

13, 19 instrumentum Christianum

Fibula cinguli perae aenea cum acu undique linea duplici punctim effecta cincta 4,4 × 3,6. In angulis tribus extremis foramina sunt cum clavis, quibus fibula fixa erat cum loro e corio facto. Litt. affabre incisae circ. 0,4. Inter v. 1 et 2 duae spicae (?) incisae, infra textum lineamenta incerta. Rep. a. 1985 Aranjuez in effossionibus necropolis Visigothicae *la Cacara de las Ranas*, in sepulcro 24 supra pectus cadaveris. Servatur *Alcalá de Henares* in M. A. R. (inv. n. 1989/2/209). Descripsi ex im. phot. ab ARDANAZ 2000 edita.



Ex officina (!)
 Nepotiani

Im. phot. a M. TORQUEMADA sumptam dedit M. A. R.
 ARDANAZ 2000, 54. 258–259. 282 cum im. del. et phot. (HEp 10, 2000, 373). – Cf. ARDANAZ 1995, 47 cum im. phot. tantum (HEp 6, 1996, 641); VELÁZQUEZ 2000, 268 et 2006, 776.

Ex im. phot. ab ARDANAZ 1995 edita legit VELÁZQUEZ in HEp 6, 1996, 641, probavit ARDANAZ 2000. In eodem sepulcro reperta sunt affixa aenea (*remaches*) compluria triangularia, quibus litterae incertae (EIH et M fortasse) incisae sunt (ARDANAZ 2000, 52).

Ex fibulis similibus, quae autem titulo carere solent, saec. V ex. vel VI in. tribuerunt ARDANAZ et VELÁZQUEZ. A. U. S.

Borox (TO)

13, 20 (= II 5872) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario superne et a dextra fracta circ. (64) × (74). Puncta ubique fere posita. Rep. a. 1881 a un kilómetro del pueblo de Requena la Vieja [mun. Borox], y cinco al sudoeste de la villa de Borox ... en la heredad que llaman Cabezada de la Higuera, propiedad de Eduardo del Rincón y Paredes FITA. Latet aut periit.

 [- - -] Iulius [- - -]
 [e]t Iulia ° Cal[- - -]
 C(aius) ° Iulius ° Optatus
 et Iulius ° Que[- - -]
 5 vibi (!) ° et Iulio ° Lucenti
 f(aciendum) ° c(uraverunt)

FITA 1883c, 302–303 ex ectypo Academiae Matritensi misso a civibus oppidi *Esquivias*, inde pendent HÜBNER II 5872 et ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 65 n. 13. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 126.

2 Cal[vina] suppl. FITA, item HÜBNER, sine idonea causa. – 4 Que[situs] suppl. FITA, Que[rolus] HÜBNER, qui etiam de supplendo Qu(i)[etus] cogitavit. – 5 vibi scriptum pro vivi.

Ex ordine tituli saec. I videtur. A. U. S. – J. M. A.

Seseña

13, 21 instrumentum

Vas ex terra rubra (*terra sigillata hispanica* formae DRAGENDORFF 15/17) fractum. Titulus post coctionem stilo scarificatus in pede. Rep. *Quinto de la Hélice, en la Dehesa Nueva del Rey*, intra fines oppidi RIBAGORDA – MUÑOZ. Ubi servetur, nescio.

[- -]ATA

RIBAGORDA – MUÑOZ 1995/96, 288. 289 cum im. del. fig. 4 n. 4 (HEp 6, 1996, 927 b); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 154 n. 106 b.

J. M. A.

13, 22 instrumentum

Vas ex terra rubra (*terra sigillata hispanica* formae DRAGENDORFF 15/17) fractum. Titulus post coctionem stilo scarificatus in pede. Rep. *Quinto de la Hélice, en la Dehesa Nueva del Rey*, intra fines oppidi RIBAGORDA – MUÑOZ. Ubi servetur, nescio.

[- -]+VICIN[- -]

RIBAGORDA – MUÑOZ 1995/96, 288. 289 cum im. del. fig. 4 n. 3 (HEp 6, 1996, 927 a); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 154 n. 106 a.

1 + est hasta recta.

J. M. A.

Torrejón de Velasco

13, 23 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario, ut videtur, superne rotundata et acroteriis instructa (dextrum periit) circ. 150 × circ. 65 × ?. Pars antica in quattuor areas divisa est. Ima habet sarta florum inter duas columnas canaliculatas cum capitulis pendentia. Sequitur area titulo inscribendo destinata excavata utrimque crucibus cincta. Supra eam sunt tres series arcuum. Summa area semicircularata superne fune et undique cymatio Ionio cincta habet in medio schema floris geometricum magnum inter frondes. Litt. ad librarias accedentes circ. 6, v. 4 minores; puncta triangularia. Rep. sub a. 1930 *Torrejón de Velasco, al borde del camino que por ancha cañada conduce al pueblo de Esquivias FUIDIO, deinde en una casa particular de Torrejón*. Latet aut periit.



Domitia ◦ *Vic-*
ci ◦ *Malugeniq(um)*
[f(ilia)] ◦ *Luraezi* ◦ *Aucali-*
q(um) ◦ *uxsor* ◦ *h(ic)* ◦ *s(ita)* ◦ *e(st)* ◦ *s(it)* ◦ *t(ibi)* ◦ *t(erra)* ◦ *l(evis)*

Im. phot. a C. P. DE ALCÁNTARA sumpta.

Habui ex epistula a F. FUIDIO ad L. WICKERT data d. 28 m. Dec. a. 1930, qui stelam cum C. M. DEL RIVERO descripserat, una cum im. phot. a C. P. DE ALCÁNTARA sumpta, quae servantur inter schedas WICKERT, qui praeterea habuit descriptum ab A. SCHULTEN, et edidi STYLOW 1990, 323–332 cum im. phot. et im. ab U. VEDDER ex im. phot. del., quae ibid. p. 324–330 amplius egit de ornamentis (AE 1990, 581; KNAPP 1992, 183–184 n. 207 cum. im. del. et phot.; HEP 4, 1994, 545; RUIZ TRAPERO 2001, 190–191 n. 101 cum im. phot. et p. 286). – Cf. PÉREZ DE BARRADAS 1930, 176; FUIDIO 1934, 95–96.

3 in. E scripta est pro F, ut saepius in ea regione.

1–3 *Viccima Lugeni C. f. Ituraeri* RIVERO in epistula a FUIDIO ad WICKERT data. – 3 E IVREZI AVGAI SCHULTEN, qui v. 4 in. om. Q.

Nomina Vicci (nom. *Viccus?*) et Luraezi (nom. *Luraezus* aut est varia scriptio pro *Luraesus* vel *Luraetius?*) et nomina cognationum indigenarum (*Malugeniqum*, *Aucaliqum*) aliunde non novi.

Ex formulis litterarumque formis saec. I posterioris vel II prioris.

A. U. S.

Parla

13, 24 a–c tit. tres incerti generis

Rep. sub a. 1895 prope *Parla* a J. Miguel Martínez, quos FERNÁNDEZ GONZÁLEZ cum FITA communicavit. Periisse videntur.

FITA 1895, 286 et 1911b, 525–526 (KNAPP 1992, 184 n. 208; RUIZ TRAPERO 2001, 171 n. 88).

R. C. K.

Getafe

13, 25 instrumentum

Tabula ex argilla rutila in duas partes confracta 63 × 63 × 6,3 (44,5 × 29 × 3,3 RUIZ). In partibus antica et postica habet decussim et lineam transversam undatam digitis ante coctionem ductos. Tituli utriusque partis ante coctionem stilo scarifati sunt litteris scripturae cursivae novae in parte antica (tit. A) 8–5, in postica (tit. B) 6–4. Rep. a. 1979 in effossionibus institutis in necropoli *El Jar-*

dinillo (El Jaramillo RUIZ), La Torrecilla, quae est in ripa dextra fluvii *Manzanares*, proxime ad callem *Cañada Galiana*, ubi operculum sepulcri n. 16 iterum usui erat. Servatur *Madrid* in *Museo Municipal* exposita in cista vitrea, ubi descripsi a. 1986 et im. phot. sumpsi, ut potui.



Fig. α



Fig. β

In parte antica (tit. A)	In parte postica (tit. B)
<i>Hic no-</i>	NOISS++A
<i>vi +I+</i>	IIA

Fig. α-β: Im. phot. a Museo datae. RUIZ TRAPERO 2001, 72 cum im. phot. – Cf. PRIEGO 1980, 180–181 cum im. del. et phot.; QUERO 2006, 11 cum im. phot.

Tit. A: 2 VI | RI+ RUIZ, quae errore divisit versum; + prima fuit S potissimum, secunda N fortasse.

Tit. B: 1 NOICSINA legit RUIZ, dubitans; + prima fuit I fortasse, secunda vix N, fortasse RI.

Nihil intellexit RUIZ, sed titulos ad rem cretariam pertinere putavit. Mihi eventus amatorius describi et *hic novi* significari *hic futui* videtur (cf. PLAVT. *Most.* 894; *Persa* 131); titulus ex parte antica in posticam continuabatur.

Ex litterarum formis saec. III vel IV. A. U. S.

13, 26 instrumentum

Opus tectorium pictum undique fractum, cui titulus stilo incisus est. Rep. a. 1979 in effossionibus villae rusticae *La Torrecilla* institutis. Servatur *Alcalá de Henares* in M. A. R., ubi descripsi a. 2006; im. phot. Museum dedit.



-----?
IC[-2-3?]-+PER
vives

Im. phot. a M. A. R. data.

Cf. ALONSO – BLASCO – LUCAS 1992, 145–147 cum im. del.; GURAL 1998, 121 (v. 2 tantum); BLASCO – LUCAS 2000, 100. 103 cum im. del. et im. phot. (utroque loco sine exemplo).

1 + est hasta declivis superior, fortasse fuit A vel M.

Fortasse intellegendum est (H)ic [se]mper | vives.

Ex litterarum formis saec. III vel IV. A. U. S.

13, 27 instrumentum

Vas ex terra rubra (*terra sigillata hispánica* formae DRAGENDORFF 27) fractum. Titulus in latere plantae externo post cocturam scarifatus. Rep. a. 1979 inter cineres busti, quod casu machina apertum est, *en un arenero a la izquierda de la Cañada Galiana y a unos 700 m al norte villae rusticae La Torrecilla*. Ubi servetur, nescio.



Luci

Im. del. a LUCAS publici iuris facta.

LUCAS et AL. 1982, 219–223 cum im. del.; BLASCO – LUCAS 2000, 29 cum im. del. 382 adn. 1.

Ante nomen discernuntur elementa litt. IY similia, quae litterae sint, necne nescio. *Luci M*[- - -] BLASCO – LUCAS.

Saec. II fere. A. U. S.

Arroyomolinos

13, 28 tit. Christianus incerti generis

Lamina opistographa ex lapide sectili (*pizarra*) undique fracta (1,8) × (1,9) × 0,4. In latere A cineraceo litt. scarifatae 0,4 (v. 1), 0,8 (v. 2); in latere B rubido litt. scarifatae 0,3/0,4. Rep. circ. a. 2005 in effossionibus institutis in

fundo *El Pelicano*, Sector 9, intra fines oppidi *Arroyomolinos*. Servatur *Alcalá de Henares* in *M. A. R.* Descripsi ex im. phot. ab URBINA editis.



Tit. lateris A:

[- - -]+ON[- - -]
[- - -]+H[- - -]

Tit. lateris B:

[- - -]+B[- - -]
[- - -]+S[- - -]

Im. phot. ab URBINA liberaliter datae.

URBINA 2006, 781–782 n. 1 cum im. phot. (*HEp* 15, 2006, 256).

Tit. lateris A: 1 + est hasta recta inferior, fuit I aut T. – 2 + est lineae acclivis.

Tit. lateris B: 1 + est linea acclivis. – 2 + est linea acclivis, fuit fortasse I vel V.

Ex forma litterarum et ex vasibus una inventis saec. V ex. vel VI prioris. A. U. S.

Móstoles

13, 29 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra et a tergo scabra, supra, a sinistra, infra fracta (73) × (39) × 27. Area titulo inscribendo destinata excavata, a dextra funis schemate marginata. Litt. 4 (v. 1. 2. 6), 3,5 (cet.); puncta rotunda, v. 5 hedera. Rep. ante a. 2002 *Móstoles*, cum araretur, in regione *Arroyo del Soto* inter rudera ecclesiae fortasse aetatis Visigotharum. Servatur inde a. 2002 *Alcalá de Henares* in *M. A. R.*, ubi descripsi a. 2004.



[D(is)] M(anibus)

[-3-4-]++ano

[a]n(norum) ° XL ° Fort-
unata ° uxs(or)

5 [f(aciendum)] ° c(uravit)

[-0-1-] digno

Im. phot. a *M. A. R.* sumpta.

J. RODRÍGUEZ MORALES, *La inscripción de Móstoles*, in: www.celtiberia.net/es/biblioteca/?id=1157 cum im. phot. (*HEp* 14, 2005, 210). – Cf. MARTÍNEZ TEJERA 2006, 679–680 cum im. phot. (sine exemplo).

1 [- - -]+O GÓMEZ-PANTOJA in *HEp*. – 2 + prior fuit R aut X, fortasse A, altera I aut T, exempli causa supplendum [Vale]riano sive [Ale]xiano; [Flavi?]ano RODRÍGUEZ MORALES. – 4 [u]nata ux(or) RODRÍGUEZ MORALES, 4–7 unata ° uxolr ° cl[on(iugi)] digno | [f(aciendum)] c(uravit)? GÓMEZ-PANTOJA in *HEp*. – 6 in. versus si concinne ordinatus erat, periit fortasse vocabulum quoddam ad unam litteram breviatum ut *m(arito)* vel *v(iro)*, sed nude stare potest, cf. tit. huius Corporis vol. VI 33011.

Ex ordine tituli litterarumque formis saec. II posterioris vel III prioris. A. U. S.

II. TOLETVM

(vol. II conv. Carth. cap. III [n. 3073–3077, 3079–3080, 3085–3088; cf. p. 944 n. 5873]; p. 710)

Municipium Toledo.

Accedunt *Carranque, El Viso de San Juan, Illescas, Pantoja, Villaseca de la Sagra, Mocejón*, confluentia fluminum *Tajo et Algodor, Ocaña, Dos Barrios, La Guardia, Villanueva de Bogas, Nambroca, Villaminaya, Orgaz, Arisgotas, Sonseca, Ajofrín, Mazarambroz, Ventas con Peña Aguilera, Hontanar, San Martín de Montalbán, Pulgar, Gálvez, Polán, Guadamur, Puebla de Montalbán, Carpio de Tajo, Escalonilla, Carmena, Rielves, Huecas, Maqueda, Camarena, Métrida, Casarrubios del Monte* (omnia TO)

“Parva urbs erat, sed loco munito” (LIV. 35, 22, 7) a M. Fulvio Nobiliore a. 192 a. C. n. capta (LIV. 35, 22, 7–8, cf. *ibid.* 35, 7, 8. 39, 30, 2). Toletani “caput Carpetaniae” fuerunt (PLIN. *nat.* 3, 25), i. e. in ea regione, ubi Carpetania incipiebat, Toletum situm erat. Inter civitates Carpetanorum notum (PTOL. *geog.* 2, 6, 56: Τόλητον, cf. VILLAR 1993, 292–294), “Tago flumini impositum” (PLIN. *nat.* 3, 3, 25), ex industria cultorum iam antiquitus (GRATT. 341) ut nuperrime Toletum prominebat (GONZÁLEZ-CONDE 1992, 306). Ante aetatem Augusti nummos Toletani cuderunt, qui in altera parte aut TOLE aut V · V · TOLE (cf. VILLARONGA 1979, 242), in altera litteris CELTAMB sive C VICCIVS C F inscripti sunt (CURCHIN 1990, 228 n. 926–927 cf. *id.* 2015a, 82). Toletanos inter populos stipendiarios celeberrimos Carthaginem Novam convenientes enumerat PLIN. (*nat.* 3, 3, 25). Aetate imperatorum Flaviorum Toletum fortasse ius Latii recepit ac ad dignitatem municipii productum est (ALFÖLDY 1987a, 59–62; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 57–60); de aetate Augusti cogitaverunt MANGAS – ALVAR 1990, 94–96 et PLÁCIDO et AL. 1992, 273 (cf. STYLOW, ad *HEp* 5, 1995, 787) minus recte. Tribus municipi non constat. Nomen “Toletanus” servant tituli Toleti reperiuntur unus (13, 30) et externi sex in Africa atque Hispania reperiuntur, quorum quattuor sunt sepulcrales militum. Toletanus equestris ordinis erat praefectus equitum Volubili sepultus (n. 13, E 1). Decuriones Toletanos memorat tit. 13, 30 in honorem Imp. M. Iuli Philippi, seviratum et circenses laudat tit. 13, 31. Urbs antiqua, ubi hodie *Toledo*, in colle iuxta flumen Tagum sita erat, ut AUCTORES omnes inde saec. XVI crediderunt. Toletum fuit et in via, quae Augusta Emerita ducebat Caesaraugustam (*Itin. Ant.* 438, 7; cf. RAVENN. 312, 10 et XVII/1 p. 189–190), et in via, quae a Laminio in septentrionem ducebat (*Itin. Ant.* 446, 7: *a Laminio Toletum*); vide ROLDÁN 1975, 272; CARRASCO 2002a, 75–86. Sedes episcopum conciliorumque inde a saec. IV ex. (FLÓREZ 1747/72 V 402–408; RUBIO PIQUERAS 1929; MARTÍNEZ – RODRÍGUEZ 1984/92), inde a saec. VI medio sedes regia Visigotharum (ORLANDIS 1977, 78), huius aetatis vestigia complura supersunt (REVUELTA 1979; BARROSO – MORÍN 2007); inde metropolis provinciae Carthaginis (apud Ildephonsum Toletanum; cf. CODONER 1972).

“Reliquiae aedificiorum nonnullae” laudantur apud HÜBNER II p. 416 minus recte, nam in illo tempore circus solum notus erat. In effossionibus saec. XX intra muros urbis medii aevi in colle institutis in lucem prodierunt vestigia viarum publicarum, thermarum, inscriptiones, nummi, statuae, cet. (FUIDIO 1934, 56–57. 74–75; JORGE 1957; BALIL 1972, 10) ad urbem Romanam pertinentes. In suburbiis septentrionalibus supersunt reliquiae circi temporibus imperatorum Iuliorum et Claudiorum vel fortasse Flaviorum tribuendae (SÁNCHEZ-PALENCIA – SÁINZ 1988, 25). In effossionibus loco q. d. *La Vega Baja*, i. e. prope flumen Tagum, prodierunt opera musiva notabilissima (BALIL 1984, 433–439) et nuperrime vestigia urbis aetatis Visigotharum nonnulla et tituli sepulcrales saec. I–III. Tituli complures in urbe antiqua et in suburbiis reperiuntur in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immisi erant, ceteri (e. g. 13, 30. 33. 37. 38. 41, 52) reperiuntur in effossionibus urbis et suburborum (*Arqueología romana en Toletum* 2005), imprimis in via *Paseo del Cristo de la Vega* et *La Vega Baja* (*La Vega Baja de Toledo*, Toledo 2009; VALERO 2010b), itemque in aedificiis exstruendis inde a saec. XIX ex. *en la plaza de Zocodover* (13, 38), *en la nave baja del Hospital de Santa Cruz* (13, 36), *calle de las Bulas Viejas* (13, 37) et in *calle Nueva* (13, 41).

Territorio Toletano confines inter meridiem et occidentem versus erant *Montes de Toledo*, ad meridiem versus agri Consaburensium, ad orientem Segobrigensium, ad septentrionem oppidum Mantuae (cf. PTOL. *geogr.* 2, 6, 56), ad occidentem agri Caesarobrigensium, qui olim inter Vettones nominabantur. In ea vastissima regione reliquiae indigenae aetatis liberae rei publicae exeuntis, aetatis imperatorum et temporum Visigotharum abundant, ut effossiones complures saec. XX ex. atque XXI in. monstrant, imprimis prope flumen Tagum et iuxta flumina minora ad eum confluentia. Tituli agri Toletani 13, 81–177 in oppidis nonnullis in ea regione situs inventi sunt.

Titulos oppidi duodetriginta (13, 30–57) hodie novimus; adde titulos Christianos unum et viginti (13, 58–78). Unum STRADA 1575 tradit (13, 48), duo MORALES, ms. 1565/77 (13, 30. 44); omnes tres Codex Valentinus (GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris) continet; ex eis repeterunt FERNÁNDEZ FRANCO 1567, OCCO

1596, GRUTER 1603, FLÓREZ 1747/72 inter alios. Saec. XVI D. COVARRUBIAS et H. ROMÁN DE LA HIGUERA titulos Toletanos peritia minima contulerunt (CUELBI, ms. circ. 1600, PISA 1605 et ROJAS 1654) atque saec. XVIII F. PÉREZ BAYER et A. X. PANEL titulos excepto 13, 48 (= II 3077) denuo litteris mandaverunt (13, 30. 35. 44). Titulos sex tantum HÜBNER novit (13, 30. 34. 35. 41. 44. 48 = II 3073–3077; *EE* IX 316). De ANTIQUIORIBUS vide ea, quae amplissime disseruit HÜBNER II p. 416–417.


Tituli decem in urbe Toletana reperti sunt (13, 31. 35. 36. 37. 38. 41. 44. 45. 47. 48), ceteri in suburbio: novem in effossionibus coemeterii *Paseo de la Basílica del Cristo de la Vega* siti (13, 32. 40. 46. 49. 50. 52. 53. 54. 55), sex alii locis variis eadem regione (13, 33. 42. 43. 51. 56. 57). Tres loco incerto in lucem prodierunt (13, 30. 34. 39).

Titulus unus imperatori Philippo positus a Toletanis fuit (13, 30). Alius circenses ob honorem seviratus editos laudat (13, 31). Ceteri sunt tituli sepulcrales minores saec. I–III, quorum quasi omnes stelae ex lapide granato vel calcario sunt, praeter tabulam calcariam unam

(13, 33) et aras tres (13, 37. 45. 50). Tituli medii aevi et posterioris aevi *Toledo* reperti sunt, ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 297 n. 6*–7* et 301 n. 22*–23*.

Laboribus titulos Toletanos investigandi inde a 1979 usque ad a. 2015 nobis collegae et amici plurimi magno auxilio fuerunt. ALFONSO CABALLERO KLINK, tunc director Musei Toletani (i. e. *Museo de Santa Cruz*), titulos nonnullos nobiscum communicavit, annis insequentibus nos adiuvit, nobiscum regionem Toletanam frequenter peragravit et officia libenter nobis praebuit. Subsidium maximum etiam nobis tulerunt I. RECIO VILLAVARDE † (*Gálvez / Santa Cruz del Retamar, TO*), V. LEBLIC GARCÍA (*Toledo / Navahermosa, TO*), B. GARCÍA-OCHOA MARÍN (*Sonseca, TO*), S. CORTES HERNÁNDEZ (*Toledo*), E. OCAÑA RODRÍGUEZ (*Toledo*), J. L. TORÍO (*Ajofrín, TO*), R. HERNANDO (*Madrid*), F. MARTÍNEZ ARCOS (*Retuerta del Bullaque / Navas de Estena, CR*), J. GARCÍA GONZÁLEZ (*Toledo*), S. TANTIMONACO (*Alcalá de Henares, M / Barcelona*), J. MARTÍN (*Arisgotas, TO*) et R. ZABA (*Toledo*). Omnibus gratias maximas agimus.

J. M. A.



Tabula geographica a G. GARCÍA ATIÉNZAR et J. M. A. del.

Tituli externi ad Toletum spectantes
(13, E 1–6)

13, E 1 tit. sepulcralis, Volubili

*Dis Ma[nibus sacrum] | (A)emiliu[s - - -] | Toleta[nus] |
an(n)orum [- - -] | pr(aefectus) equ(itum) a[lae] |
MNEP[- - -] | ME[- - -] TVM | - - - - -*

EUZENNAT – MARION 1982, II 517. – Cf. GARCÍA MARTÍNEZ
1991, 278. J. M. A.

13, E 2 (= EE IX 132) tit. sepulcralis, Nava de Ricomalillo
(TO)

*Ân(n)ius Alpeti | f(ilius) Toletânus | ân(norum) L h(ic)
s(itus) e(st) | s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*

FITA 1897, 426–427 ex ectypo a L. JIMÉNEZ DE LA LLAVE sumpto
m. April. a. 1897 (ex eodem ectypo HÜBNER, EE IX, 132);
CONDE DE CEDILLO 1959, 298–299 n. 391 (HAE 1655); ABAS-
CAL – ALFÖLDY 2015, 116–118 n. 67 cum im. phot. fig. 96–97
et bibliographia ampliore. – Cf. im. phot. R. A. H. servata sign.
9/7977/119 a P. PÁRAMO sumptam Oropesa a. 1913.

J. M. A.

13, E 3 (= II²/13, 311) tit. sepulcralis, Segobriga
Vide infra p. 168–169.

J. M. A.

13, E 4 tit. sepulcralis, Casas de Don Pedro (BA)

*Mace[r] Obisolq(um) Ambalti f(ilius) Tolleta(mus)
an(norum) | C h(ic) s(itus) e(st)*

ROSO DE LUNA 1904, 127 n. 20; ALBERTOS 1975, 18 n. 187,
quae lectionem emendavit. – Cf. HALEY 1986, 231 n. 337;
GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 159–160 n. 157; GONZÁLEZ-
CONDE 1987, 70. 76; VALLEJO 2005a, 136. 667. J. M. A.

13, E 5 (= II 4164 = II²/14, 1056) tit. sepulcralis, Tarracone

*Cn(aeo) Pompeio | Fructo b(ene)f(iciario) co(n)s(ularis)
| Toletano ann(or)um | XXXXII | Terentius | Bassinus
heres | secundum voluntatem | Domitiae | Fortunatae
matris eius fecit*

ALFÖLDY II²/14, 1056 cum bibliographia ampliore. – Cf. GON-
ZÁLEZ-CONDE 1987, 74. J. M. A.

13, E 6 (= II 2889 + 2890) tit. sepulcralis, Triti Magalli (Tricio,
LO)

*[G(aio)] Valerio | [G(ai) f(ilio) F]lavo vetel[ra]no
Toleta[no] [et Clau]ldiae Rufi[nae] | Lanciens[i] | G(aio)
Valerio [Fla]lvo mil(iti) l[eg](ionis) | VII G(eminae)
[F(elicis)] | G(aius) Valerius F[la]lvinus eq(ues)
co[h(ortis)] | c[on]milliariae patr[i] et matri et fratri |
f(aciendum) c(uravit)].*

HÜBNER II 2889 + 2890; ESPINOSA 1986, 41–42 n. 21. – HALEY
1986, 258–259 n. 471–472; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 73–74.

J. M. A.

Tituli falsi vel alieni
(13, 1*–19*)

13, 1* (= II 281*)

Titulum ut ad Toletum spectantem memorat TAMAYO DE
SALAZAR.

*genio sancto in urbe polla | m. aurel. cl. pompeianus | p.
flamen d. toletanus dd. augg. | mil. leg. viii antonianae
l^s aug. design. cos. suff. idib. ian. | imp. dn. anton. iv. et
balbo ii. | coss.*

J. TAMAYO DE SALAZAR, *Martyrologium Hispanicum* vol. 2, Lug-
duni 1652, 480. Ex quibus auctoribus titulus haustus esse dici-
tur cf. amplius HÜBNER II 281* (ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 299
n. 15*), qui titulum a ROMÁN DE LA HIGUERA confictum esse
putat, cf. HÜBNER II p. XVII sq. n. 44.

J. M. A.

13, 2* (= II 282*)

Toledo, labrando un edificio ROMÁN DE LA HIGUERA.

*hercule. p. enldovell[ic] tolet | osca deis tutel[la] compedit.
l^s tauros ursus | aves lybic quodan. | d. d.*

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 2, 12 f. 90; VELÁZQUEZ,
ms. saec. XVIII (R. A. H. sign. 9/4106) ex P. VALERA (i. e. TRI-
GUEROS cogitavit HÜBNER). De ANTIQUIORIBUS e ROMÁN DE LA
HIGUERA pendentibus cf. amplius HÜBNER II 282*, qui de

inscriptione addidit: “fictam esse non eget demonstratione”; ex
ANTIQUIORIBUS inter al. UZTARROZ (J. F. ANDRÉS DE UZTARROZ,
Defensa de la Patria del invencible Mártir San Lorenzo, Zara-
goza 1638), quem secutus est ARCO 1921, 440–441. 627.
Adde: ROJAS 1654, 165–166; PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E.
ANTIQUIORES, inter quos STRADA 1575, 157 n. 2; GRUTER 1603, 954 n. 3 “e Schotti schedis”; GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris, f. 11v 308 (vide GIMENO 1997, 95. 209; HERNANDO 2009, 191); DÍAZ DE RIVAS, ms. saec. XVII f. 57. 61 versibus aliter divisus; PANEL ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8729/1 f. 303 (vide HERNANDO 2017, 257); ID., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 20275/3 f. 197 (vide HERNANDO 2017, 342); ex ANTIQUIORIBUS praeter DÍAZ DE RIVAS sumpsit HÜBNER II 3077 (VIVES, ILLER 3754); inde pendent reliqui AUCTORES: FUIDIO 1934, 137. 153 n. 70 bis; ALFÖLDY 1987c, 257 n. 10; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 270 n. 246 cum im. del. fig. 285–286. – Cf. URQUIJO et AL. 2001, 154, qui errore coniunxerunt cum II 3071 a Aranjuez (M) reperto.

In versibus dividendis secutus sum exemplum GRUTERI.


4 heres ex testamento DÍAZ DE RIVAS.

Ex formulis saec. I ex. vel II in. videtur.

J. M. A.

13, 49 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne et infra fracta undique laesa (76) × 43 × 29. Supra in medio circulus negligenter incisus. Litt. quasi evanidae circ. 6/10. Rep. Toleti a. 1992 in coemeterio Paseo de la Basílica del Cristo de la Vega sito, ubi in usum posteriorem adhibita est: *formaba parte del lateral derecho de la tumba 44* GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO – GÓMEZ GARCÍA DE MARINA. Servatur M. S. C. inter reposita (inv. 32/2/5), ubi descripsimus a. 2005; recognovit J. M. A. a. 2013.



Valeri-
ân(- -) +++++
hi(c) est

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO – GÓMEZ GARCÍA DE MARINA 2005, 210 n. 5 cum im. del. et im. phot. (*HEp* 17, 2008, 157); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 270–271 n. 247 cum im. phot. fig. 287. – Cf. GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO 2005, 197.

1 litt. E duabus hastis rectis indicata. – 2 + prima est hasta recta, + secunda litt. C vel S esse potest, ++ tertia et quarta sunt hastae rectae, + postrema est O vel Q. Legendum est *AN ICIHQ* vel *AN ISIIQ* vel *AN ICIIO*, sed nescimus, quod significet. Fortasse latet breuiatio nominis cognationis, nomen patris vel patroni vel similia.

Ex formula non post saec. I ex. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 50 tit. sepulcralis

Ara ex lapide arenario infra fracta superne volutis exornata undique levigata (29) × 30 × 18. Litt. inter lineas ad delineandum ductas profunde excavatas insculptae 1,5–2,5; puncta deformia in v. 2, 3 et 6. Rep. a. 1945 *Toledo* in suburbio *Vega Baja*. Servatur inde a. 1945 M. S. C. (inv. 942), ubi descripsit G. A. a. 1979; contulit J. M. A. a. 1984, iterum a. 2013.



[D(is)] M(anibus) s(acrum)
Zoticus Ma-
rtiae uxor(i) p[re]s[er]t[er]i-
tissimae an(norum) [- - -]
5 [f]ac(iendum) curavit
h(ic) ° s(ita) ° est ° s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. phot. a G. A. sumpta.

ALFÖLDY 1987c, 252–253 n. 4 cum im. phot. tab. XII.4 (*AE* 1987, 674; *HEp* 2, 1990, 696); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 271 n. 248 cum im. phot. fig. 288. – Cf. JORGE 1957, 65; GAMER

1989, 283 n. TO 2 cum im. phot. tab. 66 d; GIMENO 2008b, 306. 308. 311 cum im. phot. a W. K. sumpta; VALERO et AL. 2010, 238 cum im. phot.

1–2 M[a]rtiae ALFÖLDY, ABASCAL – ALFÖLDY.


Nomen Graecum Zotici (SOLIN 2003, 895–897) frequenter inter servos recurrit. De nominibus Martiae/Martii inter peregrinos vel servos vide titulum 13, 43.

Ex formulis saec. II ex. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 51 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario superne et a dextra et in angulo inferiore sinistro fracta, in fronte expolita (13) × (13,5) × 8; litt. neglegenter insculptae circ. 2,6 inter lineas ad delineandum ductas, quae supersunt in v. 4. Puncta duo: prius rectangulare, alterum rotundum. Rep. a. 2010 inter rudera prope circum Toleti. Servatur M. S. C. inter reposita, ubi descripsit D. PORTELA et im. phot. sumpsit.



[- - - - -]
DVM[- - -]
an(norum) ° [- - -]
V[- - -]
h(ic) ° s(it-) [e(st) - - -?]

Im. phot. a PORTELA sumpta.

PORTELA – ABASCAL 2015, 345 n. 25 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 271 n. 273 n. 252.

Ex litt. formis saec. II vel III.

J. M. A.

13, 52 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne et infra et a sinistra fracta, undique levigata, in fronte expolita (58) × (27) × 35. Area titulo inscribendo destinata excavata 12 × (17,5) cymatio cincta est, supra cernitur area excavata floribus et acanthis exornata, infra ordines tres arcuum in area excavata immisorum cum aliis ornamentis in formam geometricam redactis. Litt. accurate insculptae 4; punctum triangulare deorsum directum. Rep. a. 1992 Toleti in effossionibus in *Paseo de la Basílica* n. 2 (i. e. in area q. d. *Vega Baja*) institutis, muro recentioris aevi immissa, ut me docuit S. AZCÁRRAGA. Servatur M. S. C. inter reposita, ubi descripsi a. 2013.



[- -]S ◦ AM
[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL 2014c, 253–254 n. 4 cum im. phot. (AE 2014, 720);
ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 271–272 n. 249 cum im. phot. fig. 289.


Stela iisdem ordinibus arcuum exornata est ac stelae nonnullae ab officinis Segobrigensibus confectae.

Ex ornamentis et ex litterarum formis saec. II tribuendus esse videtur. J. M. A.

13, 53 tit. sepulcralis

Stela parva ex lapide calcario albo ex duobus fragmentis coniuncta, superne fracta, ab utroque latere scabra in fronte levigata, infra undique laesa; frg. inferior (32,5) × (22,5) × 15. Area titulo inscribendo destinata fascia cincta (14) × 16, a sinistra ramo exornata. Litt. minus accurate insculptae 1,5 (v. 3), 2 (v. 4); puncta rotunda. Rep. a. 2006 Toledo, Vega Baja, sector R3, corte 134, UE 303. Servan-

tur M. S. C. inter reposita, ubi descripsi frg. inferiorem lapidis a. 2013; frg. superiorem frustra quaesivi.



D(is) M(anibus)
For[tuna]-
ta ◦ hic ◦ s(ita) ◦
est ◦ s(it) ◦ t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

PEÑA – GARCÍA ENTERO – GÓMEZ ROJO 2009, 165 cum adn. 31, sine exemplo (HEp 20, 2011, 536); ABASCAL 2014c, 254 n. 5 cum im. phot. (AE 2014, 721); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 272–273 n. 250 cum im. phot. fig. 290.

1–2 legerunt archaeologi, cum stela inventa est.

Ex litterarum formis et ex formulis saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur. J. M. A.

13, 54 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata duobus acroteriis ornata, infra fracta undique minus accurate levigata 70 × 37,5 × 31. Litt. ex parte evanidae circ. 6; puncta desunt aut perierunt. Rep. Toleti a. 1992 in coemeterio Paseo de la Basílica del Cristo de la Vega sito, ubi in usum posteriorem adhibita est: *formaba parte de la cubierta de la tumba 44* GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO – GÓMEZ GARCÍA DE MARINA. Servatur M. S. C. inter reposita (inv. 92/2/3), ubi descripsimus a. 2005; recognovit J. M. A. a. 2013.



Aca+++?
QVI++
serva

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO – GÓMEZ GARCÍA DE MARINA 2005, 208 n. 2 cum im. del. et im. phot. (*HEp* 17, 2008, 154); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 273 n. 251 cum im. phot. fig. 291. – Cf. GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO 2005, 197.

1 + prima S potest esse; ++ ceterae sunt hastae rectae. – 2 in. O vel Q, si cauda evanida est; + prior S potest esse; + altera est hasta recta.

Nomen domini servae v. 2 contentum esse videtur.

Ex ordine tituli simplicissimi quasi certe saec. I pertinet.

G. A. – J. M. A.

13, 55 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata acroteriis praedita undique levigata 93 × 44,5 × 23,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 36 × 27. Titulus evanidus vel colore pictus. Rep. Toleti a. 1992 in coemeterio in *Paseo de la Basílica del Cristo de la Vega* sito, ubi in usum posteriorem adhibita est *formaba parte de la cubierta de la tumba 44* GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO – GÓMEZ GARCÍA DE MARINA. Servatur M. S. C. inter reposita, ubi descripsimus a. 2005; recognovit J. M. A. a. 2013.



Im. phot. a J. M. A. sumpta.

GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO – GÓMEZ GARCÍA DE MARINA 2005, 207–208 n. 1 cum im. del. et im. phot. (*HEp* 17, 2008, 159); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 273–274 n. 253 cum im. phot. fig. 292. – Cf. GARCÍA SÁNCHEZ DE PEDRO 2005, 197.

Ex genere monumenti saec. I–III tribuenda.

G. A. – J. M. A.

Suburbium Toletanum incertum

13, 56 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido undique scabra, infra crassior quam supra, in fronte sulco obliquo laesa et infra a dextra fracta 77 × 21,5 × 12/28. In parte superiore caput defunctae summatim inter volutis rusticis exsculptum erat, nunc corrosum. Litt. minus accurate insculptae, nunc partim adesae circ. 6/7. Rep. circ. a. 2006 in loco, ubi rudera domus vel Toletanae vel in suburbio quodam dirutae deposita erant. Inde translata est in fundum *Cambrillos* prope *Albarreal de Tajo (Toledo)*; m. Sept. a. 2013 in M. S. C. pervenit, ubi servatur. Ibi recognovi a. 2013 magno auxilio a R. ZABA praestito.

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

D(is) M(anibus) s(acrum)

Paēliṅa

[a]n(n)orum

5 *XXVI s(emis)*

Porci

Laetini


serva

hic sīta

10 *est sit*

tibi ter-

ra levis



TANTIMONACO – GIMENO 2014, 213–226 cum im. phot. (*AE* 2014, 718); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 275 n. 256 cum im. phot. fig. 295.

2 in. litt. A sine hasta librata; ante litt. A extat vestigium pedis litt. P; post litt. E clare videtur litt. L, quam sequitur litt.


I. [*L*]aetina? TANTIMONACO – GIMENO. – 9–10 *h(ic) s(ita) | est* TANTIMONACO – GIMENO.

Nomen Italicum Paelinae, i. e. Paeli(g)nae (KAJANTO 1965, 185), recurrit in titulis regionibus Italiae II et IV repertis (vide IX 136, IX 137, IX 3236, cet.) etiam inter servas (cf. *EE* VIII p. 38 n. 152). Gens Porcia Toleti ceterum non occurrit.

Ex formulis et ex litterarum formis saec. II ex. vel III in. videtur. J. M. A.

13, 57 tit. sepulcralis ?

Parallelepipedum (vel stela) ex lapide calcario pallido superne et ab utroque latere fractum, sulco obliquo in parte antica laesum. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata. Rep. in suburbio orientali Toletano loco q. d. *La Vinagra (Finca San José)*, iuxta viam modernam a *Toledo* km. 2,8 ad *Mocejón (TO)* ducentem. De quo me docuit et im. phot. mihi dedit S. CORTES. Ubi servetur, nescio. Descripsi, ut potui, ex im. phot.



AŞAIYA[- -]
viano [- -]

Im. phot. a S. CORTES sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 275–276 n. 257 cum im. phot. fig. 296.

1 litterae quid significant, nescio.

J. M. A.

Tituli Christiani (13, 58–78)

Excludimus *IHC* 393 (VIVES, *ICERV* 357), quod carmen inter a. 774 et 783 scriptum esse videtur, et alium titulum fortasse recentiore post a. 711 inscriptum, rep. *Toledo, Iglesia de San Ginés* columnae S(an)c(t)i Genesii inscriptum, quae servatur in *M. A. N.* (inv. n. 626). Cf. DE NAVASCUÉS 1948, 352; VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 568 cum adn. 121.

13, 58 (= *IHC* 155) tit. Christianus sacer

Columna marmorea supra et infra fracta ex variis fragmentis composita alt. (48,5) diam. 37. Area titulo inscribendo destinata 36,5 × 35. Litt. partim evanidae vel attritae, 2,5/4 (v. 3 litt. O minuta circ. 2). Rep. a. 1591 Toleti in ecclesia *San Juan de la Penitencia*. D. 22 m. Ian. a. 1594 translata est ad clastrum ecclesiae Sanctae Mariae sive cathedralem RAMÓN. *En Toledo: en el claustro de la iglesia metropolitana; en una columna; la vi y copié* VELÁZQUEZ. Tum iussu J. B. PÉREZ pars scapi antiqua in monumentum novum

inserta est; partes ita coagmentatae componunt doricam columnam ferrea cruce coronatam et basi sive stylobata sustentatam et corona crepidineque praeditam. In baseos fronte affixa est tabula marmorea, cui a. 1591 incryptum est exemplum novicium cum nota: Haec leguntur in marmore antiquo reperto | anno D(omi)ni MDXC | G(asparo) Q(uiroga) A(rchiepiscopo) T(oletano). Servatur in cathedrale Toleti, ubi descripsi a. 2010; recognovi iterum iterumque.



«crux Latina» *In nomine D(omi)ni consecra-
ta eclesia S(an)cte Mârie
in catoliço die primò
idus Aprilis anno felī-
5 citer primo regni d(omi)ni
nostri gloriosissimi Fl(avii)
Reccaredi regis era
DCXXV*

Im. phot. ex neg. D-DAI MAD-R22-70-11.

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596 f. 564r (= vol. III f. 29r); TAMAYO 1651/59, II 615, RODRÍGUEZ – NASARRE 1738, f. XIX cum im. del. in tab.; PÉREZ BAYER, ms. circ. 1752 f. 228r cum im. del. (MAROTO 1991, 151. 254 n. 67); FLÓREZ 1747/72, II 25 et V 196 cum im. a D. DE SANTIAGO PALOMARES del.; VELÁZQUEZ, ms. saec. XVIII R. A. H. sign. 9/4106/5/1/2 cum im. del.; TERREROS 1758, 121–122 cum im. del.; MERINO 1780, 47 tab. 5; D. DE SANTIAGO PALOMARES 1778 ms. B. N. E. sign. 18226 vol. II f. 325 sub n. 38 (cf. HERNANDO 2009, 424); PÉREZ BAYER apud MARIANA 1783/85, II 544; MASDEU 1783/1805, IX 11 n. 1; J. CORNIDE, ms. R. A. H. sign. 9/3912/12 (olim Est. 18, 32) f. 88 cum im. del. (scriptum a. 1793, publicatum apud ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 189 cum im. del.); HÜBNER, *IHC* 155 (vide commentarium a J. WORDSWORTH editum in *The Academy* 3, 1872, 158; e HÜBNER pendent VIVES, *ICERV* 302; DIEHL, *ILCV* 1814; HEIL 2016, 557–561 n. I inde *AE* 2016, 827); RIVERA 1985, 40–41; GARCÍA MORENO 1991, 284–286. 294; PALOL 1991a, 789–800; GARCÍA MORENO 1992, 195–197; VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 542–544. 553, n. 79; VELÁZQUEZ 2007, 94; EAD. 2011, 261–280 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 537). – Cf. L. DE FRÍAS, ms. B. N. E. sign. 18226 (vol. II) f. 325v sub n. 38 (scriptum 1805, cf. HERNANDO 2009, 424); RAMÓN 1857, I 668–669; FITA 1892c, 11–12; FERNÁNDEZ-CHICARRO 1950, 298 cum adn. 13; GÓMEZ-MORENO 1953, 96; STORCH DE GRACIA 1990, 564; DUVAL 1993, 182. 184–187. 191–193. 205; MARTÍNEZ TEJERA 1996, 83–85; BARROSO – MORÍN 2007, I 104. 148 cum adn. 22, II 246–247 n. 61 cum im. phot.; BALMASEDA 2007b, 197–214.

2 ex. *Marie* vix legitur. – 3 ex. *die pr[i]m[o]* aegerime legitur sed vestigia litt. M superesse videntur, praeterea *die primo* praebet exemplum novicium, *die prima* RIVERA sine ratione, *die primo* PÉREZ BAYER, ms. circ. 1752, sed ms. postea *pridie* emendatum est, *die pridie* MERINO, DE SANTIAGO PALOMARES, PÉREZ BAYER apud MARIANA, HÜBNER, DIEHL, inde VIVES (qui antiquiores *prima die idus* legere memorat fortasse errore) et qui ex iis pendent, PRIDM CORNIDE. – 4–5 *felicitet*, – 6 *gloriosissimi*, – 7 *Reccaredi regis* praebet exemplum novicium. – 8 ultima numeri nota negligenter insculpta est, ut similis X sit, quod lapidarius, qui confecit exemplum novicium, accuratissime imitatus est. Ita MERINO intellexit DCXXX, ANTIQUIORES autem plurimi atque HÜBNER (etsi dubitanter) legerunt DCXXV.

Nonnulli auctores falsum titulum esse suspicantur, ut NAVASCUÉS 1948, 340 et DUVAL; plurimi verum putant, ut PALOL et VELÁZQUEZ, alii dubitanter, ut verum accipere videntur, ut GARCÍA MORENO, STORCH DE GRACIA, BARROSO – MORÍN, et AL.

Hoc titulo memoratur consecratio ecclesiae sanctae Mariae in catholico ritu, quam idibus Aprilis anno DCXXV aerae Hispanicae (i. e. d. 13 m. Apr. a. 587), die primo i. e. die dominico, factam esse puto (d. 12 m. Apr. a. 587 mavult HÜBNER). Hoc anno Reccaredus, rex Visigotharum, ad fidem catholicam se convertit et solemniter ecclesiae principalis Toletana urbe consecrationem hoc factum ostendit et memorat. Postea, a. 589, in eadem ecclesia concilium Toletanum III celebratum est, cum omnis gens Gothorum ad fidem catholicam se convertit. Vide VELÁZQUEZ 2011.

I. V. S.

13, 59 (= *IHC* 156) tit. Christianus sacer

Tabula marmorea $\frac{3}{4}$ ancho 8 dedos, i. e. circ. 1,35 × 14,4, sane fortasse dicere vult $1\frac{3}{4}$ × 8 dedos, i. e. circ. 3,2 × 14,4 PÉREZ BAYER, litt. minores. Extabat Toleti transverse posita ad portam coenobii Sancti Clementis HÜBNER, in interiore parte muris, non procul ab aditu R. AMADOR DE LOS RÍOS, a sinistra PÉREZ BAYER. Supplevi ex im. a DE SANTIAGO PALOMARES del. Periisse videtur.



[Sanctus] 'Christus' s̄it miki verum mane perenne

Im. a PÉREZ BAYER del.

PÉREZ BAYER, ms. circ. 1752 f. 227; DE SANTIAGO PALOMARES 1763/64, tab. 10 n. 2 (TERREROS 1758, 122; inde MASDEU 1783/1805, IX 426 n. 1); ex eo HÜBNER, *IHC* 156. – Cf. MAROTO 1991, 149.

1 in. 'C̄iscl̄us' in im. a DE SANTIAGO PALOMARES del., ut opinor, fortasse legere potest [A]cisclus; C̄STT est miki PÉREZ BAYER; [Chris]tus I(esus)? [e]st mibi HÜBNER. Legitur fortasse CSTT sive CTST, fortasse C(hri)st(us) I(esus).

In tit. restituendum secuta sum im. a HÜBNER editam.

Titulus ex litterarum formis saec. VII vel VIII tribuendus videtur, tametsi HÜBNER esse saeculi octavi nonive visus est, forsitan recte.

I. V. S.

13, 60 (= *IHC* 391 = 73*) tit. Christianus operis publici ab rege dedicati

Tituli duo apud ISIDORUM PACENSEM (Chron. min. vol. II p. 348 ed. MOMMSEN) traditi. Qui ibi de Wamba rege Visigotharum (672–680) scribit: "civitatem Toleti mire et elegantiori labore renobat, quem et opere sculptorio versivando pertitulus hoc in portarum epigrammata stilo ferreo in nitida lucidaque marmora patrat: ... (tit. A). In memoriis quoque martirum, quas super easdem portarum turriculas

titulavit, hec similiter exaravit ... (tit. B)^o. Tituli servati non sunt, AUCTOR nullus praeter ISIDORUM eos vidit.

Tit. A:

*Erexit fautore Deo rex inclitus urbem
Wamba suae celebrem protendens gentis honorem*

Tit. B:

*Vos sancti domini quorum hic presentia fulget
Hanc urbem et plebem solito salvate favore*

ISIDORUS PACENSIS, Chron. min. vol. II p. 348 (ed. MOMMSEN) e quo pendent AUCTORES omnes, inter quos laudandi sunt: MORALES 1577, XII f. 170v ex RODERICO TOLETANO; FLÓREZ 1747/72, VIII 285 = 2003, VIII 317; G. MAYANS, *Epistola* I, in: P. BURMANN, *Anthologia veterum latinorum epigrammatum et poematum sive catalecta poetarum latinorum...* Amsterdam 1773 II, XXXVII–XXXVIII; HÜBNER, *IHC* 73* = 391 (VIVES, *ICERV* 361; DUVAL 1993, 194–195); RÍOS 1905, 38–39; CASTILLO MALDONADO 1999, 189–190; VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 570; DEL HOYO 2005, 76. 81. Adde hodie ISIDORUS PACENSIS, Chron. min. p. 206. 208 (ed. LÓPEZ PEREIRA).

Tit. A: 1 *factore* ISID. cod. A inde FLÓREZ et RÍOS; *fauctore* ID. cod. P.

Tit. B: 1 *vos domini sancti* MORALES ex RODERICO TOLETANO. – 2 *servare* AMADOR DE LOS RÍOS.

Primum titulos falsos esse HÜBNER suspicatus est, deinde genuinos. Carmina hexametris composita.

Ex mentione regis Wambae posita sunt a. 672–680.

I. V. S.

13, 61 (= *IHC* 392) Instrumentum Christianum

Velum a Chintilano rege Romam missum, ut indicatur in praescriptione carminis traditi in Anthologia Isidoriana quae dicitur, i. e. in codicibus operum Isidori tradita: In velo quod a Chintilano rege Romae directum, secundum DE ROSSI, qui primus peropportune e codicum lectionibus dictum emendavit (inde HÜBNER, qui Roma^m maluit, recte meo iudicio; verumtamen Romae dic^atum VIVES maluit). Carmen in civitate Toletana probabiliter scriptum est, ut suspicatus est HÜBNER, quem etiam VIVES sequitur.

*Discipulis cunctis domini praelatus amore,
Dignus apostolico primus honore coli.
Sancte tuis, Petre, meritis haec munera supplex
Chintila rex offert. Pande salutis opem.*

Ex Anthologia Isidoriana laudavit DE ROSSI, *ICVR* II 254 n. 7; HÜBNER, *IHC* 392; A. SILVAGNI, *ICVR*, N. S. II 4121, 3–4 (VIVES, *ICERV* 389); GÓMEZ PALLARÉS 1998, 171–189; ESCOLA – MARTÍNEZ 2002, 237; DEL HOYO 2005, 73. 75–76. 80. – Cf. SANDERS 1982, 358; EUND. 1991, 235–236.

In velo dactylicum carmen inscriptum in honorem Sancti Petri compositum et fortasse Papae Honorio I (625–638) dictum est. Illud singulare velum probabiliter cuidam ecclesiae Romae ornandae destinatum erat. De loco Romae, in quem deponi potuit velum, vide DE ROSSI, *ICVR* II 254.

Titulus ex regis Chintilani mentione a. 636–649 tribuendus est.

I. V. S.

13, 62 tit. Christianus sacer

Duo frg. magnae tabulae ex lapide calcario inter se valde propinqua sed non coniuncta. Tabula undique cincta et exornata erat palmis trifoliisque et conchis inter duas fascias cinctis. Frg. *a* (26,5) × (16,5) × 18,5, frg. *b* superne et ab utroque latere fractum, margo inferior servatus (24,5) × (18) × 18,5. E textu suppleto tabulae amplitudinem subducere potest, verisimiliter circ. 140 × 85/90. Rep. a. 1950 a M. JORGE DE ARAGONESES in suburbio Toletano prope ecclesiam *Ermita del Cristo* in loco q. d. *La Vega Baja*, cum aquae ductus construeretur. Fragmenta servantur in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 683), ubi descripsi a. 2010.




Fig. a

[Credo in Deum omnipotentem et in Ihesum Christum]
[filium eius unicum Deum et Dominum nostrum.]
[Qui natus est de Spiritu Sancto et Maria virgine passus]
[sub Pontio] Pilato crucifixus et sepultus]
5 [descendit] ad inferna]
[tertia die resurrexit vivus a mortuis]
[ascendit in caelos sedet ad [dexteram Dei Patris omnipotens].]
[Inde venturus] iudicare [vivos et mortuos.]
[Creo in Sanctum] [Spiritus]
10 [Sanctam ecclesiam catholicam]
[remissionem] [omnium peccatorum]
[carnis huius resurrectionem et vitam eternam. Amen.]



Fig. β

Fig. α: Im. phot. ex neg. D-DAI-MAD-PLF-211.
 Fig. β: Im. a SCHLUNK publici iuris facta (DAI-MAD-Neg.96-69-5).
 JORGE 1952, 297–304 cum im. phot.; ID. 1957, 80–81; VIVES, ICERV 552 cum im. phot.; SCHLUNK 1970, 175–186 cum im.

phot. tab. 54; REVUELTA 1970/71 cum im. phot. fig. XXIX; EAD. 1979, 51–52 n. 13 cum im. phot. fig. XVIIa–b; SCHLUNK – HAUSCHILD 1978, 72 cum im. del. tab. 54. 197 cum im. phot. tab. 97; CORTES et AL. 1991, 764 cum im. phot.; ARBEITER 1994, 343–344 cum im. phot.; L. CABALLERO, in: ARCE – LA ROCCA 1997, 445 n. 287 cum im. phot.; VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 546. 547 cum im. del. 549 et cum im. phot. 556–558; ÁLVAREZ 2002, 142–143 n. 7 cum im. phot.; CORTES – OCAÑA 2007c, 547 cum im. phot.; BARROSO – MORÍN 2007, II 238–239 n. 56–57 cum im. phot.; VALERO et AL. 2010, 251–252 cum im. phot. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, V 115.

Litterae capitales rusticae ad unciales transgredientes, litt. A partim sine hasta librata, litt. V in forma U, cf. e. g. HÜBNER, IHC 363.

3 ex.–4 in. restituit SCHLUNK, cetera supplevi ad verbum e “Libro Ordinum” (FÉROTIN 1904, col. 185–186). – 7 *sedet a d[exteram]* SCHLUNK. – 11 *[remissio]n[em]* AUCTORES omnes. – 12 *[carni]s resurre[ctionem]* SCHLUNK.

Titulus exhibet orationem dictam “Credo” ea forma, qua in ecclesiis Hispanicis utebatur secundum ritum dictum Visigothicum Toletanum sive Muzarabicum, cf. “Liber Ordinum”. Quod symbolum codicibus medii aevi traditur, qui inter se aliquantum differunt, vide SCHLUNK 1970, 176. Hic titulus praebet testimonium vetustissimum.

Tabula titulum exhibens fortasse olim parietibus affixa aut immissa erat in “ecclesia ... sanctae Leocadiae, quae est in suburbio Toletano”, ubi concilium XVII Toletanum a. 694 convenit (acta huius concilii, ed. VIVES 1963, 522), quae ecclesia autem non iam exstat.

Titulus ex litterarum et monumenti formis saec. VII tribuendus est. I. V. S.

13, 63 tit. Christianus sacer

Parallelepipedum, fortasse epistylum, ex lapide calcario a sinistra fractum, in latere dextro trifoliis ornatum 20 × (55) × 42. Area titulo inscribendo destinata excavata, supra et infra fasciis in nodi sive circuli formam cincta, in fascia inferior crux latina 47,5 × 11,7. Litt. 4/4,5 litt. O et A minores 2,1. Rep. in suburbio Toletano loco q. d. *La Vega Baja*, ubi fortasse olim ecclesia Sanctae Leocadiae fuit (cf. tit. 13, 62). Servatur in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 740), ubi descripsi a. 2010.



Qui credit in eum non iudicabitur

Im. phot. ex neg. D-DAI-MAD-R-72-69-7.
 JORGE 1952, 304–305 (VIVES, ICERV 554 a); ID. 1957, 80; PALOL 1968, 54 cum im. phot. fig. 36; ZAMORANO 1974, 34–36 cum im. phot.; REVUELTA 1979, 60 n. 53–54; STORCH DE GRACIA 1983, 142 cum im. phot.; ARBEITER 1994, 343 cum im. phot. – Cf. GARCÍA MORENO 1989, 366 cum im. phot.; VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 557–558; BARROSO – MORÍN 2000, 281–282 cum im. phot. fig. 2; FELLE 2006, 368 n. 782; CORTES – OCAÑA 2007d, 548 cum im. phot.; BARROSO – MORÍN 2007, II 242–243 n. 60 cum im. phot.; GIMENO 2009a, 40 fig. 6 (*HEp* 18, 2009, 439). – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, V 115.

Litterae capitales rusticae ad unciales transgredientes.

Titulus exhibet sententiam Biblicam Ioann. 3,18, sane lectione varia *iudicabitur* pro *iudicatur*, quae etiam invenitur in Bibliae codicibus quibusdam saec. V–VII, vide FELLE.

Hoc fragmentum cum tit. 13, 64 nonnulli AUCTORES coniunxerunt (cf. VIVES, FELLE), etsi altitudines et ornamenta diversa sunt et ad idem epistylum haud pertinuerunt.

Titulus ex litterarum et monumenti formis saec. VII apte tribuendus est. I. V. S.

13, 64 tit. Christianus sacer

Parallelepipedum, fortasse pars epistylia, ex lapide calcario, ab utroque latere fractum 33,5 × (49) × 33. Area titulo inscribendo destinata non excavata, supra et infra fasciis in nodi formam cincta, in quibus rosae et calyculi vicissim inserti sunt, 11,7 × (47,5). Litt. accurate insculptae 9,5. Rep. in suburbio Toletano loco q. d. *La Vega Baja*, ubi olim fortasse ecclesia Sanctae Leocadiae fuit (cf. tit. 13, 62). Servatur in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 793), ubi descripsi a. 2010.



[- -]+ti domini [- -]

Im. phot. ex neg. D-DAI-MAD-R-73-69-2.

JORGE 1952, 304–305 (VIVES, *ICERV* 554 *b* cum im. phot.); ID. 1957, 80; PALOL 1968, 54 tab. 36 cum im. phot.; ZAMORANO 1974, 34–36 cum im. phot.; REVUELTA 1979, 60 n. 53–54; STORCH DE GRACIA 1983, 142–143 cum im. phot.; ARBEITER 1994, 343 cum im. phot.; VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 557–558; BARROSO – MORÍN 2000, 281–282 tab. 2 cum im. phot.; IID. 2007, II 242–243 n. 59 cum im. phot. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, V 115; GARCÍA MORENO 1989, 366 cum im. phot.; CORTES – OCAÑA 2007d, 548 solum im. phot.

1 + fortasse C vel S fuit, sic ut [*san*]cti vel [*Chri*]sti supplere possit, [- -]ti AUCTORES omnes.

Hoc fragmentum cum tit. 13, 63 nonnulli AUCTORES haud recte coniunxerunt, vide apud tit. 13, 63.

Titulus ex litterarum et monumenti formis saec. VII apte tribuendus est. I. V. S.

13, 65 tit. Christianus sacer

Opus marmoreum e parte scapi in longitudinem discissi factum, in fronte in aediculae formam excavatum et prodige ornatum 65 × 55 × ?. In parte antica a dextra et sinistra columellae, supra in fornice tres conchae. Area media in aediculae semicirculatae formam excavata, in cuius pariete exsculptum est monogramma Christi, ex cuius brachiis litterae alpha et omega pendent. Servatur Toleti muro turris ecclesiae *Santo Tomé* affixum, ubi vidi a. 2010; ex visu et ex im. phot. descripsi a. 2012.



⟨alpha⟩ ⟨monogramma Christi⟩ ⟨omega⟩

Im. phot. ex neg. D-DAI MAD.

RÍOS 1905, tab. II post p. 46; SCHLUNK 1947, 264; JORGE 1952, 309 cum im. phot.; ID. 1957, 80–81; PALOL 1968, 76 cum im. phot. fig. 56; ZAMORANO 1974, 83; STORCH DE GRACIA 1985/86, n. 2 cum im. phot. fig. 4; BARROSO – MORÍN 1996, 27–29, n. 20 cum im. phot. fig. 28; IID. 2000, 282–283 cum im. phot. fig. 6; IID. 2007, II 100–111 n. 3 cum im. phot.; VALERO et AL. 2010, 251–252 cum im. phot. – Cf. ÍÑIGUEZ 1955, 57; SCHLUNK 1964, 252–253.

Litt. alpha sine hasta librata, litt. omega in forma cursiva.

Tabulae huius generis et similia maiora monumenta Christiana usui liturgico in ecclesiis erant, de quibus cf. ÍÑIGUEZ 1955, 57; BARROSO – MORÍN 2007, I 75–101.

Titulus ex litterarum et imaginum monumentique formis saec. VI–VII apte tribuendus est. I. V. S.

13, 66 tit. Christianus sacer

Opus marmoreum e parte scapi in longitudinem discissi factum, fere integrum sed a sinistra scabrum, 56 × 45 × 26, in fronte in aediculae formam excavatum et prodige ornatum. In parte antica a dextra et a sinistra columellae, supra fornix, in angulis superioribus a dextra et sinistra circuli. Area media in aediculae semicirculatae formam excavata, in cuius pariete inferiore exsculpta est crux Graeca, e cuius brachio superiore litterae alpha et omega pendent, in pariete superiore concha exsculpta est. Servabatur Toleti, muro turris ecclesiae *San Andrés* affixum, nunc in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 13719), ubi vidi a. 2010.



⟨alpha⟩ ⟨crux Graeca⟩ ⟨omega⟩

Im. phot. ex neg. D-DAI MAD-R.7-70-5.

REVUELTA 1979, n. 117; ZAMORANO 1974, 82 fig. 52; STORCH DE GRACIA 1983, 128; ID. 1985/1986, n. 1 cum im. phot. fig. 3; BARROSO – MORÍN 1996, 27–28 n. 19 cum im. phot. fig. 19; IID. 2007, II 112–113 n. 4 cum im. phot. – Cf. ÍÑIGUEZ 1955, 57; SCHLUNK 1964, 252–253.

Litt. alpha sine hasta librata, litt. omega in formam cursiva.

De huius generis tabulis sive architecturae Christianae membris vide tit. 13, 65.

Titulus ex litterarum et imaginum monumentique formis saec. VI–VII tribuendus est. I. V. S.

13, 67 tit. Christianus sacer

Tabula ex lapide arenaceo cinereo prodige ornata, supra a sinistra fracta, pars inferior deperdita (94) × (91) × 9. Tabula imitare videtur aediculas ut tit. 13, 65 et 13, 66, sed in plano; enim non profunde excavata est ut illae. Tabula balteo marginata erat, cuius vestigia exstant supra et a dextra. Pars superior concham imitare videtur. Infra cernitur

area fasciis marginata, a dextra et a sinistra duae columellae. In area media exhibetur magnum monogramma Christi partim deperditum, e cuius stipitibus litterae alpha et omega (nunc deperdita) pendent. Rep. Toleti a. 1950 a M. JORGE DE ARAGONESES prope ecclesiam q. d. *Ermita del Cristo* in *Vega Baja*, in eodem loco, ubi tit. 13, 62 inventus est, ubi fortasse fuit ecclesia Sanctae Leocadiae (de qua vide ad tit. 13, 62). Servatur Toleti in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 712), ubi descripsi a. 2010.



◁alpha▷ ◁monogramma Christi▷ [◁omega▷]

Im. phot. ex neg. D-DAI MAD-PFL-1892.

SCHLUNK 1947, 252–253; JORGE 1952, 307 cum im. phot.; ID. 1957, 80–81; PALOL 1968, 49 cum im. del. et im. phot. fig. 30–31; REVUELTA 1970/71, n. 115; ZAMORANO 1974, 86 fig. 54; SCHLUNK – HAUSCHILD 1978, 70 cum im. phot. tab. 53; FRANCO 1982, 289–298 cum im. phot.; STORCH DE GRACIA 1983, 123; ID. 1985/86, n. 6 cum im. phot. fig. 7; BARROSO – MORÍN 1996, 27 n. 18 cum im. phot.; IID., 2007, II 108–109, n. 2 cum im. phot.; VALERO et AL. 2010, 251–252 cum im. phot. – Cf. ÍÑIGUEZ 1955, 57; SCHLUNK 1964, 252–253.

De huius generis tabulis sive architecturae Christianae membris vide tit. 13, 65.

Titulus ex litterarum et imaginum monumentique formis saec. VI–VII tribuendus est. I. V. S.

13, 68 tit. Christianus sacer

Fragmentum operis e marmore albo, e parte scapi in longitudinem discissi facti, olim in fronte in aediculae formam excavati et prodige ornati (similiter ac tit. 13, 65 et 13, 66), sed ita mutili, ut pars dextra media solum servetur (43) × (19) × 23. In fragmento servato cernitur a sinistra columella, deinde fascia, deinde areae mediae margo sinister et littera *omega* e stipite pendens, quae olim ad monogramma Christi pertinuit. Rep. a. 1989 Toleti in effossionibus a F. VALDÉS in coenobio *San Pedro Mártir* institutis (inv. n. SPM/89/P.1/45). Servatur Toleti in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MDCTO 712), ubi vidi et descripsi a. 2012 et im. phot. sumpsit.

◁omega▷ [◁monogramma Christi▷ ▷alpha▷]

Im. phot. ab I. V. S. sumpta.

BARROSO – MORÍN 1995, 199–204 tab. I–IIa et IIb; IID. 1996, 29, n. 23 tab. 23 cum im. phot.; IID. 2007 II 114–115 n. 5 cum im. phot. – Cf. BARROSO – MORÍN 1999, 17.



De huius generis tabulis sive architecturae Christianae membris vide tit. 13, 65.

Titulus ex litterae monumentique formis saec. VI–VII tribuendus est. I. V. S.

13, 69 tit. sepulcralis Christianus

Fragmentum sepulcralis monumenti ex lapide calcario subalbo, supra et ab utroque latere fractum, infra margo integer sed scaber (26,5) × (31) × 8, hodie opere caementicio parieti affixum. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta. Ex titulo suppleto monumenti amplitudinem calculare potes plus minusve (60) × (91) × 8. Litt. 4 (v. 2), 3,47 (v. 3), 1,4/1,5 (v. 4–5); v. 2–3 minores litt. I, O et V 1,2, in fine versum paene evanidae. Rep. a. 1909 in ecclesia dicta *Ermita del Cristo de la Luz*. J. MORALEDA lapidis delineationem ab A. CABRERA factam misit ad Academiam Historiae Matritensem, quae non edita est. Servatur *Toledo* in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 738), ubi descripsi a. 1993 et denuo a. 2010.



 [- -]+++[.]++[.]+++[- -]
 [- -]ae miserum h[- -]
 [- -]l]acrimis quem s[ic]i[- -]
 [- -]r]ecessit in [pa]ce s(an)c(tu)s ++c[- -]
 5 [- -] +V[- -]+++++[- -]

Im. phot. ex neg. D-DAI-MAD-GRU-R-5-70-6.

J. MORALEDA im. del a. 1909, in: R. A. H. sign. TO-9/7977/106/6; JORGE 1957, 80; REVUELTA 1979, 61 n. 61; IZQUIERDO et AL. 1999, 97; GIMENO – VELÁZQUEZ 2004, 198–211 tab. 3–4 (AE 2004, 799; HEp 13, 2003/04, 698); BARROSO – MORÍN 2007, II 750–751 n. 438 cum im. phot. – Cf. VELÁZQUEZ 1996, 78 cum adn. 2 (HEp 7, 1997, 979); ABASCAL – GIMENO 2000, 255 n. 469 d; ABASCAL – CEBRIÁN 2006a, 283–294.

1 plus minusve 8 cruces: prima curva, secunda, tertia, quarta rectae, reliquae incertae. Delineatione, quam J. MORALEDA ad Academiam Historiae Matritensem misit, F. FITA titulum comparavit carmini Seffronii episcopi Segobrigensis (infra tit. 13, 896). Hanc delineationem ad titulum in Toletana urbe servatum spectare GIMENO – VELÁZQUEZ adverterunt. E carmine Segobrigensis episcopi Seffronii (tit. 13, 896) titulum Toletanum GIMENO – VELÁZQUEZ hoc modo suppleverunt, etsi incertum est, num defunctus, qui Toletano titulo memoratur, episcopus fuerit:


[<monogramma Christi> Tegetur tumulo antesitis in
 isto quem rapuit populi mors]
 [inimica suis qui meritis sanctam pera]gen[s] in
 [co]rpo[re vitam credetur]
 [aetheriae lucis habere diem hunc caus]ae miserum
 h[unc quaerunt vota]
 [dolentum quos aluit semper voce manu l]acrimis quem
 si[bi non]
 [sobitus privabit transitus iste r]ecessit in [pa]ce
 s(an)c(tu)s ++c[- -]
 (vac.)? [sub die - -] +V[- -]+++++[- -]

Si res ita se habet, titulus exhibuit carmen distichorum elegiacorum quattuor, sane hexameter primus non plenus est, cum nomen desit, et in ultimo disticho pentameter deest. Titulus ex formis litterarum saec. VI aut VII tribuendus videtur, quod apte convenit Segobrigensis tituli aetati. I. V. S.

13, 70 (= IHC 394) tit. sepulcralis Christianus

Tabula marmorea ex quattuor fragmentis coniuncta, ab utroque latere et infra fracta, superne paululum rotundata, in fronte expolita (80) × (56,5) × 2. Area titulo inscribendo destinata 51,5 × 40,5. Lineae ad delineandum ductae. Litt. oblongae et satis accuratae 4. Puncta rotunda v. 2, 3, 5, v. 9 post *era* lineola transversa, post litt. D punctum triangulare. Rep. d. 6 m. Dec. a. 1781 Toledo loco q. d. Vega Baja en dirección de San Pedro el Verde una cum tit. 13, 72 et 13, 73 M. DE JORGE ARAGONESES. Servatur in M. Conc. Cult. Vis. (inv. n. MSCTO 62), ubi descripsi a. 2010.

<monogramma Christi>
 Aspidia ° famula
 Dei ° vixit annos
 plus minus XXX
 5 requievit ° i[n]
 pa[ce] die
 prid[ie] - - -
 Mar[tias] - - -
 era ° D ° [- - -]
 10 [i]ndect[ione] - - -?



Im. phot. ex neg. D-DAI-MAD-GRU-R-75-69-7.

FITA 1887a, 344 ex delineatione a P. BERENGUER Y BALLESTER sumpta (HÜBNER, IHC 394, e quo pendent VIVES, ICERV 68; DIEHL, ILCV 1436 adn.); JORGE 1957, 79; REVUELTA 1979, 62 n. 62; BARROSO – MORÍN 2007, II 752–753 n. 440 cum im. phot. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, V 115; SCHLUNK 1964, 243; FERRUA 1982, 298; GARCÍA MORENO 2001, 499–500.

4 plu, – 5 re[q]uievit HÜBNER. – 7 prid[ie] REVUELTA, prid[ie] kalendas? FITA, HÜBNER, sed item nonas sive idus conveniunt. – 8 mart[ias] FITA, HÜBNER. – 9 D[I- -] REVUELTA, DV[IIII?] FITA, HÜBNER, ita ut tit. a. 509 aerae Hispanicae (a. 471 p. C. n.) positus esset, sed post D et signum interpunctionis nihil superest. – 10 indect[ione] - - -? HÜBNER.

Annus in titulis Hispanicis rare secundum aeram et indicationem indicatur, sed vide II²/5, 300 et cf. DIEHL, ILCV 1176 = VIVES, ICERV 268.

Titulus ex litterarum formis saec. VII tribuendus videtur, qua ex causa in v. 9 D ° [CL] aut D ° [CXXXX] vel sim. supplendum esse opinor (ita ut tit. a. 612 aut a. 602 p. C. n. scriptus esset). I. V. S.

13, 71 tit. sepulcralis Christianus

Tabula marmorea lateribus et tergo scabris, supra a sinistra paulum mutila 27,5 × 37,3 × 2. Area titulo inscribendo destinata 28 × 4,3. Litt. 4–4,3. Rep. loco incerto. Tabulam olim possedit Cabildo de la Catedral, eam a. 1972 emit Museo de Santa Cruz in Toletana urbe, in quo servatur (inv. n. IC 19710), ubi descripsi a. 2012; im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2013.



Germanus ◁monogramma Christi▷


Im. phot. a J. M. A. sumpta.
BARROSO – MORÍN 2007, II 754–755 n. 442 cum im. phot.;
CORTES – OCAÑA 2007a, 379 cum im. phot.

1 *Germanus* nomen hominis (ABASCAL 1994a, 389). Mono-
gramma post nomen inusitatum est.

Titulus ex litterarum formis saec. V–VI tribuendus videtur.
I. V. S.

13, 72 (= IHC 396) tit. sepulcralis Christianus

Tabula ex lapide calcario in regione Toletana caeso, qui dicitur *pedra de la rosa*, in utroque margine et infra attrita, sed integra, faciei pars dextra perquam adesa 51,7 × 37 × 6,5. Area titulo inscribendo destinata 43 × 35. Duo tituli (A et B) insculpti. Litt. tit. A 2,5, tit. B 1,5/4,5; litt. minores nonnullae 1,1/1,4. Rep. d. 6 m. Dec. a. 1781 Toledo loco q. d. *Vega Baja en dirección de San Pedro el Verde* una cum tit. 13, 70 et 13, 73 M. DE JORGE ARAGONESES. Servatur Toledo in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 233), ubi descripsi a. 2010.



Tit. A:

◁crux Graeca▷ *Immafrita*

Tit. B:

◁monogramma Christi▷ *Imarita* f̄a[mu]ll[a? vic-]
sūt ânnos p̄lus minus
XXXV requieuit in pace
sub die sēs̄x̄to [no]nas N[o-]
5 v̄enbri in era D̄C̄X̄VII
datum est pro lo-
cello ipso in auro
soledos III

Im. phot. ex neg. D-DAI MAD-R73-69-1.

FITA 1890a, 319–320 cum im. phot. (HÜBNER, *IHC* 396 e quo pendent FIEBIGER – SCHMIDT 1917, 126 n. 268; VIVES, *ICERV* 69); JORGE 1957, 79; REVUELTA 1979, 60 n. 56 cum im. phot. tab. XX; BARROSO – MORÍN 2007, II 754–755 n. 441 cum im. phot.; VALERO et AL. 2010, 239 cum im. phot. – Cf. MALLON 1947, 112–113 (= MALLON 1982, 123–124); JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, V 115.

Litterae capitales Visigothicae inaequabiles, litt. D in formam paene triangularem redacta, litt. L cum hasta librata undata; litt. X hastis curvatis.

Tit. A post tit. B additum esse suspicatus est iam HÜBNER, sed id non multo post factum esse opinor, fortasse ad nomen defunctae emendandum. – *Imma Frita* FITA, REVUELTA.

Tit. B: 1 *Imafrita* AUCTORES omnes, f̄a[mu]ll[a (scil. dei)] om. AUCTORES. – 4 *sexto* AUCTORES omnes; *id(us)* AUCTORES omnes.

Immafrita nomen feminae praeterea ignotum, sed origine Gothico sine dubio, compositum ex *imma* + *fred(a)*, cf. FIEBIGER – SCHMIDT.

Locellus haud dubie significat locum sepulcri.

Titulus sermone valde rustico scriptus est: *novenbri pro novenbris; datum est... soledos pro dati sunt... solidi* (cf. HÜBNER). *In era* non frequenter scriptum est ante saec. VIII (cf. VIVES).

Annus 617 aerae Hispanicae est a. 579 p. C. n., qui formis litterarum apte convenit.
I. V. S.

13, 73 (= IHC 395) tit. sepulcralis Christianus

Tabula ex lapide calcario ex quinque fragmentis coniuncta, undique fracta (33) × (46,5) × 2,5. Area titulo inscribendo destinata 26,2 × 28,5. Litt. oblongae, 3,5/4, sed numeri 2–2,5, v. 1–2 litt. E minores 2,5, v. 3 litt. I minor 2. Rep. d. 6 m. Dec. a. 1781 Toledo loco q. d. *Vega Baja en dirección de San Pedro el Verde* una cum tit. 13, 70 et 13, 72 M. DE JORGE ARAGONESES. Servatur Toledo in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. MSCTO 60), ubi descripsi a. 2010.



◁crux Latina▷ *Sagenis famulu-*
s Dei vixit annos L
recessit in pace II
idus apriles era DC
◁crux Latina▷

Im. phot. ex neg. D-DAI MAD-R75-69-1.


FITA 1887a, 345 ex delineatione a BERENGUER y BALLESTER sumpta (HÜBNER, *IHC* 395 e quo pendent FIEBIGER – SCHMIDT 1917, 125 n. 263; VIVES, *ICERV* 182; DIEHL, *ILCV* 1425 a); SMIT 1916, 144 n. 2; JORGE 1957, 79–80; REVUELTA 1979, 61 n. 60; BARROSO – MORÍN 2007, II 752–753 n. 439 cum im. phot.; VALERO et AL. 2010, 239 cum im. phot. – Cf. KAMPERS 1979, 117 b; SALVADOR 1998, 173 n. 309.

Nomen *Sageni(u)s* praeterea ignotum haud dubie originis Visigothicae est, cf. FIEBIGER – SCHMIDT; SALVADOR.

Annus 600 aerae Hispanicae est a. 562 p. C. n., formae litterarum saec. VI–VII in. apte conveniunt. I. V. S.

13, 74 tit. sepulcralis Christianus

Fragmentum tabulae ex lapide calcario superne et a dextra fractum (10) × (20) × 7. Litt. 3,4/1,3. Rep. a. 1972 in effossionibus a P. DE PALOL loco q. d. *La Vega Baja* in suburbio Toletano institutis prope locum, ubi fragmenta tit. 13, 62 inventa sunt. Servatur *Toledo* in M. S. C. (inv. n. IC 19266), ubi descripsi a. 2012; im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2013.



+++ALQ[- - -]
Era DCXLVIII [- - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

PALOL 1991a, 797. 826 cum im. phot.; BARROSO – MORÍN 2007, II 750–751 n. 437 cum im. phot.; VALERO et AL. 2010, 248 cum im. phot.

1 +++ hastae exiguae ad sinistram pronae et curvae, deinde litt. A vel R, litt. L, potissimum litt. O, fortasse [K]al. O[ctobres vel -bribus] intellegendum est; omiserunt AUCTORES ceteri. – 2 DCX(I)III AUCTORES ceteri.

Annus 648 aerae Hispanicae est a. 610 p. C. n., quod litterarum formis apte convenit. I. V. S.

13, 75 tit. ponderis Christianus

Pondus sive exagium ahenum orbiculatum diam. 3,3, alt. 0,9; 54,2 gr. Margo a linea circinata profunde incisa cingitur. Area titulo inscribendo destinata a corona cincta, quae in parte exteriori spicata est, 2 diam., in interiore parte crux Graeca et infra duae litterae capitales delineatae sunt. Litt. 0,6–0,8. Rep. a. 2008 Toleti loco q. d. *La Vega Baja*. Servatur ibidem in M. S. C. (inv. n. ID 3153), ubi descripsi m. Sept. a. 2010; im. phot. sumpsit J. M. A. d. 18 m. Oct. a. 2013.



◁crux Graeca▷
Γ (i. e. unciae) B (i. e. duae)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

DE JUAN – GALLEGO – GARCÍA GONZÁLEZ 2009, 143–144 cum im. phot. fig. 40 (*HEp* 20, 2011, 538); OLMO 2010, 89 cum im. phot. fig. 2; VALERO et AL. 2010, 287 cum im. phot.

Infra litterae *gammae* hastam transversam signum breviationis extat in formam pusilli orbiculi.

Litt. prior significat *uncia*, litt. altera est nota numeri, i. e. *unciae duae*, ergo nomismata duodecim sive 2/12 librae. Convenit ponderis gravitas. De ponderibus similibus in Asia minore repertis cf. TEKIN 2013, 176–178.

Pondus ex litterarum formis et ornamentis saec. VI–VII tribuendum est. I. V. S. – J. M. A.

13, 76 tit. ponderis Christianus

Pondus sive exagium ahenum quadratum 2,5 × 2,5 × 0,5; 26,7 gr. Area titulo inscribendo destinata a spicea corona cingitur, diam. 1,8, extra coronam puncta et lineolae, quae ad angulos exagii spectant, in interiore parte crux Graeca et infra duae litterae capitales delineatae sunt. Litt. 0,8. Rep. a. 2008 Toleti loco q. d. *La Vega Baja*. Servatur ibidem in M. S. C. (inv. n. ID 3154), ubi descripsi a. 2010; im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2013.



◁crux Graeca▷
N (i. e. nomismata) S (i. e. sex)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


PALOL 1991a, 797. 826 cum im. phot.; DE JUAN – GALLEGO – GARCÍA GONZÁLEZ 2009, 143–144 cum im. phot. fig. 40 (*HEp* 20, 2011, 539); OLMO 2010, 89 cum im. phot. fig. 2; VALERO et AL. 2010, 288 cum im. phot.

Litt. altera nota numeri esse videtur, i. e. *nomismata sex*, ergo uncia una sive 1/12 librae. Convenit ponderis gravitas. De ponderibus similibus in Asia minore repertis cf. TEKIN 2013, 176–178 cum bibliographia ampliore.

Pondus ex litterarum formis et ornamentis saec. VI–VII tribuendum est. I. V. S. – J. M. A.

13, 77 tit. ponderis Christianus

Pondus sive exagium ahenum quadratum $1,65 \times 1,65 \times 0,45$; 9,2 gr. Area titulo inscribendo destinata a corona in duarum lineolarum inter se implexarum formam incisa cingitur, 1,3 diam., in interiore parte duae litterae capitales delineatae sunt. Litt. 0,8. Rep. Toleti loco q. d. *La Vega Baja*. Servatur ibidem in M. S. C. (n. inv. ID 6622), ubi descripsi a. 2010; im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2013.



N (i. e. nomismata) B (i. e. duo)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

DE JUAN – GALLEGO – GARCÍA GONZÁLEZ 2009, 144 (*HEp* 20, 2011, 539 a); VALERO et AL. 2010, 286 cum im. phot.

Litt. secunda nota numeri esse videtur, i. e. *nomismata duo* sive *1/36 librae*. Convenit ponderis gravitas. De ponderibus quadratis similibus in Asia minore repertis cf. TEKIN 2013, 176.

Pondus ex litterarum formis et ornamentis saec. VI–VII tribuendum est. I. V. S. – J. M. A.

13, 78 tit. privatus (?)

Fragmentum lapidis sectilis cinerei (*pizarra*) undique fractum $(7,1) \times (4,8) \times 0,7$. Parte antica et parte postica inscriptum. In parte postica parum accurate inscriptum et litteris fere evanidis, litt. 0,4–0,9. Rep. a. 2008 Toleti loco q. d. *La Vega Baja*. Servatur Toleti in M. S. C. (inv. n. ID 7707), ubi descripsi a. 2010; im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2013.



Fig. α

In parte antica tit. A:

 DEÇ+ [- -]
 quia nobi[s - -]
 e tu ver[- -]
 biş opt[- -]
 5 vider[e? - -]
 bis ç[- -]



Fig. β

In parte postica tit. B:

 [- -]stius [- -]E [- -]
 [- -]ari II [- -] (vac.)?
 A [- -] (vac.)
 (vac.)

Fig. α–β: Partes antica (α) et postica (β). Im. phot. a J. M. A. sumptae.

S. n. in ephemeride electronica *ABC* d. 19 m. Iul. a. 2008 *Toletum visigodo* 2008 (nota in usum actorum diurnorum edita d. 20 m. Iul. a. 2008); VALERO et AL. 2010, 252 cum im. phot. sine textu.

Titulus litteris cursivis minusculis, quae aetate posteriore in usu erant (i. e. *nueva cursiva común romana*), inscriptus est. Argumentum in obscuro latet, sed ex collatione cum titulis similibus in provinciis *Salamanca* et *Ávila* repertis (cf. VELÁZQUEZ 2000 et EAD. 2004) fortasse instrumentum privatum in antica parte et nomina personarum in postica esse suspicor.


Titulus ex litterarum formis saec. VII fere tribuendus est.

I. V. S.

Instrumentum domesticum
(13, 79–80)

13, 79 instrumentum

Fibula aenea titulo impresso instructa 3,6 × 5,8 × 0,5. Rep. a. 1989 in loco *Cabrahigos* in effossionibus thermarum MARINÉ. Servatur M. S. C. inter reposita. Contuli e MARINÉ.

*Durnâcus*

Im. del. a MARINÉ publici iuris facta.

MARINÉ 2001, 135 n. 470. 392 cum im. del. fig. 78 n. 470, quam habuit ab amicis (*HEp* 11, 2001, 579; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 274 n. 254 cum im. del. fig. 293).

Fibulas similes in Hispania repertas eodem titulo inscriptas habes infra 13, 113. 114; *AE* 2000, 1822 et alias nonnullas,


vide MARINÉ 2001, 220–222; *Durnacus* est nomen originis Celticae, vide MARINÉ 2001, 220.

Fibula saec. I fere tribuenda est, cf. MARINÉ 2001, 222.

J. M. A.

13, 80 instrumentum

Fibula aenea titulo impresso instructa 3,2 × 6,9 × 0,3. Punctum rotundum. Rep. loco *La Losilla* in effossionibus aedificii circensis Toletani. Servatur M. S. C. inter reposita (inv. 33307), ubi descripsit MARINÉ ante a. 2001. Contuli e MARINÉ.

*M(- -) F(- -) o Sex(ti?)*

Im. del. a MARINÉ publici iuris facta.

SÁNCHEZ-PALENCIA – SÁINZ 1988, 13 n. 18 cum im. del. fig. 6; MARINÉ 2001, 135, 342 n. 177 cum im. del. fig. 28 (ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 274–275 n. 255 cum im. del. fig. 294).

Litt. E duabus hastis rectis indicata, litt. F forma cursiva, ut videtur.

De tempore parum constat.

J. M. A.

Tituli agri Toletani
(13, 81–177)

Excludimus carmen Christianum Eugenii Toletani *Carm.* 12 (ed. F. VOLLMER, *MGH*, AA 14, 1905, 242; ed. P. F. ALBERTOS, *CCSL* 114, 2005, 225), quod inscribitur: *in basilica sancti Felicis quae est in Tatanesio (San Félix de Totanés, TO)*, cf. VELÁZQUEZ – RIPOLL 2000, 568 cum adn. 120. Nam incertum est, num carmen re vera in basilica incisum sit. Sane versus primi immutati postea alibi in ecclesia inscripti sunt, vide LOMMATZSCH 1926 n. 2042.

Carranque (TO)

Vestigia villae sive praetorii in hodierno municipio *Carranque* in provincia Toleti (*Toledo*) (40° 11' 21,0" N 3° 57' 02,9" W) exstant, quibus nomen *Materni* attributum est (cf. tit. 13, 100). Reperta a. 1983 prope *Santa María de Abajo* in ripa fluminis *Guadarrama* et effossa inter a. 1985 et 2010; hodie area est *Parque Arqueológico de Carranque* nuncupata. Duae sunt partes effossae praecipuae: quarum prima, *Villa Materni* nominata, domus privata fuit, altera, *Palatium* seu *Basilica* appellata, fuit aedificium vel praetorium quasi publicum, manifestans divitias et praeminentiam possessoris;

posteriore aetate in ecclesiam Christianam versum ac saepe refectum, aedificium mansit usque ad recentissimum tempus (GARCÍA-ENTERO et AL. 2014, 477–486). Sunt etiam alia aedificia minora, ut id quod *Ninfeo* nominatur inter villam et praetorium situm. Apparent, si supellectilem optimam et ornamentum marmoreum consideramus (FERNÁNDEZ-GALIANO 2002; GARCÍA-ENTERO – VIDAL ÁLVAREZ 2012), maximae signa opulentiae.

FERNÁNDEZ-GALIANO tribuit possessionem Cynegio Materno (*PLRE I* Cynegius 3, 235–236) praefecto praetorio sub Theodosio et Acantiae (*PLRE I* Achantia, 8) uxori eius et cogitavit *monasterio pagano* fuisse. Coniectura huius studiosi disputata confutataque ab initio fuit; similiter adversus explanationem transformationis ultimae praetorii in basilicam Christianam ab hoc auctore prolatam, ut *monasterio pagano* permultum scriptum est, partiliter minus recte (notas bibliographicas invenies infra apud titulos).

Inter vestigia in area praetorii nuper effossa eminet coopertorium seu operculum sarcophagi, cuius anaglyphia historiam Ionae prophetae effingunt (FERNÁNDEZ OCHOA et AL. 2011), quod forsitan demonstrat ibi fuisse mausoleum Christianum quoddam. Fragmenta inscriptionum sepulcralium, quae inventa sunt, ibi sepulcretum fortasse privatum fuisse ostendunt.

A. 2001 et 2002 una cum D. FERNÁNDEZ-GALIANO et B. PATÓN descripsi titulos tum paene omnes in situ servatos; mense Martio a. 2003 cum iisdem et G. BARATTA, N. DUVAL, R. NEUDECKER et P. PENSABENE recognovi situm et monumenta. Denuo a. 2015 Toleti in museis contuli titulos nonnullos G. BARATTA, S. BRAITO et V. GONZÁLEZ GALERA adiuvantibus.

Excludimus fragmenta titulorum minorum post coctionem stilo vasculis scarifatorum vel sigilla eorum, i. e. FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001a, 184 n. 146 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 565); *IID.*, 184 n. 147 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 566); *IID.*, 184 n. 148 (*HEp* 11, 2001, 567); *IID.*, 184 n. 149 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 568).
M. M.

13, 81 tit. sacer

Arula e terra argillacea conformata cum corona duobus pulvinis instructa, quorum alter deest 5,3 × 3,5. Litt. inter lineas ad delineandum ductas. Rep. fortasse *Carranque*. Periiit aut latet. Contulimus e FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001a.



Exempli gratia fortasse legendum esse coniecimus:

VVE
SVIS
MOA
IVLIVS
5 XIIX

Im. phot. a J. A. GARCÍA CASTRO sumpta et a LANUZA publici iuris facta.

LANUZA 1992, 53 cum im. phot. sine textu (*HEp* 5, 1995, 780); L. CURCHIN in epistula ad A. STYLOW missa (d. 28 m. Oct. a. 1992); FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 185 n. 151 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 569); FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001e, 171 n. 151. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 77 adn. 147.

VVE | XVIS | MOA | NLM legit CURCHIN et solvit: *V(eneri) V(ictrici) elx vis(u) | Moalnu(s) l(ibens) m(erito)* fortasse minus recte. In arula omnino non litteras titulumque, sed ornatum exhiberi putant ABASCAL – ALFÖLDY, fortasse recte.

2 Litt. S ambae retrorsae. – 5 omiserunt AUCTORES omnes.
Saec. III probabiliter. M. M. – D. F.-G.

13, 82 tit. sacer

Fragmentum tabulae ex lapide marmoreo probabiliter Pario undique laesum, fortasse pluteo basilicae Christianae tribuendum (26) × (14) × 4. Diametrus monogrammati Christi 18. Rep. *Carranque* in effossionibus praetorii *Basilica* nominati, ubi postea ecclesia aedificata est. Extat Toleti in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. CA/89/H.8aK/100), ubi contulit M. M. a. 2015.



◁monogramma Christi▷

Im. phot. a G. BARATTA sumpta.

PATÓN 1998, 603 n. 263 cum im. phot.; MARÍN 1998, 17; MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 133 n. 5 cum im. phot.; *IID.* 2001b, 119 n. 5; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 179 n. 112; *IID.* 2001e, 165 n. 112. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 17.

Monogramma Christi ad formam crucis Graecae figuratum, in quo littera *rho* hasta verticalis est, quod appellant *staurogramma*. Hastae non coniunctae sunt in parte media monogrammati Christi.

Saec. IV–V. M. M. – D. F.-G.

13, 83 tit. sepulcralis vel honorarius

Tria fragmenta tabulae ex lapide marmoreo (Pario) fortasse ad eundem titulum pertinentia. Frg. *b* et *c* rep. in effossionibus nymphaei villae *Materni* dictae; frg. *a* resecatum ad usum posteriorem in area “basilica” dicta. Frg. *a* (24,8) × (12,5) × 4,5–3, litt. circ. 6,9. Frg. *b* (25,2) × (19) × 5,6–4,5, litt. 7,6. Frg. *c* (21,5) × (16) × 4,9, litt. 7,4, puncta rotunda. Frg. *a* extat Toleti in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. CA 98/O 47/III T/136). Frg. *b* et *c* extant Toleti in *M. S. C.* (inv. n. frg. *b* CA / NIN / 15; frg. *c* CA / NIN / 14). Descripsimus a. 2000. Denuo contulit M. M. Toleti a. 2015.



Frg. *a*:

[- - -]NN[- - -]
[- - -]ATREQ[- - -]
[- - -]++[- - -]?

Fig. a



Fig. β

Frg. b:

 [- - -]AP[- - -]
 [- - -]ANTI[- - -]
 [- - -]RO[- - -]



Fig. γ

Frg. c:

 [- - -]O[- - -]
 [- - -]AVR ° [- - -]
 [- - -]MO ° H[- - -]

Fortasse sic componendus est titulus:

 [- - -]AP[- - -]
 [- - -]NN[- - -]ANTI[- - -]
 [- - -]ATREO[- - -]RO[- - -]
 5 [- - -] + + [- - -]AVR ° [- - -]
 [- - -]MO ° H[- - -]

Fig. a-γ: Im. phot. a G. BARATTA sumptae.

Frg. a: MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 125–126, 132 n. 2 cum im. phot.; IID. 2001b, 118 n. 2 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 191 n. 190 cum im. phot.; IID. 2001e, 177 n. 190 cum im. phot.

Frg. b-c: MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 125–126 cum im. phot. (AE 2001, 1242 a-b; HEP 11, 2001, 549 et 562); IID. 2001b, 111–112 cum im. phot.

Frg. a-c summavit MAYER 2004/05, 204–206 cum im. phot. (AE 2004, 803 a-c; HEP 14, 2005, 371 a-c). – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76 adn. 145 n. 2.

Frg. a: 2–3 [- - -]TRE CV[- - -] | [- - -]O[- - -] AUCTORES. Linea 3 omissit HEP. 11.

Frg. b: 1–3 [- - -]IA P[- - -] | [- - -]ANTI[- - -] | [- - -]PO[- - -] AUCTORES.

Frg. a: 2 fortasse nomen ut Annius/-a vel anni defuncti indicati sunt, si tit. sepulcralis fuisset. – 3 fortasse [m]atre.

Frg. b: 2 fortasse nomen vel cognomen ut [Const]anti[us/-a] vel sim. – 3 RO vel PO.


Frg. c: 2 fortasse nomen ut Aur(elius/-a) vel sim.

Saec. IV–V.

M. M. – D. F.-G.

13, 84 tit. sepulcralis

Fragmentum tituli sepulcralis ex lapide granato vel arenario, fortasse ad stelam pertinens (34,5) × (24,5) × 31, litt. 4/5,5. Puncta in formam magnae hederæ in v. 2 et fortasse rotundum in v. 3. Rep. a. 1984 eo loco, ubi postea villa *Materni* dicta effossa est. Extat Toleti in M. S. C. (inv. n. 27443), ubi descripsimus a. 2001.



 [- - -]MATE[- - -]
 ° III +
 [- - -] + AN + [- - -]

Im. phot. a W. K. a. 1985 sumpta.

CORTES et AL. 1984, 82–83 n. 16 cum im. phot. (HEP 1, 1989, 606); MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 133 n. 1 cum im. phot. (AE 2001, 1245; HEP 11, 2001, 570); IID. 2001b, 119 n. 1 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 77–78 n. 23 cum im. phot. fig. 40.

1 fortasse *mater* vel *Maternus*. – 2 crux fortasse signum interpunctionis vel litt. O aut Q ut ABASCAL – ALFÖLDY censuerunt, hederæ pro litteris habitæ a CORTÉS et AL. – 3 crux prior hasta verticalis, crux altera fortasse signum interpunctionis. – 2–3 [- - -]VIII Q[- - -] | [- - -]ian[- - -] CORTÉS et AL. – 3 VIII ° O MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO, [- - -]VIII ° + [- - -] | [- - -] I *ann(orum)* [- - -] ABASCAL – ALFÖLDY.

Ex litterarum formis saec. I–III. M. M. – D. F.-G.

13, 85 tit. sepulcralis vel sacer?

Fragmentum tabulae undique laesum ex lapide marmoreo probabiliter Pario. A sinistra linea ad marginem delineandum, ita ut lapis olim fortasse in tabulae ansatae formam figuratus esset (9,1) × (11,1) × 3,1, litt. 2,5/2. Rep. *Carranque* in parte villae *basílica* dicta. Extat Toleti in M. S. C. (inv. n. CA 98/S 47/II d/68), ubi descripsimus a. 2001. Denuo contulit M. M. a. 2015.



 LOÇ[---]
 RO[---]

Im. phot. a G. BARATTA sumpta.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 131 n. 1 cum im. phot. (AE 2001, 1244; HEP 11, 2001, 561); IID. 2001b, 117 n. 1 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 163 n. 2 cum im. phot.; IID. 2001e, 149 n. 2 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 14.

Titulum fortasse Christianum, qui aliquem locum et nomen vel cognomen *Ro[manus]* praebet, coniecerunt MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO. Depositionis reliquiarum memoria potest atque esse.

Saec. IV–V.

M. M. – D. F.-G.

13, 86 tit. sepulcralis

Fragmenta duo tabulae marmoreae albae fortasse inter se coniuncta. Frg. *a* undique fractum (4,5) × (16) × 1,7, litt. 2,12, rep. in oeco villae *Materni* dictae. Frg. *b* undique fractum (7) × (5) × 1,7, litt. 2,2/1,7, rep. eo loco, ubi postea effossa est villa *Materni*. Extant Toleti in M. S. C. (frg. *a*: inv. n. CA 85/E/67 et frg. *b*: inv. n. 27442), ubi descripsimus a. 2001.



Frg. *a*:

 [---]SEVME[---]
 [---]+EP[---]



Frg. *b*:

 [---]ON[---]
 [---]CÂT[---]

Titulus componendus est (9) × (16) × 1,7:

Legi potest:

[---]SEVME[---]
 [---]ONEP[---]
 [---] CÂT [---]

Fig. α–β: Im. phot. a B. PATÓN datae.

CORTES et AL. 1984, 82 n. 15 cum im. phot. (HEP 1, 1989, 605); MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 124–125 n. 4 cum im. phot. (AE 2001, 1241; HEP 11, 2001, 548); IID. 2001b, 110–111 n. 4 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76 adn. 145 n. 1.

Frg. *a*: 1 *DEV ME* MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO.

Ex litterarum formis, praecipue ex litt. A cum hasta media angulata, titulus aetati Visigotharum tribuendus est.

M. M. – D. F.-G.

13, 87 tit. incerti generis

Fragmentum ex lapide calcario albo. Litt. capitales. Rep. *Carranque* in praetorio *Basilica* dicto. Extat Toleti in M. S. C. (sine inv. n.), ubi descripsimus a. 2001.



 [---]+D[---]

Im. phot. a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 132–133 n. 4 cum im. phot. (HEP 11, 2001, 564); IID. 2001b, 118–119 n. 4 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 16.

Ex forma litterae D saec. IV forsitan tribuendum.

M. M. – D. F.-G.

13, 88 tit. incerti generis

Fragmentum tabulae e lapide marmoreo albo utraque parte levigatae (6,2) × (4,4) × 2,2. Littera capitalis 4,19. Rep. *Carranque* in effossionibus praetorii *Basilica* dicti. Extat Toleti in M. S. C. (inv. n. CA 97/S 47/III d/53), ubi descripsimus a. 2001.



 [---]H[---]


Im. phot. a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 132 n. 3 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 563); *id.* 2001b, 118 n. 3 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 15.

1 fragmentum litt. H vel fortasse litt. T, ut putaverunt
 MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO. M. M. – D. F.-G.

13, 89 tit. Graecus lapicidinae

Basis columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*). Titulus in fascia inferiore inscriptus est. Area ad titulum inscribendum destinata ex ectypo gypseo desumpta 24 × 8, litt. 1,85/3,60. Rep. *Carranque* in porticu ad ingressum praetorii *Basílica* dicti (quadratum S48) pertinenti, ubi extat et ubi descripsimus a. 2001. Descripsit M. M. ex ectypo gypseo denuo 2015.



ΕΛΛΟΥΓ

Im. phot. ectypi gypsei a G. BARATTA sumpta.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 128 n. 5 cum im. phot. (*AE* 2001, 1243 e; *HEp* 11, 2001, 554); *id.* 2001b, 114 n. 5 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 193 n. 200; MAYER 2004/05, 209 n. 5. 210 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 519–520 n. 465 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 7.

Littera ultima non certa, fortasse signum interpunctionis est.

Titulum breviationem vel breviationes exhibere AUCTORES consentiunt, sed solutiones variae propositae sunt: Έ(κ) λα(τομίας) et notae numerorum MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO; Έ(κ) λα(τομίας) Όυ(αλερίου) Γ(---) vel nota numeri Γ (i. e. 3) MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO; Έ(κ) λα(τομίας) Άουγ(ούστου) MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO, contra P. LE ROUX in *AE* 2001, dubitans MAYER 2004/05; “EKLATUMENE” FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001a; [---]ελαου ut [Άρχ]ελάου vel [Μεν]ελάου vel [---]ε λαου vel έ(κ) λαου vel [κ]ε λαου vel ε(ύχη) λαου DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 90 tit. Graecus lapicidinae

Duo fragmenta inter se coniuncta columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*) (16,5) × (39,5) × (25,8), litt. 3/3,5. Rep. *Carranque* in praetorio in *patio de la Basílica*. Extat in *Museo de Carranque* (inv. n. CA 98/R 49/III d/1403), ubi descripsimus a. 2001.



ΕΚΛΙΣ

Im. phot. a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 126–127 n. 1 cum im. phot. (*AE* 2001, 1243 a; *SEG*, LI 1471; *HEp* 11, 2001, 550); MAYER 2004/05, 208 n. 1 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 518 n. 464.1 cum im. phot. – Cf. RODÀ 2001, 111; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76 adn. 145 n. 3.

Titulum breviationem vel breviationes exhibere AUCTORES consentiunt, sed solutiones variae propositae sunt: Έκ λα(τομίας) Ι(ούλιου) Σ(εουήρου) MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001; έκλισ(ία) vel numeri vel έκ(κ)λισ(ις) MAYER 2004/05; έκ λισ(---) A. CHANIOTIS in *SEG*, LI; έκλισ(ία), i. e. έκκλησία, maluit DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014.

Tit. persimiles habes 13, 91–93.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 91 tit. Graecus lapicidinae

Fragmentum columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*). Area ad titulum inscribendum destinata ex ectypo gypseo desumpta 20,5 × 6,2, litt. 3,6/3,2. Rep. *Carranque* in nave medio praetorii *Basílica* dicti (quadratum R 49), ubi extat et ubi descripsimus a. 2001. Descripsit M. M. ex ectypo gypseo denuo 2015.



Fig. a



Fig. β

ΕΚΛΙΣ

Fig. α: Im. phot. a FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. publici iuris facta.
Fig. β: Im. phot. ectypi gypsei a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 127 n. 2 cum im. phot. (AE 2001, 1243 b; SEG, LI 1471; HEP 11, 2001, 551); IID. 2001b, 112–113 n. 1 cum im. phot. ectypi; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001c, 76 cum im. phot. ectypi; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 123 n. 198 cum im. phot. ectypi; IID. 2001e, 179 n. 198 cum im. phot. ectypi; MAYER 2004/05, 208 n. 2. 210 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 518 n. 464.2 cum im. phot. – Cf. MARIN 1998, 17; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76 adn. 145 n. 4.

De variis lectionibus AUCTORUM vide tit. 13, 90.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 92 tit. Graecus lapicidinae

Fragmentum columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*) (13,9) × (19) × (14,5), litt. 3,15. Rep. Carranque in parte villae *Basílica* dicta. Extat in *Museo de Carranque* (inv. n. CA 98/S 48/II d/1405), ubi descripsimus a. 2001.



ΕΚΛΙ[Σ]

Im. phot. a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 127–128 n. 3 cum im. phot. (AE 2001, 1243 c; SEG, LI 1471; HEP 11, 2001, 552); IID. 2001b, 113–114 n. 3 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 208 n. 3. 210 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 518 n. 464.3 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 5.


De variis lectionibus AUCTORUM vide tit. 13, 90.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 93 tit. Graecus lapicidinae

Fragmentum columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*) (10,7) × (6,4) × (2,5), litt. 4,15. Rep. Carranque in parte villae *Basílica* nominata. Extat in *Museo de Carranque*, ubi descripsimus a. 2001.



ΕΚ[ΛΙΣ]

Im. phot. a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 128 n. 4 cum im. phot. (AE 2001, 1243 d; SEG, LI 1471; HEP 11, 2001, 553); IID. 2001b, 114 n. 4 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 209 n. 4. 210 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 518 n. 464.4 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 6.

De variis lectionibus AUCTORUM vide tit. 13, 90.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 94 tit. Graecus lapicidinae

Fragmentum columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*) (7,6) × (13,1) × (2,1), litt. 3,33. Rep. Carranque in parte villae *Basílica* dicta. Extat in *Museo de Carranque* (inv. n. CA98/R 49/ III d/37), ubi descripsimus a. 2001.



ΚΥ[- -]

Im. phot. a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 128 n. 6 cum im. phot. (AE 2001, 1243 f; SEG, LI 1471; HEP 11, 2001, 555); IID. 2001b, 114 n. 6 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 209 n. 6. 211 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 520 n. 466 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 8.

Κυ[ριακός] vel κύ[ριος] proposuerunt MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001; κύ[ριε βοήθη] coniecit DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, fortasse recte.


Tit. similem habes 13, 95.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 95 tit. lapicidinae

Fragmentum basis columnae e marmore Phrygio (*pavonaz-zetto*) (9,9) × (7) × (5,1). Litt. in fascia basis 3,20. Rep. *Carranque* in parte villae *Basílica* dicta. Extat in *Museo de Carranque* (inv. n. CA92/ R 48/ II d/15), ubi descripsimus a. 2001.



K[- -]

Im. phot. a B. PATÓN data.

MARÍN 1998, 17 cum im. phot. (*HEp* 8, 1998, 484 b); MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 129 n. 7 cum im. phot. (*AE* 2001, 1243 g; *SEG*, LI 1471; *HEp* 11, 2001, 556); *IBD*. 2001b, 115 n. 7 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 209 n. 7; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 519 n. 467 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 9.

De variis lectionibus AUCTORUM vide titulum praecedentem.
Saec. IV ex. M. M. – D. F.-G.

13, 96 tit. Graecus lapicidinae

Fragmentum basis columnae e marmore Phrygio (*pavonaz-zetto*) (72,7) × (45,6) × (25,6), litt. in fascia basis inscriptae 3,12/3,25. Rep. *Carranque* in parte villae *Basílica* dicta. Extat in *Museo de Carranque* (inv. n. CA98/R 49/ IV/ 1367), ubi descripsimus ex ectypo gypseo a. 2001. Contulit M. M. denuo a. 2015.



[- -] ΝΤ ΠΥ

Im. phot. ectypi gypsei a G. BARATTA sumpta.

CANTO 2000, 300 cum im. phot. fig. 7; MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 130–131 n. 10 cum im. phot. (*AE* 2001, 1243 j; *SEG*, LI 1471; *HEp* 11, 2001, 559); *IBD*. 2001b, 116–117 n. 10 cum im. phot.; ARCE 2003, 21–22 (*HEp* 13, 2003/

04, 696); MAYER 2004/05, 212 n. 10 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014, 521 n. 468 cum im. phot. – Cf. CANTO 2000, 289–300; BOWES 2004, 745; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 12.

Utrum litterae Graecae an Latinae an Graecae et Latinae permixtae sint, incertum est. Insuper ordinem litt. etiam ΝΤ ΠΥ restituere licet. Videntur breviationes esse, quas solvendas [*D(omini)*] Ν(*ostri*) Τ(*heodosi*) Π(*όδεις*) Υ (i. e. 400) vel [*D(omini)*] Ν(*ostri*) Τ(*heodosi*) Πύ(*ρος*) proposuerunt MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO. Breviationem alteram solvendam esse Ππ(*ατος*) coniecit E. LUJÁN in *HEp* 11 fortasse recte. Ceterum considerandum est nomen Hypatii cuiusdam. Plurimi notabiles viri huius nominis noti sunt, videlicet *PLRE* II 577–581.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 97 tit. lapicidinae

Fragmentum basis columnae e marmore Phrygio (*pavonaz-zetto*) (13,1) × (15,2) × (8,4), litt. inscriptae in fascia basis 2,5/2,34. Rep. *Carranque* in parte villae *Basílica* dicta. Exstitit in *Museo de Carranque* (inv. n. CA97/ Q 48/III/ 765), ubi descripsimus a. 2001. Postea lapis Toletum translatus est. Contulit Toleti M. M. in *M. Conc. Cult. Vis.* denuo a. 2015.



D N ΤΗ[- -]

Im. phot. a G. BARATTA sumpta.

MARÍN 1998, 17 cum im. phot. (*HEp* 8, 1998, 484 a); MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 129–130 n. 9 cum im. phot. (*AE* 2001, 1243 i; *HEp* 11, 2001, 558); *IBD*. 2001b, 115–116 n. 9 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 163 n. 1; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001e, 149 n. 1; FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 155; MAYER 2004/05, 212–213 n. 9 cum im. phot. – Cf. BOWES 2004, 745; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 11.


D(omini) Ν(*ostri*) Τη(*eodosi*) MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 98 tit. lapicidinae

Fragmentum columnae e marmore Phrygio (*pavonaz-zetto*) (14,3) × (8,5) × (19,5), litt. 4,16/3,8. Rep. *Carranque* in parte villae *Basílica* dicta. Extat Toleti in *M. S. C.* (inv. n. CA97/R483/III/55/25), ubi descripsimus a. 2001. Denuo contulit M. M. a. 2015.



[- -]HOSI[- -]

Im. phot. a G. BARATTA sumpta.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 131 n. 11 cum im. phot. (AE 2001, 1243 k; HEp 11, 2001, 560); IID. 2001b, 117 n. 11 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 214–215 n. 11 cum im. phot. (AE 2004, 804). – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 13.


MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001 proposuerunt titulum fortasse ad Hosium, magistrum officiorum Theodosi imp. (PLRE I, p. 445), spectare, qui ergo esset possessor lapicidinae, ubi columna facta est. Sed item considerandum est nomen alium quoddam, videlicet *Hosidius*.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 99 tit. lapicidinae

Basis columnae e marmore Phrygio (*pavonazzetto*). Tit. in fascia basis inferioris inscriptus est. Litt. 4/3,27. Area ad titulum inscribendum destinata ex ectypo gypseo (24,8 × 7,7) desumpta. Litt. 4/3,27. Rep. *Carranque* in parte villae *Basílica* dicta, ubi extat et ubi descripsimus ex ectypo gypseo a. 2001.



◁crux▷ DA

Im. phot. ectypi gypsei a B. PATÓN data.

MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 129 n. 8 cum im. phot. (AE 2001, 1243 b; SEG, LI, 1471; HEp 11, 2001, 557); IID. 2001b, 115 n. 8 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 193 n. 199; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001e, 179 n. 199; MAYER 2004/05, 209 n. 8. 213 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76–77 adn. 145 n. 10.

Litt. fortasse non Latinae sed Graecae ΔΑ esse admonet P. LE ROUX in AE 2001.

D(omini) cum numero sequente vel fortasse nomen officinatoris ut *Da(cus)* esse proposuerunt MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001; *D(omine) a(diuva)* vel *D(omini) a(uxilium)* vel *a(diutorium)* MAYER 2004/05.

Saec. IV ex.

M. M. – D. F.-G.

13, 100 tit. musivus

Opus tessellatum in faucibus ingressus cubiculi villae *Materni* nominatae situm. Titulus in tabula ansata marginata (270 × 60) tessellis nigris, litteris capitalibus ad acturias transgredientibus 4,7/6,5 confectus. Extat in situ. Descripsimus a. 2001.



Ex officina (!) MAS[.]R[.]ANI
pingit Hirinius
utere felix Materne
hunc cubiculum

Im. phot. a B. PATÓN data.

ARCE 1986, 371–372 cum im. phot. tab. 67 b (AE 1989, 474 bis; HEp 1, 1989, 607); FERNÁNDEZ-GALIANO 1989, 259 cum im. phot. (AE 1989, 474 bis; HEp 3, 1991, 376); GÓMEZ PALLARÉS 1988/89a, 235–236 n. 77; DONDERER 1989, 96 n. A 68 cum im. phot. tab. 40; GÓMEZ PALLARÉS 1991, 71–73 n. 8 cum im. phot.; PATÓN 1992, 30–31 cum im. phot.; ARCE 1993, 268–270 cum im. phot.; BLÁZQUEZ 1993, 102–103 cum im. phot. fig. 26; GÓMEZ PALLARÉS 1993, 289–290 n. 10 cum im. phot.; KREILINGER 1993, 373–374; GÓMEZ PALLARÉS 1997, 148–152 n. TO 1, 273 cum im. phot. tab. 62; LANCHÁ 1997, 164–168 n. 82 tab. LXXI–LXXIV et C cum im. phot. (HEp 7, 1997, 969a); GÓMEZ PALLARÉS 2000, 1232. 1239–1240; MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 121–123 n. 1 cum im. phot. (HEp 7, 1997, 969b); IID. 2001b, 107–109 n. 1 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 183 n. 141 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001e, 169 n. 141 cum im. phot.; PATÓN 2001, 85–86; ARCE 2003, 16–21 (HEp 13, 2003/04, 695); MAYER 2004, 111–117 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 196–200 cum im. phot. (AE 2004, 800; HEp 14, 2005, 369 a); NEIRA 2007, 284–285 cum im. phot. (HEp 14, 2005, 369 b); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76 cum adn. 142. – Cf. GÓMEZ PALLARÉS 1992, 43 n. TO 1; GUARDIA 1992, 385. 406; LANUZA 1992, 47; LANCHÁ 1994, 124–127. 129–130. 134; MORENO 1995, 121; BRAVO 1997, 23. 68 adn. 28; BLÁZQUEZ 1997, 398; RASCÓN et AL. 1998, 148–149; BLASCO – LUCAS 2000, 267. 354; ABASCAL 2001, 280; BOWES 2004, 746.

Litt. G similiter ac litt. C formata, infra cum lineola deorsum incurvata; litt. L cum hasta librata undata.

1 *Mas[culi]ni* LANCHÁ 1997; *Mas[culi]ni* vel *Mas[cli]ni* proposuit P. LE ROUX, AE 1989 n. 474 bis; insuper *Mas[celli]ni* vel *Mas[tria]ni* vel *Mas[uria]ni* et nomina alia considerat MAYER 2004/05. – 2 *pinxit* GUARDIA 1992. – 4 Exspectes casum ablativum, cf. P. LE ROUX AE 1989 n. 474 bis.


Vox *pingere* (v. 2) spectat ad exemplum, quod ad opus musivum componendum adhibitum est, cf. DONDERER et MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO. Ad nomen *Hirinius* aliunde ignotum (fortasse ex *Herennius* derivatum) cf. comm. ad II 5149. – *Maternus* (v. 3) haud dubie villae possessor fuit. Eum eundem esse ac Cynegium Maternum (*PLRE* I Cynegius 3, 235–236), praefectum praetorio Theodosii imp., suspicati sunt D. FERNÁNDEZ-GALIANO et AL., vide MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a et supra praefationem ad locum *Carranque*. Num re vera idem fuerit, disputatur, vide inter alios P. LE ROUX *AE* 2004, 800.

Saec. IV.

M. M. – D. F.-G.

13, 101 tit. musivus

Pavimentum musivum in triclinio villae *Materni* dictae. Titulus in margine pavimenti musivi delineatus, cuius area 90×8 est. Litterae capitales actuariariae tessellis nigris conformatae $4,5/3,8$. Extat in situ. Descripsimus a. 2001.



Ex officina Iul(i) Tau[ri]

Im. phot. a B. PATÓN datae.

FERNÁNDEZ-GALIANO 1989, 260 cum im. phot. (*HEp* 3, 1991, 375); DONDERER 1989, 94 n. A 64 cum im. phot. tab. 38.2 (*HEp* 3, 1991, 375); GÓMEZ PALLARÉS 1991, 70 n. 7 cum adn. 25 et im. phot. fig. 7 (*HEp* 4, 1994, 882); BLÁZQUEZ 1993, 104; GÓMEZ PALLARÉS 1997, 154–155 n. TO 3, 274 cum im. phot. tab. 64; LANCHÁ 1997, 167–170 n. 83 tab. D cum im. phot.; MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 124 n. 3 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 571); IID. 2001b, 110 n. 3 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001d, 182 n. 135 cum im. phot.; FERNÁNDEZ-GALIANO et AL. 2001e, 168 n. 135 cum im. phot.; PATÓN 2001, 90 cum im. phot.; MAYER 2004, 115. 117. 119–121 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 202–204 cum im. phot. (*AE* 2004, 802; *HEp* 14, 2005, 370). – Cf. GÓMEZ PALLARÉS 1992, 43 n. TO 3; GUARDIA 1992, 385. 406; LANCHÁ 1994, 124–125. 134; MORENO 1995, 121; RASCÓN et AL. 1998, 148–149; BLASCO – LUCAS 2000, 288; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 76 adn. 144.

Ex officina Iul(- -) Prud(- -) FERNÁNDEZ-GALIANO 1989; Ex officina Iul(i) Pru(dentis) MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001. Pru[nici] vel Pru[riti] vel cognomen aliquod a Prudente derivatum (i.e. Pru[dentiani], Pru[dentini], Pru[dentii]) restituendum proposuit GÓMEZ PALLARÉS 1997. Ex officina Iul(i) Tau[ri] proposuit MAYER 2004/05 ex im. del. et phot. ante restaurationem pavimenti sumptis.

Saec. IV.

M. M. – D. F.-G.

13, 102 tit. musivus

Titulus musivus in pavimento tessellato oeci villae *Materni* dictae, venationem apri ab Adonide factam figurante. Re-

vera esse videntur tituli duo A et B, quorum uterque super imaginem canis ab apro vulnerati adscriptus est. Litterae capitales tessellis nigris conformatae in titulo A $6/6,5$ et tessellis nigris et prasinis in B $6/6,5$. Extat, ubi repertus est. Descripsimus a. 2001.



Fig. α



Fig. β



Fig. γ

Tit. A:

Leander

Tit. B:

Tityrus

Fig. α–γ: Im. phot. a B. PATÓN datae.

FERNÁNDEZ-GALIANO – GARCÍA SERRANO 1988, 105–115; FERNÁNDEZ-GALIANO 1989, 259–260 cum im. phot. (*HEp* 3, 1991, 374); GÓMEZ PALLARÉS 1988/89b, 246–247; FERNÁNDEZ-GALIANO 1991, 29 cum im. phot.; BLÁZQUEZ 1992 cum im. phot. tab. XII–XIII; PATÓN 1992, 30–31 cum im. phot.; BLÁZ-

QUEZ 1993, 104 cum im. phot. tab. 27.3; GÓMEZ PALLARÉS 1993, 290 n. 10 cum im. phot.; KREILINGER 1993, 374 cum im. phot. tab. 164b; SAN NICOLÁS 1994, 400–402 cum im. phot.; GÓMEZ PALLARÉS 1997, 152–154 n. TO 2, 274 cum im. phot. tab. 63; MAYER – FERNÁNDEZ-GALIANO 2001a, 123–124 n. 2 cum im. phot.; ID. 2001b, 109–110 n. 2 cum im. phot.; PATÓN 2001, 87–89 cum im. phot.; MAYER 2004, 117–121 cum im. phot.; MAYER 2004/05, 200–202 cum im. phot. (AE 2004, 801). – Cf. GÓMEZ PALLARÉS 1992, 43 n. TO 2; GUARDIA 1992, 385. 406; BLÁZQUEZ 1997, 399 cum im. phot.; BLASCO – LUCAS 2000, 288–289 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÓLDY 2015, 76 adn. 143.

Tit. B plerique AUCTORES *Titurus* legerunt.

Nomina canum videntur ex litteris Latinis esse ducta, videlicet Leander ex historia Heronis et Leandri ab aliis et ab OVIDIO narrata, Tityrus e nomine pastoris in ecloga prima VERGILII. Venationem et mortem Adonidis inter alios describit Ov. met. 10, 708–739.

Saec. IV in.

M. M. – D. F.-G.

El Viso de San Juan (TO)

13, 103 tit. sepulcralis

Ara ex lapide calcario infra fracta, undique paululum expolita, infra crassior quam supra 45 × 30/33 × 18/28. Pulvini cum lineolis incisus ab utroque latere et in facie sursum versa indicati, focus rotundus diam. 5. Area titulo inscribendo destinata non excavata sulcis cincta. Litt. 3,5 (v. 1–2), 2 (v. 3), 3 (v. 4). Puncta rotunda. Rep. ante a. 2016 cum araretur intra fines oppidi *El Viso de San Juan (TO)* in margine sinistra fluminis *Guadarrama*. Servatur ibidem apud I. DEL HIERRO et J. TORIBIO, ubi descriperunt et im. phot. sumpserunt BALBÍN-BUENO et LORENZO, qui mihi miserunt.



[D(is)] ◦ M(anibus) ◦ s(acrum)
Aelio
ann(or)um V
h(ic) e(st) [s(itus)?]

Im. phot. a BALBÍN-BUENO sumpta.

BALBÍN-BUENO – LORENZO 2019.

Saec. III tribuerunt BALBÍN-BUENO et LORENZO, fortasse recte. J. M. A.

Illescas (TO)

13, 104 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata et acroterii instructa, in crepidine scabra, infra fracta (80) × 43 × 30. In parte antica duae areae excavatae sunt, superior semicircularata, in qua flos magnus exsculptus est, inferior titulo inscribendo destinata. Litt. circ. 5 (v. 2 litt. I longa, Q minor, v. 3 litt. T maior); puncta triangularia. Rep. a. 1984, cum araretur una cum vasibus terrae sigillatae in fundo *Los Panderones, dehesa de Ontalba (mun. Illescas)* in ripa dextra rivi *Guatén* et proxime ad viam ferream, quae *Madrid* ducit Toletum et fines territorii oppidi *Yeles*. Servatur *Yeles* apud privatum quendam; mihi descripsit et im. phot. dedit J. FERNÁNDEZ MONASTERIO.



Ammisa ◦ Benil-
tì ◦ Aeturiq(um) ◦ f(ilia) ◦
Clouti ◦ Maure-
icum ◦ ux(or) ◦
5 h(ic) ◦ s(ita) ◦ e(st) ◦

Im. phot. ab A. U. S. publici iuris facta.

STYLOW 1990, 332–336 n. IV cum im. phot. (AE 1990, 582; *HEp* 4, 1994, 889); ABASCAL – ALFÓLDY 2015, 104–105 n. 55 cum im. phot. fig. 77; SIMÓN 2015, 333–346 (AE 2015, 664). – Cf. ABÁSOLO 1994, 200 cum im. del. fig. 2.1; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1994, 170; GÓMEZ-PANTOJA 1996, 79; ABASCAL 1998a, 132; EUND. 2003, 148; HURTADO 2003/04, 193–194, 197 n. 2, 199 n. 18; VALLEJO 2005a, 113. 132. 284; ABASCAL 2007, 296.

Exceptis Clouti nomine et cognationis Aeturiqum, quae recurrit Mantuae (cf. II 6310; STYLOW 1990, 336–343 cum im. phot. trium partium arae), cetera aliunde ignota sunt, sed cf. nomen Celtibericum *Aeturus* in titulo 13, 202 (*Navas de Estena*, CR). Benilti nomen a. 1990 Ibericum habui, id quod F. BELTRÁN in dubium vocavit (cf. *HEp* 4, 1994, 889).

Ex nominum ratione, ordine tituli formisque litterarum saec. I med. A. U. S.

Pantoja

13, 105 instrumentum domesticum

Vas ex terra rubra factum (*terra sigillata hispanica* formae DRAGENDORFF 37) altum 10, diam. 22. Titulus, qui in vasis latere exteriori exstat, ante coctionem impositus est, nam exemplum incisum erat in formam, quae ad vas fingendum adhibita erat. Rep. a. 1971 in fundo *La Horca* REVUELTA. Servatur *Toledo*, M. S. C. (inv. n. 17458), cui dedit J. B. DE LUCAS. Ibi descripserunt REVUELTA et CORTES et AL. Contuli ex im. phot. ab iisdem sumpta.



AMABTE
CL

Fuisse videtur:

Am^aba^t(a)e
Cl(audiae)

Im. phot. a CORTES et AL. publici iuris facta.

REVUELTA 1980, 46–47 cum im. phot. fig. 16a; CORTES et AL. 1984, 75–76 n. 4 cum im. phot.; ABÁSOLO – GUTIÉRREZ 2010, 409–410 (*HEp* 19, 2010, 386); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 132.

1 litt. M inversa, litt. AB ordine inverso a figulo inscriptae; AWABTE REVUELTA; *Ambate Claudiae* ABÁSOLO – GUTIÉRREZ. – 2 suppleverunt ABÁSOLO – GUTIÉRREZ puto recte.

Nomen *Ambata* in nonnullis titulis Hispanicis recurrit (vide ALBERTOS 1966, 20; ABASCAL 1994a, 269–270; VALLEJO 2005a, 137).

Ex forma vasis saec. IV–V.

J. M. A.

Villaseca de la Sagra

13, 106 (= II 3087) tit. sepulcralis

“In Vila Seca (“*Villaseca de la Sagra*” CEAN) agri Toletani” MURATORI, *en los límites de Magán con Villaseca de la Sagra* JIMÉNEZ DE GREGORIO. Latet aut periit. Contulimus ex PRIORIBUS.

D(is) M(anibus) s(acrum)

Rufina Myrism(o) coniugi

carissimo et pientissimo

qui vix(it) an(nis) LXXV

5 *fecit hic sit(us) e(st) sit*

tib(i) terra levis


MURATORI 1739/42, 1396, 13 “e schediis Farnesiis”, e quo pendent AUCTORES omnes CEAN 1832, 127 (MAROTO 1991, 161); HÜBNER II 3087 (FITA 1908a, 522; FUIDIO 1934, 138. 153 n. 76; VIVES, *ILER* 4631; ALFÖLDY 1987c, 258 n. 12); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 290 n. 274 cum im. a MURATORI tradita fig. 316. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 408–409. III 222.

Nomen Graecum *Myrismus* (SOLIN 2003, 1236) saepius in Hispania occurrit. In v. 5–6 ordo verborum et divisio versuum fortasse corrupte traditi sunt.

Titulum ex epitheto “carissimo” et ex formulis saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 107 (= II 3086) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario superne a sinistra fracta in fronte levigata 35 × 28,5 × 12. Area titulo inscribendo destinata non excavata sulco cincta. Litt. rusticae inter lineas ad delineandum ductas minus accurate insculptae circ. 3,5–4 (v. 3 et 5 litt. O minor 3); puncta desunt. Rep. ante a. 1869 in *Despoblado de Aceca* intra fines oppidi *Villaseca de la Sagra* “prope *Villaluenga* (intra *Villaseca* et *Illescas*)” HÜBNER, quem docuit ZOBEL. Servatur *Toledo* in M. S. C. (inv. n. 228), cui dedit CONDE DE CEDILLO. Ibi descripserunt G. A. et H. H. a. 1979; recognovit a. 1983 G. A. et W. K. im. phot. sumpsit; contulit J. M. A. a. 2013.



D(is) M(anibus) s(acrum)

Tertius

G(ai) Ploti Apro-

niani ser(vus)

5 *annor(um) LXXXV*

h(ic) s(itus) e(st)

Quetus (!) patri

p(osuit)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

HÜBNER II 3086 e scheda a J. ZOBEL missa, qui ipse vidit (FITA 1908a, 522; VIVES, *ILER* 5091); WICKERT, sched.; FUIDIO 1934, 138. 153 n. 75; JORGE 1957, 65; ALFÖLDY 1987c, 256–257 n. 8 cum im. phot. tab. XIV.8 (*AE* 1987, 678; *HEp* 2, 1990, 698–699); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 290–291 n. 275 cum im. phot. fig. 317. – Cf. GONZÁLEZ-CONDE 1987, 66.

2 *Ifitus?* (aut *Hypnus?*) cogitavit HÜBNER scheda a ZOBEL missa nisus; II IDVS JORGE. – 3 C P QV APRO JORGE. – 3–4 C. *P(ompeii) Aproniani* HÜBNER. – 7 *Qui(n)tus pat(e)r* HÜBNER; QVITVS PATI JORGE. – 8 Omiserunt omnes AUCTORES ante ALFÖLDY.

Nonnumquam *Quetus* pro *Quietus* scribitur et in Hispania (vide ABASCAL 1994a, 477 et *AE* 1996, 906) et alibi. De nomine feminino *Queta* pro *Quieta* scripto cf. KAJAVA 1994, 191 adn. 392 et vide titulum Tarraconensem II²/14, 1307.

De loco, ubi lapis in lucem prodiiit, vide MAROTO 1991, 161.

Ex formulis et ex litterarum formis saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 108 tit. sepulcralis vel honorarius

Lapis incerti generis, fortasse fragmentum basis. Puncta ubique fere posita. Servabatur *Villaseca de la Sagra* (TO) “in ingressu domus Marchionis (nunc *Ayuntamiento*) in fragmento oblongi lapidis” DE MORALES. Latet aut periit.

Q. FLAVIO G.
CAE IIIII VERINA
G. IULIVS SE III

Q(uinto) o Flavio G(ai) o [f(ilio)]
Ga'l(eria) [Se]verin[o]
G(aius) o Iulius Se[- -]

Im. a PORRAS DE LA CÁMARA tradita.

A. DE MORALES apud PORRAS DE LA CÁMARA, ms. saec. XVI/XVII 11v, qui A. CIACCONIO misit; GIMENO, sub prelo, n. C-13.


2 GÂE traditur.

Titulus sepulcralis fuisse videtur potius quam honorarius. In fine desideratur parentelae sive amicitiae indicatio vel similiter. J. M. A. – H.G. P.

Mocejón

13, 109 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario (marmore REVUELTA, JIMÉNEZ DE GREGORIO, CORTES et AL. errore) in tres partes fracta, superne et infra magna ex parte deperdita, in fronte exposita, sed nunc partim corrosa, a tergo scabra (68) × 44 × 3,5. Litt. ad librarías semiunciales attinentes ex parte ad librarías transgredientes circ. 3,5/4; puncta rotunda quasi evanida. Rep. *en la finca de Velilla, del término de Mocejón* REVUELTA, CORTES et AL.; in *El Palomar de Velilla* JIMÉNEZ DE GREGORIO; in *der Finca “El Palomar de Velilla”* ALFÖLDY. Deinde translata est a. 1960 in Museum Toletanum. Servatur *Toledo* in M. S. C. inter reposita (inv. n. 1092), ubi descripsit G. A. a. 1981 et iterum recognovit a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; contulit J. M. A. a. 2013.



[D(is) M(anibus)] s(acrum)

[F]lorin[us def]unctus

est an(n)o rum XXXXV

Musturus frater

5 faciendum cura-

vit h(ic) o s(itus) o e(st) o s(it) o t(ibi) t(erra) k(e)vis

Im. phot. a W. K. sumpta.

REVUELTA 1958/61, 174–175; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1961, 215 cum im. phot. fig. 28 (*HAE* 1874; VIVES, *ILER* 4707 et 6268); CORTES et AL. 1984, 73–74 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (*HEp* 1, 1989, 610); CURCHIN 1985a, 245 n. 6 (*AE* 1985, 596); ALFÖLDY 1987c, 255–256 cum im. phot. tab. XIV.7 (*AE* 1987, 677; *HEp* 2, 1990, 683); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 111–112 n. 61 cum im. phot. fig. 87. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 470; VALLEJO 2005a, 653.

1–6 Legit ALFÖLDY 1987c. – 1–4 [- -]S | [- -]VCTVS | EST AN[- -]RVM[- -] XXXV | MVST[- -]RVS FRATER REVUELTA; [- -]S | [- -]VNC [.] [SI]TVS | EST A [.] NNORVM XXXXV | MVSTONIVS (?) FRATER JIMÉNEZ DE GREGORIO; [- -]s | [- -] r [- -] (def)unctus | est an(no)rum XXXXV | *Musturus frater* CORTES et AL. – 6 [- -]VS REVUELTA; VII [- -] L VIS JIMÉNEZ DE GREGORIO.

Cognomina Florini/Florinae in titulis sepulcralibus Hispanicis frequenter recurrunt. Cognomen Musturi aliunde ignotum cum cognomine Celtiberico *Mustarus* coniunctum est, cf. iam ALFÖLDY 1987c ex testimoniis a PALOMAR 1957, 88 et ab ALBERTOS 1966, 164 collectis.

Fratres, qui nomine unico laudantur, peregrini vel potius servi fuisse videntur.

Ex tituli ordine et ex formulis et ex litterarum formis saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

Confluentia fluminum Tajo et Algodor

13, 110 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, a dextra fracta, in fronte expolita et a tergo scabra 72 × (32) × 14. Area titulo inscribendo destinata excavata et in formam tabulae ansatae redacta 20 × (24), cuius ansa sinistra superest. Litt. 3,5 (v. 1), 3 (v. 2–3), 2,5 (v. 4), 3 (v. 5); puncta triangularia quasi omnia sursum directa. Rep. a. 1984 a L. F. GARCÍA, cum araretur in fundo *Majazala* intra fines oppidi *Toledo* circ. 200 m in meridiem versus a confluentia fluminum *Tajo* et *Algodor*, ut nos docuit L. F. GARCÍA, *a menos de cien metros del cauce del río Algodor ... DEL HOYO*, ubi frustra quaesivimus d. 6 m. Oct. a. 2005. Deinde translata *Seseña (TO)* in domum L. F. GARCÍA; ibidem descripsit J. M. A. a. 2013 et im. phot. sumpsit.

Acatemeris[s]

Luci ° *Corn[eli]*

Maturi ° *ser[va]*

anorum (!) ° *X[.]*

5 *h(ic)* ° *s(ita)* ° *e(st)* ° *s(it)* ° *t(ibi)* ° *t(erra)* ° *[(e)vis]*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

DEL HOYO 2000, 315–321 cum im. phot. (*AE* 2000, 779; *HEp* 10, 2000, 616); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 276–277 n. 258 cum im. phot. fig. 297.

2 *Corn(eli)*, – 3 *ser(va)* proposuit P. LE ROUX ad *AE* 2000, 779.

Acatemeris (i. e. *Agathemeris*) nomen Graecum mulieris aliunde in Hispania ignotum est, de nomine vide SOLIN 2003, 6–7; cf. *Agathemerus* II 5382, *Agathemer* II²/5, 115; II²/14, 505. De cognomine *Maturus* vide infra ad tit. 13, 919 (= II 6312).




Ex litterarum formis et ex formulis saec. I med. vel ex.

J. M. A. – G. A.

13, 111 (= II 3214 cf. p. XLV et 947) tit. sepulcralis

Stela (arula HÜBNER II p. 947) ex lapide calcario superne olim rotundata, nunc fracta (51) × 33 × 19. Pars antica tota circum excavata est ita, ut efficeretur forma prominens et ipsa haud dissimilis stelae superne rotundatae, cuius parti superiori patera (corona HÜBNER, fortasse recte) insculpta est. Area titulo inscribendo destinata supra et infra regulis cincta 18 × 23. Litt. 1,5 (v. 1), 2,5/2,7 (v. 2), 2,2/2,5 (cet.), “aperte restituta ab homine imperito” HÜBNER, recte; v. 1 in margine superiore inscriptus est, v. 4 litt. duae postremae extra aream in margine; puncta triangularia diverse directa. Rep. a. 1859 *junto al puente de Algodor* PINTADO, *junto al primer desmonte pasado el puente de Rondanejo, a 7,5 km, en la desembocadura del río Algodor, del empalme de Castillejo con el ferrocarril de Alicante* FERNÁNDEZ-GUERRA apud HÜBNER II 3214, minus accurate (qui primum cogitavit de *Castillejo de Iniesta, CU*, correxit p. XLV), *al abrir la caja del puente de Algodor para la vía férrea de Castillejo á Toledo* RADA, *en los cimientos del puente de Algodor, en la vía de Castillejo a Toledo* RIVERO, i. e. cum aperirentur fundamenta pontis, qui fluvio *Algodor* impositus est ad traiciendam viam ferream, quae a vico *Castillejo* ducit Toletum, intra fines eiusdem oppidi. Stelam Academiae Matritensi pollicitus est J. A. PINTADO, quo non pervenit, sed iuxta pontem relicta est; a. 1861 prope *la estación de Algodor* eam denuo invenit A. FERNÁNDEZ-GUERRA et *Madrid* in *Ministerio de Fomento* apportandam curavit RADA, postea iam in M. A. N. descripsit HÜBNER a. 1886. Servatur *Madrid* in M. A. N. inter reposita (inv. n. 16497), ubi descripsit G. A. a. 1983; contulit A. U. S. a. 1984, im. phot. sumpsit G. K. S.



D(is) ◦ M(anibus) ◦ s(acrum)

Themis ◦

ano(rum)(!) ◦ XVIII ◦ h(ic) ◦ s(ita) ◦ e(st) ◦ s(it) ◦ t(ibi) ◦ t(erra) ◦ l(evis)

Pom(peius) ◦ Severinus

5 *uxori pienti-*

ssimae ◦ f(aciendum) ◦ c(uravit)

Im. phot. a W. K. sumpta.

ANONYMUS, ms. R. A. H. sign. CA-TO-9/7976/17 a. 1859, litterae gratiarum J. A. PINTADO datae, quod stelam Academiae Matritensi donaverit (apud ABASCAL – GIMENO 2000, 256 n. 471); HÜBNER II 3214 (cf. p. XLV et 947), qui praeterea habuit descriptam a A. DELGADO et A. FERNÁNDEZ-GUERRA et qui a. 1886 contulit in museo (FITA 1908a, 520–521; DIEHL 1910, 22 n. 225; VIVES, *ILER* 4403); RADA 1875a, 504 (HÜBNER II suppl. p. 947); RIVERO 1933, 66 n. 238; ALFÖLDY 1987c, 257–258 n. 11 cum adn. 7; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 277–279 n. 259 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY del. fig. 298–299. – Cf. SABAU 1860, 22; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 66–67; ABASCAL 2003, 150.

Litterae v. 2–6 tempore recentiore (a J. A. PINTADO?) inepte restitutae sunt (simul cum stela tota circum excavata?) et

effecta haec: 3 litterae N altera minutissima superposita est, – 5 VXOREPIENFI, – 6 SSINVAEIFO vel SSIMVAEIFO. Unde AUCTORES legerunt alii aliter: 3 *anno(rum)* FITA, ALFÖLDY 1987c, – 5 VXORE AUCTORES omnes, quam formam ex usu vulgari explanabat DIEHL, *uxor^ri* em. HÜBNER, ALFÖLDY, PIENFI HÜBNER, RADA, qui emendaverunt, – 6 SSIMAE[- - -]FC HÜBNER, RIVERO, SSIMAEI ◦ F ◦ C ◦ RADA, SSIMAE FC FITA, SSIMVAEI ◦ FO ALFÖLDY 1987c, qui emendavit. De loco, ubi stela reperta est, in extenso tractavit FITA 1908, 521.

Ex formulis et ratione nominum saec. II ex. vel III in.

G. A. – A. U. S.

Ocaña

13, 112 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario cum tympano cymatiis marginato, superne mutila, a sinistra laesa, in latere sinistro levigata (106) × 43 × 28. In antica in parte superiore caput defuncti exsculptum, in parte inferiore area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta excavata erat. Versus postremus extra marginem adscriptus est. Postea lapis ita erasus est, ut mortui facies decussa, tituli versus 2 vel 3 excisi sint. Litt. 4/4,5 (v. 1–3), 3/4 (v. 4). Puncta rotunda. Rep. in loco *Los Almendros* MARINÉ, circ. 1967 prope *Ocaña* iuxta viam Toletum ducentem CORTES et AL. Servatur *Ocaña* apud privatum quendam, ubi descripsit G. A. a. 1983 et im. phot. et ectypum sumpsit.



[[- - - - -]]

[[- - - - -]]

[[- - - - -]]

[[- - - (centuria)]]

5 *Caes[i] Celeris*

signi^rf(ero) ◦ m(ater) ◦ Lap-

oena ◦ Anno(nis filia)

p[i]o ◦ filio ◦

Im. phot. a G. A. sumpta.

ALFÖLDY 1987d, 519–520 n. 3 cum im. phot. tab. 3 (*AE* 1988, 829; LE ROUX 1992, 256 n. 31); CORTES et AL. 1987, 94–95 n. 6 cum im. phot. fig. VI (*HEp* 2, 1990, 685); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 124–125 n. 75 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 107–108. – Cf. GONZÁLEZ-CONDE 1987, 133–134 cum adn. 72; MARINÉ 2001, 135; VALLEJO 2005a, 142.

4–8 legit ALFÖLDY 1987d. – 6 litt. F sine hasta media insculpta.

4 omiserunt CORTES et AL. – 5 *Cae[[io]]* CORTES et AL. – 6 *signif(eri) m(ilitum)* CORTES et AL. – 7 ex. *Anno(nis) f(ilia)* ALFÖLDY. – 7 ex.–8 *anno(rum) | [XX] d(edit) filio* CORTES et AL. minus recte.

De cognomine Lapoenae vide PALOMAR 1957, 75; ABASCAL 1994a, 396. De cognomine Annonis vide ALBERTOS 1966, 27–28; cf. HOLDER 1896/1913, I 157.

Ex eo, quod mater ibi monumentum dedicavit, defunctus quasi certe ex *Ocaña* ortus erat ALFÖLDY 1987d.

Stela in officina rustica veri simillime sculpta est, quam rem iam tractavit ABASCAL 1998a, 133. 136 cum im. del. fig. 9. De villis rusticis, quae intra fines oppidi *Ocaña* repertae sunt, vide URQUIJO et AL. 2001, 153. G. A. – J. M. A.


13, 113 instrumentum

Fragmentum fibulae aeneae titulo impresso instructae 4,1 × 1,6. Rep. in loco *Los Almendros* MARINÉ. Servatur *Ocaña* apud privatum quendam, ubi descripsit ALONSO ante a. 1984. Contuli ex AUCTORIBUS.

Durnacos

Im. del. ab ALONSO publici iuris facta.

ALONSO SÁNCHEZ 1984, 44–46 cum im. del. fig. 1 (*HEp* 1, 1989, 611), e quo pendent MARINÉ 2001, 136 n. 505, 397 n. 505 cum im. del. fig. 83; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 125 n. 76 cum im. del. fig. 109.




De fibulis hoc nomine inscriptis vide supra n. 13, 79.

J. M. A.

13, 114 instrumentum

Fibula aenea titulo impresso instructa $3,4 \times 6,2 \times 0,4$. Rep. a. 1988 in *Vieja Ocaña* MARINÉ. Servatur *Ocaña* apud F. MARTÍN DE LA CRUZ, ubi descripsit MARINÉ ante a. 2001. Contuli e MARINÉ.



Durnacus

Im. del. ab MARINÉ publici iuris facta.

MARINÉ 2001, 136 n. 441, 387 n. 441 cum im. del. fig. 73 (*HEp* 11, 2001, 576), e quo pendet ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 126 n. 77 cum im. del. fig. 110.

De fibulis hoc nomine inscriptis vide supra n. 13, 79.

J. M. A.

Dosbarrios

13, 115 tit. sepulchralis

Stela (parallelepipedum?) ex lapide calcario. Titulum quoque nescio. Servabatur *Dosbarrios* apud privatum quendam, ubi circ. a. 1987 viderunt J. A. ABÁSOLO et S. CORTES. Latet aut periit.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 88 n. 36.

J. M. A.

La Guardia

13, 116

Tabula cerata dicta *Toletana*, unica ex paeninsula Iberica adhuc nota, in parte aversa convexa $19,5 \times 9,7 \times 0,2/0,5$. Area ad titulum inscribendum destinata excavata et cera impleta $18,3 \times 8,5$. In latere sinistro gemina foramina parva 4 cm a margine supero, item gemina a infero, in

medio lateris dextri unum foramen parvum. In medio lateris inferioris ornamentum. Lignum bene servatum, sed stratum cerae graviter consumptum. Tabula olim haud dubie fuit prima vel postrema pagina codicis tabularum complurium. Nam foramina gemina in latere sinistro ad tabulas inter se coniungendas destinata sunt, foramen in latere dextro sine dubio ad codicem interdum claudendum adhibitum est (fortasse re aenea quadam inserta). Tabula – tum certe nondum inscripta – eo tempore sic versa erat, ut ornamentum non infra, sed supra exstaret. Is codex certe non sigillis impressis obsignatus erat. Postea codex disiectus est – quare singula tabula reperta sit – et tabula capite verso bis inscripta est. Nam duo textus a duabus manibus stilo scripti discerni possunt. Superior textus in cursivam scripturam capitali similem redactus manui imperitae adsignandus, inferior scribae experto. Nec in parte postica nec in marginibus ulla vestigia scripturae stilo incisae vel calamo et atramento pictae cernuntur. Rep. circ. a. 1976 in quadam cavernarum a hominibus fossarum, quas *Villapalomas* appellant, apud *La Guardia (Toledo)*, i. e. ubi ager Toletanus attingit agrum Segobrigensem versus orientem et Consaburensem versus meridiem. Cavernae istae ab aetate ferrea usque ad aevum modernum ad habitandum et ad res domesticas gerendas, inter alia ut columbaria, adhibitae sunt. Tabula primum a possessore cavernae A. HIJOSA LÓPEZ in granario loco sicco servata est, tum a. 1996 a novis possessoribus J. JIMÉNEZ et E. JIMÉNEZ donata *Museo Sefardí de Toledo*, denique a. 1999 translata in M. S. C. (inv. n. 2001/G/1), ubi descripsimus a. 2013 et 2014.



Fig. a



Fig. β




Fig. γ

Tit. A (manus prior):

+++++ ço(n)ş(ulibus)
 +++A+++R+++++VIVS
 [.] scripsi [acc]episi (!) me
 a F[. . .]T[. . .]++++AMEA
 5 ++++ şeştertia tria
 milia trecenta
 novem REM+++
 BOFRVCT[.]FE+VM
 INPRAE[- -]ISINPR
 10 TIOV[- -]++TITV
 QVI[- -]+++SSO
 actum CV[.]A+[.]+

manus altera:

Pridie Kal(endas) Iunias P[. . .]ŞITA[. . . .?]
 ex ferro RA++++[- -]
 ex H++RES+++++
 et +++++

Fig. α: Im. phot. a R. ZABA (M. S. C.) sumpta.

Fig. β: Im. phot. a T. P. sumpta monstrans latus sinistrum.

Fig. γ: Im. phot. a T. P. sumpta monstrans latus dextrum.

MITTHOF et AL. 2015, 305–308. – Cf. ALFÖLDY 1999b, 476 cum adn. 53 ex lectione a F. MITTHOF proposita (HEp 9, 1999, 563); PALOMERO 2000, 169 sine lectione cum im. phot. Paramus editionem maiorem.

3 fortasse [i]scripsi ut saepe in sermone vulgari occurrit; legitur scripsi accepisse me. – 12 fortasse Cu[s]a[bur]a vel Cu[s]a[br]a pro Consaburae (cf. AE 1967, 239: Cusaburensis et FRONTIN. strat. 4, 5, 19: Hispani Consabrae obsessi).

Textus superior (tit. A) apocha est in formam chirographi, ut dispositio textus et formulae ex tabulis Pompeianis et Herculanensibus notae demonstrant: consulatus (v. 1); mensis et dies; nomen emittentis (v. 2); scripsi me accepisse a (v. 3–4); nomen solventis (v. 4–5); sestertia tot (v. 5–7); causa solutionis (v. 7–11); locus (v. 12). Textus inferior (tit. B) est, ut videtur, index solutionum vel rerum singulis mensibus factarum, a postremo die mensis praeteriti incipiens.

Ex formulis et litt. formis saec. I–II.

F. M. – T. P. – Ch. C.

Villanueva de Bogas

13, 117 tit. sepulcralis

Stela (?) ex lapide granato de tres cuartas poco más de largo y media vara de ancho (i. e. circ. 60 × 42 × ?) labrada unicam(en)te en las dos terceras partes superiores q(u)e es lo q(u)e ocupa la inscripción ANONYMUS. Rep. Villanueva de Bogas (TO) hace cinco o seis años, i. e. circ. a. 1848/1849, cum araretur fundus iuxta las tapias del pueblo al saliente, sitio que dicen fue solar de casa o casas del Marqués de la Conquista ANONYMUS. Servabatur a. 1849 en la calle, colocada como está con yeso a la puerta de una casa ANONYMUS. Descripsi ad im. del. ab HERNANDO missam. Latet aut perit.

D M S
 PARCIO QVARIVIA VXOR
 MARITO INDVLCINISSI
 MO CQVIXIT AN
 NOS XXXXII HIC S F

I I I

D(is) M(anibus) s(acrum)
 P(ompeio?) Arcio Quar^tin^a? uxor
 marito indulg^entissi-
 mo [fe]c(it)? qui vixit an-
 5 nos XXXXII hic s(itus) e(st)
 [s(it)] t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. del. ab ANONYMO tradita.

ANONYMUS (*Manuel* quidam), ms. B. N. E. sign. 12939/27 f. 34–36, i. e. epistula ab eo ad C. A. DE LA BARRERA d. 1 m. Maii a. 1854 missa, e qua hauserunt HERNANDO 2009, 392–393 (*HEp* 18, 2009, 440); EAD. 2013a, 315–321. 331 cum im. del. fig. 3 (*AE* 2013, 908); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 289 n. 273 cum im. del. fig. 315.

2 QVARIVIA, – 3 INDVLCINISSI, – 4 CQVIXIT, – 5 HIC S F traditur. Lectio ANONYMI in dubio manet.

2–4 *Paccio Quartina uxor | marito indulgentissimo c(um) qui vixit ... restituere proposuit* HERNANDO 2009. Sequimur supplementa proposita ab HERNANDO apud *HEp* 18. Arcius est nomen admodum rarum (cf. SCHULZE 1991, 126), sed in Hispania notum, vide II 5556; *HEp* 5, 1055.

Ex formulis satis probabiliter saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur.
 J. M. A.

Nambroca

13, 118 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide granato infra crassior quam supra, in lateribus et a tergo asper, parte antica neglegenter levigata infra fracta 85 × 64 × 26. Litt. rusticae minus accurate insculptae circ. 5/6 (litt. T maiores 6/7); punctum v. 3 ex. rotundum vel triangulare. Rep. a. 1980 in fundo *Montalbanejos* intra fines oppidi *Nambroca* 0,5 km inter septentrionem et orientem versus a domo dominis fundi. Ibidem servabatur apud privatum quendam, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; deinde translatus in M. S. C., ubi servatur inter reposita (inv. n. 33623). Descripsit J. M. A. a. 2013.



Quinti-
 o Neii
 Aviti °
 ser(v)us
 5 h(ic) s(itus) e(st) s(it) t(ibi) t(erra)
 l(evis)

Im. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY 1987c, 254–255 cum im. phot. tab. XIII.6 (*AE* 1987, 676; *HEp* 2, 1990, 684); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 114–115 n. 66 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 94–95. – Cf. ALFÖLDY 2011c, 202 cum im. phot. fig. 15.

5 litt. E solum hasta recta indicata, similiter litt. S, qui sequitur.

Nomen *Neius* recurrit in tit. XII 4691 (Narbone) et *AE* 1977, 798 (Smyrnae), cf. ALFÖLDY 1987c.

Titulus ex formulis saec. I ex. tribuendus est.

G. A. – J. M. A.

Villaminaya

13, 119 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata infra fracta in fronte et ab utroque latere levigata, a tergo scabra (63) × 45 × 28. Supra in medio circuli tres extant cum lineolis inter se coniuncti (fortasse significant rosas). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. profunde insculptae circ. 5; puncta triangularia in v. 5. Rep. ante a. 1977 loco *Los Casares*, in occidentem versus circ. 2 km a *Villaminaya*, in villa Romana ibi nota (de loco cf. CABALLERO – SÁNCHEZ-PALENCIA 1982, 407 fig. 9). Servatur *Villaminaya* apud privatum quendam, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



Nezutus
Caecili
Lucani
serbus (!)
5 h(ic) o s(itus) o est
-----?

Im. phot. a W. K. sumpta.

ARELLANO 1977, 99 (*HEp* 4, 1994, 907); ALFÖLDY 1987c, 253–254 n. 5 cum im. phot. tab. XIII.5 (*AE* 1987, 675; *HEp* 2, 1990, 697); VELAZA 2008, 369–370 (*HEp* 17, 2008, 161); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 288–289 n. 272 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 313–314. – Cf. ABASCAL 2007, 297–298. 304 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 5; GIMENO 2008b, 312 cum adn. 189, quae figuras solum tractavit.

1 litt. S in margine inscripta.

Nomen servi Nezuti aliunde ignotum veri simillime nomen Celtibericum est, de quo vide amplius ALFÖLDY 1987c, 254; cf. VELAZA 2008, 369–370, qui servum Mezutus appellatum fuisse putavit.

De circulis superne insculptis vide tit. 13, 121 prope *Orgaz* (TO) repertum.

Ex formulis saec. I tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

Orgaz

13, 120 (= II 6309) tit. sacer

Ara ex lapide granato corona crepidineque undique prospicientibus praedita, in angulo inferiore sinistro fracta, a tergo minus levigata, ab utroque latere et in fronte expolita, in corona pulvinis focoque praedita 115 × 56 × 36. Litt. circ. 7. Rep. m. Dec. a. 1889 circ. 4,5 km ad occidentem versus ab *Orgaz* inter parietinas villae Romanae in *Las Escalicas* JIMÉNEZ DE GREGORIO, *Gaitán, una tierra de labor propia de D.^a Adela Ruiz Tapiador, viuda de Perea*, quae primum in domo sua posuit et deinde Museo Toletano

dono dedit CONDE DE CEDILLO. In *Museo Provincial* in S. *Juan de los Reyes* vidit WICKERT. Nunc servatur in M. S. C. (inv. n. 196), ubi descripserunt G. A. et H. HALFMANN a. 1979.



Herculi
Cornel-
ius m(erito)
v(otum) l(ibens) s(olvit)

Im. phot. ex neg. D-DAI-MAD-GRU-PLF-1827.

ANONYMUS, epistula ad CONDE DE CEDILLO data d. 10 m. Febr. a. 1890 (vide apographum in R. A. H. sign. 9/7581 apud ABASCAL 1999a, 94. 212 n. 73/13); CONDE DE CEDILLO, ms. R. A. H. sign. CA-TO-9/7976/56 (apud MAROTO 1991, 92–93 et ABASCAL – GIMENO 2000, 256 n. 473); ID. 1890, 312–314; inde pendet HÜBNER II 6309 (VIVES, *ILER* 200 a); WICKERT, sched.; JORGE 1957, 65, qui vidit (*HAE* 1772 [VIVES, *ILER* 191]); GAMER 1989, 283 n. TO 1 cum im. phot. tab. 50c; ORIA 1996, 178–179 n. 35; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 126–127 n. 78 cum im. phot. fig. 111. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962, 188; EUND. 1962/86 II 162; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 81; PACHECO et AL. 2001, 176; GIMENO 2008b, 315 cum adn. 205; RUBIO RIVERA 2008, 105. 106 cum im. phot. fig. 2; MORENO 2008, 23.

Litt. E duabus hastis rectis indicata.

3–4 IVS SVRA | V S L M CONDE DE CEDILLO, HÜBNER, JIMÉNEZ DE GREGORIO; IVS [- -] A JORGE; IVS M | V L S ORIA, quam secuti sunt PACHECO et AL.

Titulus ex genere et ex litterarum formis saec. I ex. aut saec. II tribuendus est. J. M. A. – G. A.

13, 121 tit. sepulcralis

Ara ex lapide granato superne resecta et a dextra circulo (fortasse patera vel rosa) ornata, infra a dextra fracta, undique neglegenter levigata (68) × 40 × 32. Area titulo inscribendo destinata excavata 26 × 22. Litt. circ. 4 (v. 1–2), circ. 3 (v. 3–5). Punctum v. 5 triangulare deorsum directum, puncta cetera desunt. Rep. circ. a. 1975 in loco *Peña Panadera, muy próximo al puente del Camino Real que va de Orgaz a Toledo* CORTES et AL. Servatur *Orgaz* apud Rogelio SÁEZ MARTÍNEZ in fundo *Dehesa Villaverde*, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



Castio
Castio-
niš an(n)o-
rum L
5 s(it) t(ibi) ° t(erra) l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

CORTES et AL. 1987, 95–96 n. 7 cum im. phot. tab. VII (*HEp* 2, 1990, 686 cum commentario ab ALFÖLDY, qui ipse vidit); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 127–128 n. 79 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 112–113. – Cf. GIMENO 2008b, 312 cum adn. 189.

2–4 legit ALFÖLDY. – *Cast[io]ni[s] [- - -] r[- - -]* CORTES et AL.

Castio cognomen Latinum rarum in Hispania exhibet KAJANTO 1965, 252, qui de nomine Celtico quoque cogitavit.

Circulus superne a dextra insculptus comparandus est circulis in tit. 13, 119 haud longe reperto.


Ex formulis saec. I ex. videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 122 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata et a tergo scabra, paulum laesa 108 × 48 × 32. In parte superiore, ubi a dextra pars pulvini exstat, rosa in formam geometricam redacta in quattuor partes divisa exsculpta est. Area titulo

inscribendo destinata excavata cymatio cincta. Litt. 6/8,5; puncta rotunda. Rep. a. 1982 a F. RIELVES in fundo *Villaverde* vel *Dehesa Villaverde* intra fines oppidi *Orgaz*. Servatur *M. S. C.* inter reposita (inv. n. 26591), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2013.



Primu-
la an(n)o-
rum ° X
h(ic) s(ita) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

CORTES et AL. 1984, 81–82 n. 13 cum im. phot. fig. 13 (*AE* 1986, 433; *HEp* 1, 1989, 612); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 128–129 n. 80 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 114–115. – Cf. GIMENO 2008b, 312, 313 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 35.

4 *h(ic) s(ita) e(st) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)* *HEp* errore.


Ex formulis saec. I ex. videtur.

G. A. – J. M. A.

Arisgotas

13, 123 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, a sinistra fracta, a dextra in parte calce tecta, in fronte laesa 145 × 53,5 × 31. Pars superior excavata, ibi rosa foliorum sex in circulo exsculpta est; area titulo inscribendo destinata non excavata superne cum ansa exornata. Litt. circ. 5,5/6; puncta rotunda vel triangularia vel deformia. Rep. *Arisgotas* a. 2006 *en las obras de restauración de la iglesia... sirviendo de escalón al antiguo altar* GIMENO. Servabatur *Museo de arte visigodo de Arisgotas*, ubi descripsit GIMENO a. 2007; deinde denuo in ecclesiam translata est, ubi descripsi a. 2013.



Retugen-
us ° *Mori-*
ciq(um) ° *C(- -)* ° *Vir[o]-*
ni f(i)lius ° *h(ic) s(itus) e(st)*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

GIMENO 2008a, 99–103 cum. im. phot. fig. 4–5 (AE 2008, 718; *HEp* 17, 2008, 148); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 59–61 n. 8 cum im. phot. fig. 20. – Cf. GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 256.

Litt. Q cauda longa praedita.

3 ex. CV+[,]+ GIMENO. – 3–4 *C(aecili) Vir[o]ni* ABASCAL – ALFÖLDY. – 4 in. *mi l(ibertus)* GIMENO.

Nomen Celtibericum *Retugenus* / *Rectugenus* recurrit in titulis Hispanicis; vide ad tit. 13, 47. De nomine cognationis Celtibericae *Moricq(um)* vide *Morcicum* in titulo Cluniensi (AE 1976, 358), de quo amplius egit GIMENO 2008. Utrum breviatio C (v. 3) praenomen C(aius) vel nomen gentile ut C(aecilius) vel C(ornelius) significet, non constat. Nomen indigenum *Vironus* frequentissime redit in titulis Hispanicis Lusitaniae et

vicinae, de quo vide ABASCAL 1994a, 547 et VALLEJO 2005a, 455. Ut monstrat nomen, Retugenus quasi certe ex Celtiberia ortus est.

Ex tituli ordine et ex formulis et ex litterarum formis saec. I med. vel ex. J. M. A.

13, 124 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato cineraceo superne fracta olim satis probabiliter acroteriis praedita, undique levigata, a tergo scabra, in marginibus et ab utroque latere laesa 82 × 43 × 30. Litt. 7,5 (v. 1), circ. 7,5/8 (v. 2), circ. 7,5 (v. 3; litt. S maior 10); puncta desunt. Rep. *Arisgotas, calle Pozo-nuevo*, ubi in usum posteriorem recentioris aevi parieti immissa erat; videtur ex agris eiusdem vici allata esse, ut testantur amici. Servatur *Arisgotas* apud P. GARCÍA-CALVO, *calle Real, 2*, ubi descripsit S. CORTES a. 1983, quae im. phot. mihi dedit. Recognovi una cum J. C. OLIVARES a. 2014 et ectypum sumpsit.



Tertu-
[ll]a h(ic) s(ita)
e(st) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 61 n. 9 cum im. phot. fig. 21 (AE 2016, 829).

1 ex. videntur vestigia hastae declivis litt. V. – 2 in. ex ordinatione litt. L una an duae desunt.

Titulus ex genere monumenti et ex formulis et ex litterarum formis saec. I posteriori tribuendus videtur. J. M. A.

13, 125 tit. sepulcralis

Ara ex marmore albo corona crepidineque ubique prospicientibus instructa 89 × 39 × 34; pars media 57 × 31 × 26; in corona focus postea ad usum Christianum in foramen quadratum redactus; in latere sinistro patera, in dextro olim urceus. Litterae hodie quasi evanidae circ. 5/6. Rep. loco *Los Hitos* in meridiem versus ab oppido *Arisgotas* sito, in parte septentrionali regionis *Montes de Toledo*, ut

nos docuit J. MARTIN, (*en el Prado de Santa Bárbara MANGAS – CARROBLES errore*), ubi titulus n. 13, 126 in lucem prodiiit. Circ. a. 1937–1938 servabatur *Arisgotas ... en el corral de la casa del alcalde*, ut docuit F. GALLEGRO FERNÁNDEZ, qui im. phot. sumpsit. Servatur *Arisgotas* in ecclesia, ubi descripsimus a. 2005; ibidem recognovit J. M. A. a. 2012.



Fig. α

[- -] + [- -]
 [- - - -]
 [.] O [- -]
 [- - - -]
 5 ++ [- -]
 [- - - -]
 [- - - -]



Fig. β

Fig. α: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

Fig. β: Im. phot. a F. GALLEGRO FERNÁNDEZ circ. 1937–1938 sumpta (*Madrid, Ministerio de Cultura, Instituto Español de Patrimonio*, sign. AJ-0731_P).

MANGAS – CARROBLES 1996, 247–248 n. 4 cum im. phot. (*HEp* 7, 1997, 974); GIMENO 2008a, 99 cum adn. 1. 100 cum im. phot. fig. 1–3 a L. CABALLERO sumptis (*HEp* 17, 2008, 149; SASTRE 2011, 75–76); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 61–62 n. 10 cum im. phot. fig. 22–23. – Cf. RUBIO RIVERA 2008, 105; MORENO 2008, 21–23 cum im. phot.

1, 5 +++ sunt vestigia minima hastarum rectarum.

1 D M S GIMENO, sed distinguere non potuimus.

De loco *Los Hitos* (vel *Matabueyes*), ubi effossiones inter a. 1975 et 1982 in aedificio Christiano institutae titulos in lucem protulerunt, vide CABALLERO – LATORRE 1980, 21; CABALLERO – SÁNCHEZ-PALENCIA 1982, 406; EOSD. 1962/86 IV 113; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1984, 246; CABALLERO 1988, 36; MAQUEDANO 2002; BALMASEDA 2007a, 291; MORENO 2008, 13–44.

G. A. – J. M. A.

13, 126 tit. operis Christiani

Tabula ex lapide calcario ex fragmentis undecim coniuncta, speciatim in margine superiore partes nonnullae desunt, sed versus nullus in toto deperditus est, 36 × 48 × 9, area inscribendo titulo destinata 30,7 × 47,1. Litt. inter lineas ad delineandum ductas accurate insculptae 2,5 (v. 3. 5. 11 litt. I, v. 10 litt. O minutae; v. 11 litt. O inclusa in D). Rep. a. 1982 a L. BALMASEDA in effossionibus inter parietinas ecclesiae loco *Los Hitos* institutis, 2,5 km ad meridiem vici *Arisgotas*. Servabatur *Toledo* in M. S. C., ubi vidi primum a. 1998 adhuc fracta et postea a. 2006 iam coagmentata, nunc Toleti in *M. Conc. Cult. Vis.* (inv. n. 1999/46/1), ubi denuo descripsi a. 2011.



[...] + [h?]unc aditu[m] + B[-7/8?- t]empli <crux>
 [i]ntrantis <Christ>o carmē(n) re[citate?] mēlodum
 lumina cum [m]anib(us) et corda s[ust]ollitē flē(n)tes
 diluat ut [cu]lpas <Christu>s et debita laxet
 5 corpora emaculata servet et penetrāliā mē(n)tis
 efuget ac tetrūm c[on]lubrūm r[u]rsū(m)q(ue) retrūdāt
 quo v(e)s(tr)is absit ānimis inlectio eius
 luxur[ia]e leporisqu(e) vile [ob]lectatio turpis
 garru[lit]as vāna fastus rerumq(ue) cupido.
 10 glorific[ate] pō(r?)tas vos immis ispō(n)te parē(n?)tes.
 <crux Latina> in D(e)ī n(o)m(in)e ānc ecl[es]iā(m) IN++[.]ĪDO fecit

Im. phot. a L. BALMASEDA sumpta.

VELÁZQUEZ 2001b, 192–193 cum im. phot. fig. 2; EAD. 2003, 18–19 n. 5; VELÁZQUEZ – BALMASEDA 2005, 137–149 cum im. phot. (*HEp* 11, 2001, 577); VELÁZQUEZ – HOYO 2005, 232–

234 cum im. phot.; CORTES – OCAÑA 2007b, 502 cum im. phot.; VELÁZQUEZ 2008, 28–29; ESCOLÀ 2013, 117–118. – Cf. DEL HOYO 2005, 75; MORENO 2008, 33–35 cum im. phot.; RICO 2009, 35–36.

In linguam Hispanicam ita vertitur:

[...] a este acceso [-7/8?-] de la entrada del templo. Recitad un poema melodioso a Cristo, alzad los ojos llorando y los corazones junto con vuestras manos para que Cristo lave las culpas y condone las deudas, conserve immaculados los cuerpos y las profundidades de la mente, y abuyente la abominable serpiente y de nuevo la encierre para que se aleje de vuestros espíritus su seducción y e vergonzoso deleite de la lujuria y del placer, la habladuría banal y la ambición de riquezas. Glorificad con himnos las puertas vosotros que comparecéis por propia voluntad. + En el nombre de Dios, [...]do construyó esta iglesia.

Litt. capitales Visigothicae vel Mozarabicae. Litt. A sine hasta librata, D ad formam triangularem tendens, M varie scripta, O oblonga, Q a dextra quasi recte formata, cauda infra apposita, R plerumque capite maiore, V ut U scripta, hasta sinistra infra curvata (supra interdum supina), hasta dextra recte perducta, X hastis aliquantum curvatis. Breviationes multae lineis superpositis indicatae, v. 3 linea spatio vacuo superposita, ut exitus verbi praecedentis indicetur. Litt. connexae multae, etiamsi ad verba diversa pertineant. Scriptura partim compressa (ut v. 10), partim extensa (v. 7).

1 in. + + VELÁZQUEZ – HOYO; in medio + + VELÁZQUEZ; parva crux in fine. – 2 [in?]trantis VELÁZQUEZ 2003. – 3

[susto]llite AUCTORES omnes. – 6 in. *effuget* VELÁZQUEZ 2003, – 6 r[ur]sumq(ue) AUCTORES omnes. – 8 *leporisq(ue) [v]vile* AUCTORES omnes. – 10 *po(r?)tas* lectio incerta, solum arcus superior litt. P superest, litt. R breviata inusitate linea superposita indicatur; *immisi sponte* VELÁZQUEZ 2003, *immis is pone* VELÁZQUEZ – HOYO, *immis isponde* VELÁZQUEZ 2008. – 11 *un+[-3?-]do* VELÁZQUEZ 2003, VELÁZQUEZ – HOYO, VELÁZQUEZ 2008.

Tabula ecclesiae muro aut cuiusdam aedificii proximi pariete probabiliter affixa aut immissa exstabat ad lectionis usum fidelibus vel fortasse monachis destinata. Titulus aedificationem ecclesiam commemorat, ut in ultima linea legeri potest, et carmine in rythmi hexametri quoddam novum modum composito consistit de quo scripsi, VELÁZQUEZ 2003. Praes Christum adhibitae sunt, ut culpas condonet, quibus vita solitaria, fortasse monastica, atque silentium laudantur. Vox paenultima fortasse fuit nomen eius, qui ecclesiam fecit. Sunt nomina Gothica -do cadentia ut Fridesindo vel Teuderedo vel Baddo.

Notandi sunt sermones vulgares nonnulli: *vile* pro *vilis* (v. 8), *isponte* pro *sponte* (v. 10), *h* excisum (*immis* pro *hymnis* v. 10, *anc* pro *hanc* v. 11), geminationes omissae (*efuget* v. 6, *ecl[es]ia* v. 11).

Titulus ex litterarum formis saec. VII ex. vel saec. VIII in. vel aetati posteriori tribuendus videtur. I. V. S.

Sonseca

13, 127 (= EE VIII p. 433 n. 179) tit. sacer

Ara ex lapide granato corona crepidineque undique prospicientibus, paululum laesa circ. 58 × 26 × 25. Corona pulvinis nunc a dextra mutilis exornata. Litt. circ. 2,5/3. Puncta rotunda. Rep. a. 1892 in loco *La Mezquitilla* 3 km a *Sonseca* sito ad meridiem versus prope *Casalgordo* intra fines oppidi *Sonseca* cum aliis vestigiis villae rusticae. Servatur *Sonseca, en casa de D. Fernando Marín, calle de Hernán Cortés núm. 2* CONDE DE CEDILLO; ibi extat *calle de Hernán Cortés núm. 1* in domo *B. García-Ochoa Marín*, ubi descripsit G. A. a. 1981; recognovit d. 14 m. Mart. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit. Contulit J. M. A. a. 2014.

Bandu-
 e(?) LI ° VIC
 LES ° I ex
 voto Ti-
 s b(ens) merit(o) p(osuit)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FITA 1892d, 146–147, qui a J. DE MORALEDA descriptam accepit (HÜBNER, EE VIII p. 433 n. 179 [VIVES, ILER 760]; VASCONCELOS 1897/1913, II 1905, 338; BLÁZQUEZ 1962, 59; SALINAS 1982, 88 n. 13); MORALEDA 1897, II 10; CONDE DE CEDILLO 1959, 285 n. 367; BÚA 2000, 650–651; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 154–156 n. 107 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 145–146. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, II 402; UNTERMANN 1967, 197; BLÁZQUEZ 1975a, 47; ALBERTOS 1975, 60 n. 108; EAND. 1983, 479; EAND. 1986, 264; GARCÍA FERNÁNDEZ-ALBALAT 1990, 31. 133; ABASCAL 1994a, 528; OLIVARES 1997, 209; SÁNCHEZ MORENO 1997, 136; VILLAR – PEDRERO 2001, 266 cum adn. 92; DE HOZ – FERNÁNDEZ PALACIOS 2002, 49; VALLEJO 2005b, 125; OLIVARES 2002, 44; GIMENO 2008b, 315 cum adn. 204 (HEp 17, 2008, 150); CARROBLES 2008, 94; RUBIO RIVERA 2008, 107.

1–2 in. *Bandu|e?++* ABASCAL – ALFÖLDY. – 2–3 F LI ° VIC | LES ° IEX ex autopsia a G. A. sumpta a. 1981.



2 in. extat F pro E; deinde est hasta recta cum pede, quae litt. L veri simillime est; post eam extat altera hasta recta et hasta inferiore ad dextram versa, quae punctum esse potest.

1–3 *Bandue It(obrigo?) Viciensi* FITA, CONDE DE CEDILLO; BANDVE ° IT°VICIESI BLÁZQUEZ; *Bandue Ituicie(n)si* ALBERTOS 1983 et EAD. 1975 versibus non divisus, OLIVARES; *Bandue It(- -) Viciensis* vel *Ituiciensis* UNTERMANN versibus non divisus; *Bandueitucesi* SALINAS; *Bandue Livicie(n)si* BÚA, *Livie(n)si* VILLAR – PEDRERO versibus non divisus. – 4–5 *Tilomace pos(uit)*, FITA, HÜBNER; *Tiomace(s)* SALINAS versibus non divisus; *Tilomece* CONDE DE CEDILLO; *Tib(en-) me^rit(o) p(osu-)* GIMENO ex scheda ALFÖLDY.

V. 1–2 memoratur numen indigenum Bandua vel Bandue, de quo vide nunc imprimis OLIVARES 1997, 205–221; DE HOZ – FERNÁNDEZ PALACIOS 2002, 45–52. V. 2–3 fortasse continent epithetum divinum vel nomina dedicantis; “in *Ituiciensi* latet fortasse originis indicatio” cogitavit HÜBNER; *Ituiciensis* epithetum Banduae esse putat UNTERMANN.

Ex litterarum formis saec. I vel II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

Ajofrín

13, 128 tit. sepulcralis

Ara (stela MANGAS et AL.) ex lapide granato corona in fronte prospicienti nunc resecta praedita, undique fracta (48) × (39). Litt. circ. 5,5/6. Puncta rotunda. *En la esquina princip(a)l q(ue) mira al poniente del antiquísimo castillo q(ue) oy sirve de cárcel AJOFRÍN, en el lienzo de la torre del noroeste del castillo y un poco más cerca del nivel del suelo actual, a 1,26 m* MANGAS et AL. Ibi extat in aedificio, quod dicitur *Cárcel visigoda*, parieti inserta in angulo turre inter septentrionem et occidentem versus una cum tit. 13, 129, ubi descripsi a. 2012.



[E]læsus
an(norum) ° C ° S(- -?) °
[- -] + A+++

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

AJOFRÍN 1770, 29–30 sine exemplo; MANGAS et AL. 1992a, 261–262 n. XVII cum im. phot. (AE 1992, 1061; HEP 4, 1994, 880); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 53 n. 1 cum im. phot. fig. 9.

1–3 [D(is) M(anibus) s(acrum)?] | Surisus an(norum) V c(arus) s(uis) | mater | [f(aciendum) c(uravit)] MANGAS et AL. minus recte. – 3 ex. +++ sunt hastae rectae. – 2–3 fortasse latet nomen eius, qui lapidem faciendum curavit.

Nomina indigena Elaesi (PALOMAR 1957, 72; ALBERTOS 1966, 112; ABASCAL 1994a, 349), Balaesi, Equaesii, cet. frequentia sunt inter Astures et Vettones.

Titulus ex genere et ex formulis saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur.

J. M. A.

13, 129 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne et a sinistra fracta, in parte calce tecta (61) × 42 × 26. Sub v. postremo spatium altum circ. 40 non inscriptum extat. Litt. accurate insculptae 8 (v. 2), 7 (v. 3); puncta rotunda. *En la esquina princip(a)l q(ue) mira al poniente del antiquísimo castillo q(ue) oy sirve de cárcel AJOFRÍN, empotrada en la esquina de la parte exterior de la torre del noroeste del castillo de Ajofrín a 1,70 m. del nivel del suelo actual* MANGAS et AL. Ibi servatur una cum titulo 13, 128. Descripsi a. 2012.



[a]n(norum) LII
h(ic) ° s(it-) ° e(st)
s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

AJOFRÍN 1770, 29–30 sine exemplo; MANGAS et AL. 1992a, 261 n. XVI cum im. phot. (AE 1992, 1060; HEP 4, 1994, 879); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 53–54 n. 2 cum im. phot. fig. 10.

1 +++C++ MANGAS et AL.

Titulus ex genere et ex formulis non post saec. I ex. tribuendus videtur (*Pleno siglo II* MANGAS et AL.).

J. M. A.

13, 130 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata et infra fracta (187) × 61 × 18, quae postea calce tecta est. Area titulo

inscribendo destinata excavata 34 × 43, in qua nihil legere potui. Supersunt vestigia minima litt. incertarum circ. 9/10. *Sirviendo de dintel de la puerta de lo que fue cárcel* MANGAS et AL. Ibi extat in aedificio, quod dicitur *Cárcel visigoda*, parieti inserta, ubi descripsi d. 6 m. Dec. a. 2012 et im. phot. sumpsi.



Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS et AL. 1992a, 260–261 n. XV (*HEp* 4, 1994, 878, cum commentario a STYLOW certiore facto a GIMENO, quae ipsa vidit); GIMENO 2008b, 311; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 54 n. 3 cum im. phot. fig. 11.

Lapis ex genere saec. I–III in. tribuendus videtur (*Pleno siglo II* MANGAS et AL.). J. M. A.

Mazarambroz

13, 131 tit. sacer

Ara ex lapide granato superne, ubi corona prorsus deperdita est, fracta (102) × 44 × 38; pars media (51) × 32 × 31, crepido undique prospiciens 51 × 44 × 38. Litt. minus accurate insculptae 6 (v. 1), circ. 6/6,5 (v. 2–4), circ. 7 (v. 5–6); puncta rotunda, sed ex parte evanida. Rep. a. 1982 in fundo *Vega del Prado propiedad de don Juan José Dueñas* CORTES et AL. intra fines oppidi *Mazarambroz* (TO), ubi descripsit G. A. a. 1983 et im. phot. sumpsi. Nunc servatur Toleti in *M. S. C.* inter reposita (inv. n. 30172), ubi descripsit J. M. A. a. 2013.



[- -] M(aximo?)
[S]crib-
onius
[P]robu-
5 s ° v(otum) ° s(olvit) ° l(ibens)
m(erito)

Im. phot. a G. A. sumpta.

CORTES et AL. 1987, 91–92 n. 1 cum im. phot. fig. I (*HEp* 2, 1990, 682); DE LA VEGA 2000, 92 n. 6; ABASCAL 2013a, 22–23 n. V cum im. phot. (*AE* 2013, 909); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 108–109 n. 58 cum im. phot. fig. 82. – Cf. GONZÁLEZ-CONDE 1987, 80; DE LA VEGA, ms. 1992, I 41; VALLEJO 2005a, 383; RUBIO RIVERA 2008, 104–105.

1–3 [I(ovi) O(ptimo)] M[a?][x?(imo)] Rib[u][ri]niu[s]
CORTES et AL., quos secuti sunt DE LA VEGA, VALLEJO.

1 cogitari potest de voce *Iovi Optimo Maximo*, res tamen in dubio manet.

Titulus ex litterarum formis et ex eo, quod dedicans praenomine caret, saec. II medio tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 132 tit. sepulcralis

Fragmentum ex lapide granato undique fractum sive laesum (48) × (47) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio cincta (31) × (47). Litt. 7,5/7. Ubi rep. sit, nescitur. Extat *Mazarambroz* parieti exteriori domus immissum *c/ Nueva n. 4*, ubi descripsi a. 2015.



Fig. a



Fig. β

Câciliu[s]
CEL[- - -]
TV an(norum) +[- - -]

Fig. a: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

Fig. β: Im. del. a PORTELA – ABASCAL publici iuris facta.
PORTELA – ABASCAL 2015, 346–347 n. 27 cum im. phot. et im. del.


3 litt. A sine hasta librata.
Ex litt. formis saec. II vel III.

J. M. A.

Ventas con Peña Aguilera

13, 133 tit. sacer

Ara ex lapide granato corona crepidineque prospicientibus praedita. Puncta rotunda. Ubi et quo tempore in lucem pervenerit, nescio, sed in usum posteriorem pavimento *Ermita de la Virgen del Águila* immissa est, ubi descripsit DA CUNHA ante a. 1999 et im. phot. sumpsit. Deinde ara modo barbaro resecta sub pavimento inserta est. Descripsi ut potui ex imagine.



M(- - -) ◦ A(- - -) ◦ I(- - -)
s(acrum?) ◦ Ma-
tern-
us ◦ v(otum) ◦
s [olvit] ◦ l(ibens) ◦ m(erito)

Im. phot. a DA CUNHA publici iuris facta.

DA CUNHA 1999, 29 cum im. phot. p. 51–52 (*HEp* 13, 2003/04, 699 cum lectione a J. GÓMEZ-PANTOJA ex imagine sumpta, quem ex parte secutus sum); RUBIO RIVERA 2008, 107–109 cum im. phot. fig. 3 a DA CUNHA sumpta; TSIOLIS 2008, 124–125 cum adn. 25; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 286–287 n. 269 cum im. phot. fig. 311.

Litt. rubricatae sunt tempore recentiore manu imperita, ex quo v. 1–2 in dubio manent. 1–5 M A I | S M A | P E R A | S V I | I M DA CUNHA; M(- - -) A(- - -) I(- - -) | s(acrum) *Malternus v(otum)* | [s(olvit)] *l(ibens) m(erito)* GÓMEZ-PANTOJA ad *HEp* 13; similiter TSIOLIS 2008.

In v. 1 fortasse latet numen, cui ara dicata est. De cognominibus Paterni, Materni, Fraternali cet. in Hispania frequentissimis vide ea, quae amplissime disserui ABASCAL 1984, 219–259.

Ex litterarum formis saec. I vel II tribuendus videtur.

J. M. A.

13, 134 instrumentum domesticum

Fragmentum imbricis ex terra rubra facti. Titulus post coctionem stilo scarifatus. Ubi et quo tempore fragmentum in lucem pervenerit et ubi servetur, nescio.

[- - -]onae


DA CUNHA 1999, 29 cum im. phot. fig. 55 (*HEp* 13, 2003/04, 700); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 287 n. 270. – Cf. J. GÓMEZ-

PANTOJA ad *HEp* 13, qui titulum litt. Graecis insculptum esse cogitavit.
J. M. A.

Hontanar

13, 135 tit. sepulcralis

Ara ex lapide granato a dextra magna ex parte laesa, corona crepidineque olim prospicientibus excepto a tergo praedita, in corona pulvinis atque tympano exornata, sed foco carens, nunc crepidine in fronte resecta 87 × 44 × 38, pars media 51 × 40 × 34. Litt. minus accurate insculptae circ. 5; puncta rotunda v. 3. 7. Rep. a. 1997 una cum tit. 13, 138 loco q. d. *El Pasadero* prope confluentiam fluminis *Cedena* et rivi *Pasadero*, i. e. iuxta vestigia oppidi *Malamoneda* intra fines oppidi *Hontanar* (TO), ut me docuit V. LEBLIC. Servatur *Navahermosa* (TO) apud V. LEBLIC, ubi descripsi una cum A. CABALLERO KLINK a. 2013.



D(is) M(anibus) s(acrum)
Cecilia (!) Mu-
sice o marito
pientis<si>m[o]
5 *Geminio Mq[t]-*
erno anno[r(um) - -]
h^l(ic) o s(itus) o s(it) o t(ibi) o t(erra) o [l(evis)]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

LEBLIC 2001, 15. 16 cum im. phot. fig. 2; ID. 2013, 23. 35 cum im. del. utriusque lateris sine lectione; ABASCAL 2014c, 254–256 n. 6 cum im. phot. (AE 2014, 722); ABASCAL – ALFÖLDY

2015, 98–99 n. 49 cum im. phot. fig. 69. – Cf. ABASCAL 2014a, 730–731.

6 in. I lapis, – 6 ex. spatium breve ad aetatem inscribendam.

De nomine Graeco *Musice* vide SOLIN 2003, 1103. De cognomine *Materni* in Hispania frequentissimo cf. ABASCAL 1994a, 417–420 et LŐRINCZ 2000, 65.

Ex genere monumenti et ex formulis saec. II ex. vel III in. videtur.
J. M. A.

13, 136 tit. sepulcrales

Tit. duo in saxo magno circ. 240 × 430 × 350 incisi, magna ex parte adesi. Utraque area titulo inscribendo destinata est in formam stelae excavata superne rotundata duobus acroteriis ornata: tit. A 132 × 43, tit. B 134 × 60. Tit. A litt. rusticae minus accurate insculptae circ. 3/5 (v. 1–5), circ. 6/7 (v. 6–7); tit. B litt. 5 ex parte evanidae. Puncta rotunda. Tit. in aperto exstant loco *Malamoneda*, intra fines oppidi *Hontanar* (TO), in coemeterio antiquo ad orientem versus a flumine *Cedena* sito. Quos titulos exstare adumbravit CONDE DE CEDILLO: *Pude comprobar que abiertas en la misma roca hay ciertas indudables labores, con restos de inscripción, pero tan extremamente gastada y cubierta de honguillos que no es obra fácil ya leerla, pero ni calcarla.* Titulos duo a CONDE DE CEDILLO memoratos repperit ALFÖLDY, qui eos descripsit cum amicis d. 17 m. Sept. a. 1988 et imagines phot. et ectypa sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2013 una cum A. CABALLERO KLINK.



Fig. a



Fig. b



Fig. γ

Tit. A:

Dis ° Manib-
us ° Caecilia
Parata Ca-
ecili Severi-
5 ni ° fil(ia) ° an(norum)
XV ° h(ic) ° s(ita) ° e(st) ° s(it)
t(ibi) t(erra) l(evis)

Tit. B:

[Dis M]q[nibus]
Caecilius [Se]-
ver[i]nus a[n(or)]um]
[XX]XV h(ic) s(itus) e(st)
5 s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Fig. α-γ: Im. phot. saxi et titulorum a J. M. A. sumptae. ALFÖLDY 1991c, 117–119 cum. im. phot. (AE 1991, 1074 a–b; HEp 4, 1994, 888); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 99–102 n. 50–51 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 70–72. – Cf. CONDE DE CEDILLO 1959, 109; VINE 1993, 317–318; MAYER 1995a, 40 n. 23; ALFÖLDY 2011c, 202; ABASCAL 2014a, 729–730.

Tit. A: 5 *f(ilia)* ALFÖLDY errore, quem secuti sunt AE et HEp.

Defuncti haud dubie indigeni a regione *Montes de Toledo* oriundi erant. Nomina eorum in Hispania frequentissima sunt. Cognomen *Paratus* recurrit in titulis Hispanicis II 5812 (*Sasamón, BU*) et AE 1972, 242 (*Aeminio*). De loco, ubi tituli in saxo inscripti sunt, vide LEBLIC 2013 passim; ABASCAL 2014a, 727–731.

Ex verbis *Dis Manibus* sine breviatione inscriptis et ex eo, quod *Caecilius* praenomine caret, atque ex titulorum ordine saec. II tribuendi videntur. G. A. – J. M. A.

13, 137 (= II 3088) tit. sepulcralis

Parallelepipedum (pars media monumenti ex tribus partibus compositi?) ex lapide granato undique levigatum in angulo inferiore sinistro paululum laesum 65 × 56 × 81. Litt. circ. 6/7 (v. 2: litt. I longa 9); puncta rotunda. Rep. loco *Malamoneda*, intra fines oppidi *Hontanar*, ubi videntur CARMENA, PALOMEQUE et AL. in angulo turris parietis inserta; *hay una torre e tiene al pie dos letreros los quales no se aciertan a leer* ANONYMUS circ. 1576 s. v. *Hontanar* (apographum post. 1773 factum praebet ANONYMUS R. A. H. sign. 9/6001 s. p.); *està puesta en la una esquina q(ue) mira â occidente de la Atalaia* CORRAL. Servatur inde a. 1977 Toleti in M. S. C. (inv. n. 22066), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit.



L(ucius) ° Pom(peius) ° Fus-
cinus ° Lan-
giocum

Fusci ° f(ilius) ° ân-
5 n(orum) ° LXII ° s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

ANONYMUS, ms. 1596; Á. CORRAL epistula ad A. M. BURRIEL d. 3 m. Iul. a. 1751 data (ms. R. A. H. sign. 9/4131/45); ex eis HÜBNER II 3088 (VIVES, ILER 5479; TOVAR 1946/47, 28 n. 95; ALBERTOS 1975, 17 n. 182); CARMENA 1922, 341 (ms. R. A. H. sign. 9/7977/151 a. 1921 inde pendent BLÁZQUEZ Y DELGADO-AGUILERA 1922, 84–91 et ABASCAL – GIMENO 2000, 256 n. 472); PALOMEQUE 1952, 167–170 cum im. phot. fig. 65 (HAE 151); ANONYMUS 1981, 18 cum im. phot.; CORTES et AL. 1984, 79–80 n. 10 (ex schedis ALFÖLDY) cum im. phot. (HEp 1, 1989, 608); GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 130. 157 n. 127; EAD. 1986b, 69 n. 127; EAD. 1994, 174, quam docuit ALFÖLDY; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 102–103 n. 52 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 73–74. – Cf. ARIAS 1949, 37 cum adn. 164; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 351; ALBERTOS 1966, 128; TRANOY 1981, 48 cum adn. 83; HALEY 1986, 75 n. 1 ex schedis ALFÖLDY; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 67. 70; FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL. 1990, 44–45; HURTADO 2003/04, 191. 199 n. 13; ABASCAL 2007, 294; EUND. 2014a, 730.

2–3 *Lanlcq(- - -) cum* HÜBNER, CARMENA, TRANOY; *Lanlc+q(- - -) cum* BLÁZQUEZ Y DELGADO-AGUILERA; *Lanlcq(um)* TOVAR; *Lagiocum* FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL.; *Lanciocum*, PALOMEQUE, ALBERTOS, VIVES, GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986b. Nomen cognationis indigenae *Langiocum* aliunde non novimus.

Ex tituli ordine et ex formulis non post saec. I ex. scriptus est. G. A. – J. M. A.

13, 138 tit. incerti generis

Ara ex lapide granato supra a dextra fracta, corona crepidineque in fronte et in utroque latere prospicientibus, foco et pulvinis, quorum sinister superest, exornata 98 × 37 × 40, pars media 42 × 34 × 33; litt. evanidae sine dubio olim rubricatae. In parte postica foramina duo, in quibus affixi erant unci ad aram in pariete quadam affigendam. Rep. a. 1997 una cum tit. 13, 135 loco q. d. *El Pasadero* prope confluentiam fluminis *Cedena* et rivi *Pasadero*, i. e. iuxta vestigia oppidi *Malamoneda* intra fines oppidi *Hontanar, TO*, ut me docuit V. LEBLIC. Servatur *Navahermosa (TO)* apud V. LEBLIC, ubi descripsi una cum A. CABALLERO KLINK a. 2013.



Fig. α



Fig. β

Fig. α-β: Im. phot. obliqua et a tergo a J. M. A. sumptae.

LEBLIC 2001, 14. 16 cum im. phot. fig. 1; ID. 2013, 22–23 cum im. del.; ABASCAL 2014c, 255 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 103–104 n. 53 cum im. phot. fig. 75.

J. M. A.

San Martín de Montalbán

13, 139 tit. incerti generis

De la lápida romana y demás de Melque luego que nuestro buen amigo Vicente Pego se anime a visitar aquellas ruinas y las de Montalbán ya le diremos MUNCHARAZ. Latet aut periiit. Textus traditus non est.


M. MUNCHARAZ, ms. 1898 R. A. H. sign. 9/7585, epistula ad F. FITA d. 21 m. Iul. a. 1898 data (apud ABASCAL 1999a, 130, 212 n. 367); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 148 n. 99.

J. M. A.

Pulgar

13, 140 tit. sepulcralis

Parallelepipedum (stela?) ex lapide arenario rubro adesum, a dextra fractum circ. 61 × 51 × ?. Litt. rusticae minus accurate insculptae 9 (v. 1), circ. 7 (v. 2–4); punctum deforme. Rep. intra fines oppidi *Pulgar* (TO) loco incerto, ut me docuit dominus lapidis Á. MARTÍN MARTÍN. Servatur ibidem *c/Chorrillo* inter *c/Chozo* et *c/Pozuelo* in muro recentiori hortus immissum. Descripsi a. 2013; recognovi iterum a. 2014 una cum J. C. OLIVARES; im. phot. sumpsit B. MAQUEDANO.



[S]empro[ni-]
ae L.(uci) ◦ lib[er-]
ta (!) b(ic) <s(ita)> e(st) s(it) [t(ibi)]
t(erra) l(evis)

Im. phot. a B. MAQUEDANO sumpta.

ABASCAL 2014c, 256 n. 7 cum im. phot. (AE 2014, 723); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 146–147 n. 98 cum im. phot. fig. 135.

2–3 litt. E duabus hastis rectis indicata, litt. A sine hasta librata.


Ex formulis saec. I videtur.

J. M. A.

Gálvez

13, 141 tit. sacer

Ara ex lapide granato corona crepidineque undique prospicientibus praedita, acroteriis exornata 19 × 11 × 8; pars media 6,5 × 6,5 × 8,5. Litt. quasi plene evanidae, *aparecen una serie de signos que debido a su estado de deterioro son de difícil interpretación. Aparece en su parte final una letra clara V HUERTAS. Rep. cerca de Gálvez HUERTAS. Ubi servetur, nescio. Contuli ut potui ex HUERTAS.*



Im. phot. a HUERTAS publici iuris facta.

HUERTAS 1993, 16–17; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 92–93 n. 42 cum im. phot. fig. 62. J. M. A.

13, 142 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata, minus accurate levigata, supra acroteriis et infra luna sursum aperta vel sarta florum exornata 72 × 35 × 32. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio cincta 29,5 × 25. Litt. circ. 3,5–4 (v. 1–4), 5 (v. 5); puncta rotunda. Rep. m. Mart. a. 1995 Gálvez (TO), en la calle Cruz Verde número 26 inter rudera domus privatae ANONYMUS (en el valle de Alpuébraga intra fines oppidi Polán (TO) MANGAS – CARROBLES minus recte). Servabatur Gálvez ... en el patio de D. Marcelino Braojos Gómez RECIO, en una casa particular MANGAS – CARROBLES, qui ibi descripserunt a. 1995. Frustra quaesivimus a. 2005. Contulimus ut potuimus ad im. phot., quam nobis dedit I. RECIO.

Contaecca
Moēñcc(um) (?)
ancila (?)
h(ic) ° s(ita) ° e(st)
5 s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. phot. a RECIO publici iuris facta.



RECIO 1996, s. notis p. cum im. phot. (= RECIO 1997, 16–18 cum im. del.); MANGAS – CARROBLES 1996, 239–241 n. 1 cum im. phot. (HEp 7, 1997, 975); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 93–94 n. 43 cum im. phot. fig. 63. – Cf. HURTADO 2003/04, 192; PRÓSPER 2004, 184 cum adn. 31 (HEp 13, 2003/04, 697); GOZALBES 2002, 20 cum im. phot. fig. 6 ex MANGAS – CARROBLES 1996 sumpta; RAMÍREZ SÁNCHEZ 2007, 1165; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 256.

Lectio v. 1–3 in dubio manet. Ante v. 1 [D(is) M(anibus) s(acrum)?] exstitisse cogitant MANGAS – CARROBLES sine idonea causa. – 1–3 Contaecca Moēñcc(i) ancila PRÓSPER.

Nomen Contaeccae aliunde non novimus sed vide Contaita / Contaiza in titulis Segobrigensibus 13, 426 et 13, 474; cf. Contucianus in titulo Valeriense 13, 1015 (= II 3198) et Contucianus in tit. Segobrigensi 13, 464 (= II 3120). Nomen cognationis Moēñccum (?) recurrit in titulo vicino 13, 159 (Moēñccum) et in alio a Lara de los Infantes (BU) oriundo (Moēñcc[u]m GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a n. 152). Vide etiam Moēñcc(i) in titulo novicio Toletano n. 13, 175 nunc in fundo q. d. Venta del Alma (Toledo) servato.

Titulus ex genere et ex formulis saec. I ex. vel. II in. tribuendus est. G. A. – J. M. A.

13, 143 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata, undique fracta, in fronte laesa, superne corona prominenti rude insculpta ornata (57) × (34) × ?. Litt. 8 (v. 1), 6/8,5 (v. 2), 5,5/7,5 (v. 3), 8 (v. 4); puncta triangularia. Ubi et quo tempore in lucem pervenerit, nescimus. Servatur Gálvez, parieti ecclesiae Calle Carnerillo n. 15 in altitudine circ. 1,5 m inserta, ubi descripsimus a. 2005 et im. phot. sumpsimus; recognovit J. M. A. a. 2015 et im. phot. denuo sumpsit.



[D(is)] M(anibus) s(acrum)
[.]NO ° B
[.]I[S] ° (h)ic ° s(it-)
[es]t ° s(it) ° t(ibi) [t(erra) l(evis)]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS et AL. 1992a, 254–255 n. IX. 270 cum im. phot. tab. 9 (AE 1992, 1054; HEP 4, 1994, 884); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 94–95 n. 44 cum im. del. et im. phot. fig. 64–65.

2 [- - -]NO L MANGAS et AL. – 3 [- - -] G. H. S MANGAS et AL. – 2–3 [-2? -]NOB+ | [-2? -]+S STYLOW ad HEP 4, 884. – 4 ex. [pater \ mater faciendum curavit] MANGAS et AL.

Titulus ex formulis saec. II ex. vel III tribuendus est.

G. A. – J. M. A.

13, 144 tit. sepulcralis (?)

Ara ex lapide granato infra fracta, corona alta 42 in fronte et in utroque latere prospicienti, cuius in fronte foramen ad usum quendam posteriorem in forma crucis excavatum est, foculo pulvinisque praedita (82) × 54 × 33. Litterae quasi evanidae. Rep., nescio quo tempore, in fundo Carrascosa, inter oppida Gálvez et Puebla de Montalbán (TO). Servatur Gálvez in Casa de Cultura, ubi descripsi una cum I. RECIO VILLAVERDE (†) a. 2013 et im. phot. sumpsimus. Im. phot. mihi libenter dedit S. CORTES.

A[- - -]V
+[- - -]

Im. phot. a S. CORTES sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 95 n. 45 cum im. phot. fig. 66.

2 + litt. O vel Q.

J. M. A.



Polán

13, 145 tit. sacer

Ara ex lapide granato corona in fronte prospicienti praedita, quae item in latere sinistro paululum prospicit, crepidine nunc in solum defossa, minus levigata (86) × 43 × 34; pars media 65 × 40 × 30. Focus deest. Versus in medio ordinati. Litt. oblongae accurate insculptae circ. 7–8; puncta rotunda v. 3 et 5. Sub v. postremo spatium altum circ. 25 non inscriptum extat. Rep. in fundo Fuente del Caño, cum araretur in loco El Caramillar, intra fines oppidi Polán. Servatur in eodem fundo, circ. 8 m inter meridiem et occidentem versus a domo dominis fundi, ubi descripsimus a. 2005 et im. phot. sumpsimus.



[.]EANA
 mulier-
 es ° Albi-
 ume-
 s s ° votum (solverunt)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS et AL. 1992b, 243–258 cum im. phot. (AE 1992, 1045; HEP 4, 1994, 885; MARINA 2001, 108–109 n. 38; KOLB – CAMPEDELLI 2005, 139–140 n. 4); MANGAS – CARROBLES 1998, 247; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 133–134 n. 87 cum im. phot. et scheda ab ALFÖLDY confecta fig. 120–121. – Cf. CARROBLES 2008, 94; RUBIO RIVERA 2008, 105 cum adn. 41. 107.

1 litt. quasi evanidas summa cum difficultate legimus. Ver-sum non intellegimus; ibi nomen deae quasi certe Deanae, i. e. Dianae, fuit, sed litt. prima et ultima desunt; 1 ex. nexum AE proposuit A. U. STYLOW ad HEP 4, 1994, 885; Deana[e] MANGAS et AL. – 3–5 Albol[.(enses)] Ume(n)s(es) l(ibentes) l(solverunt) votum MANGAS et AL., sed v. 4 in. nihil deest.

Albium nomen aliunde ignotum ad vicum vel pagum Albium, Albiumis aut similia referri potest.

Titulus ex genere saec. I vel II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 146 tit. sacer

Ara ex lapide granato infra fracta, undique laesa, superne foco diam. 10 pulvinisque praedita (59) × 27 × 28; pars media (34) × 24 × 25. Litt. 4/4,5; puncta rotunda vel deformia. Rep. in loco q. d. Los Bañuelos intra fines oppidi Polán (TO), ab ipso oppido circ. 3 km ad occidentem versus, prope rivum Alpuébrega. Servabatur Polán, apud heredes J. ROMILLO c/ Mártires n. 8 in horto domus. Recognovit J. M. A. a. 2014 una cum J. C. OLIVARES et I. RECIO VILLAVERDE (†).



Mavo ° s(acrum)
 L(ucius) ° Aemi-
 lius ° Lu-
 percus[s]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS – CARROBLES 1996, 253–254 n. 3 cum im. phot. (HEP 7, 1997, 976); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 134–135 n. 88 cum im. phot. fig. 122. – Cf. OLIVARES 2002, 43; HURTADO 2003/04, 192; RUBIO RIVERA 2008, 107; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 256 cum adn. 9.

3–4 ex. supersunt hastae declives litt. V. – 3–4 liu[s] M(arci) [(ilius)] l An++cu(m) MANGAS – CARROBLES, qui praeterea post v. 4 [v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)] suppleverunt.

Deum indigenum Mavus aliunde non novimus. De nomine originis Celticae Alpuébrega / Alpobrega vide ALBERTOS 1990, 132.

Ex genere saec. I–II videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 147 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato rubro superne rotundata acroteris praedita, infra fracta, ab utroque latere paululum laesa, in fronte supra in parte media rosa diam. 25/26 exornata, (68) × 44 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata (25) × 31. Litt. rusticae minus accurate insculptae circ. 6/7; puncta rotunda. Rep. circ. a. 2010/11 una cum fragmentis duobus eiusdem sive alterius stelae loco q. d. Las Morras, intra fines oppidi Polán (TO), circ. 1 km ad septentrionem a rivo Alpuébrega versus. Servatur in fundo Casas de las Morras in murum immissa, circ. 1 km ad orientem ab oppido Gálvez sito, apud dominum eius J. LORENZO. Ibi-dem descripsi una cum J. C. OLIVARES et I. RECIO VILLAVERDE (†) a. 2014.



G(aius) ° Aeli-
 us ° Pro-
 pinqus (!)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 135–136 n. 89 cum im. phot. fig. 123 (AE 2016, 832).

Nomen gentile Aelii eadem regione praeterea non inveni-
tur.

Titulus ex monumenti genere saec. I tribuendus videtur.

J. M. A.

13, 148 tit. sepulcralis

Cippus vel stela ex lapide calcario superne rotundata, infra
fracta (40) × 40 × 11; supra rosa in sex partes divisa exor-
nata, litt. *capitales de buena factura y firme trazo* CONDE DE
CEDILLO, qui solus lapidem vidit circ. a. 1903. Rep. circ. a.
1850 *en el Agear, distante kilómetro y medio de Polán,
inmediato a la carretera de Toledo de Navalpino y muy
próximo a Bañuelos* CONDE DE CEDILLO, *en el olivar deno-
minado “El Agear”* CORTES et AL. intra fines oppidi Polán,
in eodem loco ac stela Turpionis n. 13, 150. Servabatur *en
una casa de Polán (calle Real, número 7), propiedad del
vecino de Toledo D. Juan Martínez Añibarro* CONDE DE
CEDILLO. Frustra quaesivimus a. 2005. Latet aut perit.

Aufidia

[A?]monica a(nnorum) XIII

[L]uperci

[f(ilia) h(ic) s(ita) e(st)] s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

CONDE DE CEDILLO 1904, 79–80; ID. 1959, 238–239 n. 324;
SÁINZ – CARROBLES 1985, 12; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 136 n.
90. – Cf. MORENO NIETO 1960, 491; JIMÉNEZ DE GREGORIO
1962/86, II 212; ALBERTOS 1966, 22; LEBLIC 1984, 2; ABASCAL
– GIMENO 2000, 256 n. 474; VALLEJO 2005a, 573.

2 *Monica* CONDE DE CEDILLO, JIMÉNEZ DE GREGORIO,
VALLEJO; [A]monica ALBERTOS.


Cognomen Amonicae aliunde non novimus, sed cf. *Ammo-
nicus* (EE VIII p. 378 n. 72, *Baños de Montemayor*, CC).

Titulus ex genere et ex formulis saec. I ex. vel. II in. tribuen-
dus est.

G. A. – J. M. A.

13, 149 tit. sepulcralis opisthographus

Tabula ex lapide calcario (marmore CORTES et AL.) infra et
a sinistra fracta (26) × (40) × 10,5. A tergo inscriptus est
titulus posterior n. 13, 152. Area titulo inscribendo desti-
nata excavata expolita cymatio duplo cincta. Litt. 4 (v. 1),
circ. 3/3,5 (v. 2–5); puncta rotunda v. 1 et 4. Rep. ante a.
1967 in fundo *Castrejón* intra fines oppidi Polán et inde ab
a. 1967 servatur Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n.
21534), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot.
sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2013.



[D(is)] M(anibus) ◦ s(acrum) ◦

[Pompeiae] Paulinae

[- -] liberte (!) an(norum)

[- -] ◦ C(aius) ◦ Pompeius

5 [- -]+ f(aciendum) c(uravit)

- - - - -?

Im. phot. a W. K. sumpta.

REVUELTA 1983, 8; CORTES et AL. 1984, 78 n. 8 cum im. phot.
fig. 8a (AE 1986, 430 a; HEP 1, 1989, 613); ALFÖLDY 1986,
177–179 cum im. phot. (AE 1988, 825 a; HEP 2, 1990, 688);
ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 136–137 n. 91 cum im. phot. fig.
125. – Cf. MORENO NIETO 1960, 491; JIMÉNEZ DE GREGORIO
1962/86, II 212; ALFÖLDY 1987c, 258 n. 15; ABASCAL 2003,
150; GIMENO 2008b, 314, 316 cum im. phot. fig. 37 a W. K.
sumpta.

2 [P]aulinae AE 1986. – 3 [uxori et] libert(a)e ALFÖLDY,
libertem pro libert(a)e an(norum) CORTES et AL.

De nomine gentili Pompeius in Hispania cf. DYSON 1980/
81, 288–289; ABASCAL 1994a 198–201.

Ex formulis et ex litterarum formis saec. II posterioris vel
III prioris.

G. A. – J. M. A.

13, 150 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne in formam fastigii redacta,
a dextra fracta undique minus levigata, pulvinis olim praec-
dita 74 × 42 × (24). Supra in fronte rosa exornata. Area
titulo inscribendo destinata excavata 37 × 30. Litt. 6 (v. 1),
5,5 (v. 2), 6 (v. 3), 5,5 (v. 4–5); puncta rotunda. Rep. circ.
a. 1977 *en el olivar denominado “El Agear”* CORTES et AL.
intra fines oppidi Polán eodem loco ac stela Aufidiae n.
13, 148. Servatur Polán apud A. María Corcuera in domo
calle Mártires n. 9 parieti internae affixa, ubi descripsimus
a. 2005.



Turpio ◦

an(norum) ◦ XXV

h(ic) ◦ s(itus) ◦ e(st) ◦ s(it) ◦ t(ibi) ◦ t(erra) ◦ l(evis)

Caizita

5 f(aciendum) ◦ c(uravit)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

LEBLIC 1984, 2 sine lectione cum im. del.; SÁINZ – CARROBLES 1985, 12. 13 cum im. del.; CORTES et AL. 1987, 96–97 n. 8 (*HEp* 2, 1990, 687); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 137–139 n. 92 cum im. phot. et scheda ab ALFÖLDY redacta fig. 126–127. – Cf. GIMENO 2008b, 314 cum adn. 199.

2 *an(norum) XXV* CORTES et AL. – 4–5 *Calaeta* | *f(aciendum) c(uravit) HEp*. – 5 *f(ilio) o(ptimo)* CORTES et AL.

Cognomen Latinum *Turpio* (KAJANTO 1965, 286) recurrit frequenter in titulis Hispanis, quasi omnes in Baetica; de quo vide exempla ab ABASCAL 1994a, 535 collecta. Cognomen *Cai-zitae* aliunde ignotum est.

Titulus ex genere et ex formulis et ex litterarum formis saec. I ex. vel. II in. tribuendus est. G. A. – J. M. A.

13, 151 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne olim rotundata undique excepto a dextra fracta (60) × (41). Area titulo inscribendo destinata excavata (19) × (32); litt. circ. 5. Rep. circ. a. 2010/2011 eodem loco ac tit. n. 13, 147. Servatur ut ille in fundo *Casas de las Morras*, circ. 1 km ad orientem ab oppido *Gálvez* sito, apud dominum eius J. LORENZO. Ibidem descripsi una cum J. C. OLIVARES et I. RECIO VILLAVERDE (†) a. 2014.



D(is) M(anibus) s(acrum)
++++

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 139 n. 93 cum im. phot. fig. 128.

2 ++++ sunt vestigia litt. incertarum.


Ex invocatione saec. II vel III.

J. M. A.

13, 152 tit. sepulcralis Christianus

Tabula ex lapide calcario in fronte expolita, ab utraque parte inscripta (26) × (40) × 10,5. In tergo, quod olim fuit pars antica, inscriptus est titulus n. 13, 149. Postea lapis versus est ac in parte, quae olim postica fuit, titulus sepulcralis Christianus inscriptus est. Area titulo inscribendo destinata non terminata est. Litt. capitales minime accurate et minime profunde insculptae circ. 1/2,4, modulo minore in paenultimo et ultimo versu (v. 2. 5 litt. O, v. 3 litt. C, v. 5 litt. T minutae). Rep. ante a. 1967 in fundo *Castrejón*

intra fines oppidi *Polán*; inde ab a. 1967 servatur Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n. 21534), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2013.



⟨crux Latina⟩ *Gudiltia bix-*
sit annos XVIII re-
quiebit ic (!) <i>n pace
XV Kalendas Ma-

5 *gias ann(o) quinq̄to gl(oriosissimi)*
dom(i)ni n(o)s(tr)i Sisenā-
nd(i) reg(is)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

CORTES et AL. 1984, 78 n. 8 cum im. phot. fig. 8b (*AE* 1986, 430 b; *HEp* 1, 1989, 614); ALFÖLDY 1986, 179–184 cum im. phot. et im. del. (*AE* 1988, 825 b; *HEp* 2, 1990, 689). – Cf. MUÑOZ GARCÍA DE ITURROSPE 1995, 340 n. 93; ALFÖLDY 2011c, 214 cum im. del. fig. 24; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 136–137 n. 91 cum im. phot. fig. 124.

1–2 *vixsit*, 2–3 *reliquiebat in pace*, 5–6 *G[.] | domni*, 6–7 *Sisenaldi* CORTES et AL. – 3 *quiebit in pace* proponitur in comm. ad *HEp*. – 6–7 *Sisonadi* *AE* 1986 errore. – 7 Litt. N haud legitur.

1 *Gudiltia* nomen ex origine gothica mulieris (non viri ut ALFÖLDY 1986) est duobus elementis compositum: primum aut ex goth. *gops*, “bonum”, aut *gop*, “Deus” aut *guts, guta*, “gothus”, secundum ex goth. *-hild*, “pugna”. Hoc elementum unice velut secunda nominum personarum pars usitatum erat. De horum nominum origine, cf. PIEL – KREMER 1976, 146; MORLET 1968, I 114a et 113. Nomen *Gudiltia* aliunde non novimus. Cf. *Gudiliu[a?]* in titulo Hispano HÜBNER, *IHC* 115 et vide *Gudila*, *Gudinandus* vel *Gudisal* inter exempla a SCHÖNFELD 1911, 114–115 collecta (cf. FÖRSTEMANN 1966, 676–678), de quo tractavit amplius ALFÖLDY l. l. – 1–2 *bixsit* pro *vixit*. – 2–3 *reliquiebat* pro *requevit*. – 3 *ic* pro *hic* sermone rustico non infrequenter, sed minus saepe in titulis christianis, (*in*) raro, praeter quosdam nummos aetate Visigotharum. Supra *ic* cicatrix lapidis esse videtur, fortasse velut litt. I praepositionis (*in*) interpretanda est. – 4–5 *magias* pro *maias*. – 6 *domni* pro *domini* non verbi compendium est (cf. *dom(i)ni* ALFÖLDY), cum aetate sera vocalis I post syllabam acutam deperderetur.

Appellatio *gloriosissimi*, quae quidem aetate labenti ad magistros militum et praefectos praetorii pertinebat, apud reges Visigotharum saec. VI et VII usitata erat, cf. supra n. 13, 58 (= *IHC* 155, a. 587), XII 5345 (a. 593), HÜBNER, *IHC* 175 (a. 655) etc., usitatum etiam compendium *gl(oriosissimi)*, vide II²/5, 652 (a. 594), *AE* 2002, 940 (a. 596 vel 597) etc. Hac appellatione etiam usi sunt reges Ostrogothorum (cf. V 6418; X 6850 sq. etc.) et Francorum (XII 2097 etc.) et Burgundionum.

Titulus d. 17 m. April. a. 635 positus est. I. V. S. – G. A.

Guadamur

13, 153–157 Instrumentum Christianum sacrum q. d. *Tesoro de Guarrazar*

Loco *Guarrazar* (vel *huerta de Guarrazar*) intra fines oppidi *Guadamur* (TO), circ. 7 km ab ipso oppido ad orientem versus sito, a. 1858 thesaurus repertus, sed mox dissipatus est; partes huc atque illuc pervenerunt vel interierunt. Fuerunt coronae votivae aureae decem vel plures et res pretiosae aliae aetate Visigotharum confectae, quarum nonnullae titulo instructae erant. Loco, ubi thesaurus repertus est, aetate Visigotharum ecclesia et aedificia alia (fortasse monasterium) exstiterunt, ut monstrant effossiones nuper institutae (cf. etiam tit. 13, 158). Fortasse res pretiosae huic ecclesiae donatae et tempore Araborum occupantium abditae sunt (nisi e loco sacro alio occultandi causa huc delatae sint). De thesauri reperti fato vide BALMASEDA 2001a, 67–78 et 2001b, 79–117. Cf. LASTEYRIE 1860; MADRAZO 1879; LÓPEZ SERRANO 1976, 768–781; PALOL 1991b, 411–416; RIPOLL 2001, 189–203; A. PEREA 2001a.



Im. phot. a M.A.N. Matriti sumpta.

13, 153 (= IHC 161) tit. sacer coronae regiae.

Corona aurea margaritis sappirisque ornata alt. 6 diam. 22, catenis quattuor suspensa; ex ipsa corona pendent litt. singulares capitales aureae 3,2 × 0,5, parte adversa opere q. d. *émail cloisonné* ornatae; ex unaquaque litt. pendent gemmae. Insuper in media corona crux aurea suspensa erat. Rep. a. 1858 loco *Las Huertas de Guarrazar*. Litterarum olim viginti duarum tum iam deerant complures, in situ proprio fuerunt quattuor, ceterae ordine perturbato affixae. Corona ex a. 1862 servabatur Matriti in *Real Armería* (inv. n. 2638), ex quo loco subrepta est a. 1921, hodie deperdita. Contuli ex im. phot. et ex AUCTORIBUS.

◁crux Latina▷ *Su[in]t[bi]i[la]nu[s] rex off[ere]t*

Im. del. a RADA publici iuris facta.

RÍOS 1861, 109–116 n. 1; HÜBNER, IHC 161 (VIVES, ICERV 375) cum bibliographia ampliore; RADA 1874, 121 cum im. coloribus del.; MADRAZO 1879, 10; SENTENACH 1908, 236 cum im. phot.; FERRANDIS 1976, 684 cum im. phot. fig. 448; A. PEREA – MONTERO 1997, 237–247; A. PEREA 2001a, 61 tab. 33; VELÁZQUEZ 2001a, 326–327; EGER 2004, 449–506; BALMASEDA 2009, 32–33 cum im. phot. – Cf. DUVAL 1993, 197; BALMASEDA 2001a, 77; ABASCAL – ALFÓLDY 2015, 96 adn. 202.



AUCTORES omnes secuti sunt RÍOS et RADA. Sane RÍOS 1861, 109 adn. 1 litt. L et E accessisse adnotat, sed in editione sua non adhibet. *Su[in]t[h]il[an]us rex offe[re]t* HÜBNER nescio qua ratione.

Coronae huius generis votivae, sicut cruces, in honorem sanctorum oblatae sunt, cf. *Liber Ordinum, Benedictio corone* (FÉROTIN 1904, col. 165–166): *Ihesu Domine, qui es corona sanctorum, hanc coronam benedicendo sanctifica: ut pro decore domus tue et tui honore ac ornamento altaris, accepta hec munera feras, et de manibus offerentium respectu hilari et pia benignitate accipias*. Tales coronae ex tecto ecclesiae pendebant. Ceterum coronas votivas huius generis donare etiam apud Francos et Langobardos usitatum erat.

Rex Suinthila (reg. 621–631) haud alibi casu nom. appellatur “Suinthilanus”. In nummis semper, alibi plerumque “Suinthila” (casu gen. “Suinthilae” vel “Suinthilani”) nuncupatur.

Vocem “offeret” pro “offert” adhibere tempore Visigotharum usitatum erat, vide praeter tit. 13, 154–157 etiam II²/5, 175; HÜBNER, *IHC* 146.

Ex regis Suinthilani mentione et ex litterarum formis, quae ex im. phot. cognitae sunt, tit. tribuendus est a. 621–631.

I. V. S.

13, 154 (= *IHC* 159 cf. suppl. p. 74) tit. coronae aureae votivae

Corona aurea gemmis margaritisque ornata alt. 10 cr. 0,9 diam. 20,5 catenis quattuor suspensa. Ex ipsa corona pendent litt. singulares capitales aureae 3,3 (litt. E 3,7) × 1,7 × 0,3, parte adversa opere q. d. *émail cloisonné* ornatae; ex unaquaque litt. pendent gemmae duae. In media corona crux aurea suspensa est. Rep. a. 1858 loco *Las Huertas de Guarrazar*, tum ordo litt. perturbatus erat. Servatur Matriti in M. A. N. (inv. n. 71202), ubi descripsi a. 2000, praeter primam litteram R, quae exhibetur Parisiis in *Musée National du Moyen-Âge, Thermes du Cluny* (inv. n. 2878), ubi vidi a. 1999.



⊂crux Latina⊃ *Reccesvinthus rex offeret*

Im. phot. Archivo *Au*, C.S.I.C. ab A. PEREA sumpta.

LONGPÉRIER 1859, 68–69; LASTEYRIE 1860, 3; RÍOS 1861, 92–95 n. 1; HÜBNER, *IHC* 159 et suppl. p. 74 cum bibliographia ampliore (VIVES, *ICERV* 376); RADA 1874, 121 cum im. phot.; SENTENACH 1908, 236 cum im. phot.; PALOL 1968, 168. 171 cum im. phot. fig. 16–17; FERRANDIS 1976, 684–685 cum im. phot. fig. 438; SCHLUNK – HAUSCHILD 1978, 201–204; ERLANDE-BRANDENBURG 1979, 77–78 cum im. phot. fig. 9; A. PEREA – MONTERO 1997, 237–247; RIPOLL 2001, 199–200, n. 73–74; A. PEREA 2001a, 35 tab. 1. 57 tab. 27–28. 141 tab. 42–49; VELÁZQUEZ 2001a, 326–327; BALMASEDA 2009, 29–31 cum im. phot. – Cf. DUVAL 1993, 198; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 96 adn. 203.

De coronis votivis et de voce “offert” cf. supra ad n. 13, 153.

Ex regis Reccesvinthi (reg. 653–672) mentione et ex litterarum formis et ex instrumenti atque auri artificio tit. tribuendus est a. 653–672.

I. V. S.

13, 155 (= *IHC* 162) corona aurea votiva

Corona aurea votiva composita ex partibus duabus semicircularibus alt. 6, diam. 11, catenis quattuor suspensa. In media corona exstat area titulo inscribendo destinata in formam fasciae circa omnem paene coronae circulum currentis 27,2 × 1,13. Litt. 0,6. Rep. a. 1858 loco *Las Huertas de Guarrazar*. Servatur Matriti in *Palacio Real* (inv. n. 10012363/ 2639), ubi descripsi a. 2000.



Fig. α



Fig. β

In parte semicirculari altera:

⊂crux Latina⊃ *Offeret munusculum S(an)-*

In parte semicirculari altera:

c(t)o Stefano Theodosius abba °

Fig. α–β: Im. phot. Archivo *Au*, C.S.I.C. ab A. PEREA sumpta. RÍOS 1861, 116–119; HÜBNER, *IHC* 162 (VIVES, *ICERV* 377); RADA 1874, 122 cum im. phot.; HÜBNER, *IHC* suppl. p. 74; SENTENACH 1908, 238 cum im. phot.; FERRANDIS 1976, 686 cum im. phot. fig. 445; SCHLUNK – HAUSCHILD 1978, 201–204; PALOL 1991b, 414; A. PEREA – MONTERO 1997, 237–247; RIPOLL 2001, 202 n. 80; A. PEREA 2001a, 49 cum im. phot. tab. 16; EAD. 2001b, 141 et tab. 42–49; 161 et tab. 83–84; VELÁZQUEZ 2001a, 329–332 tab. 166–171; BALMASEDA 2009, 33–34 cum im. phot. – Cf. DUVAL 1993, 198; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 96 adn. 204.

Litt. capitales Visigothicae, litt. A sine hasta librata, litt. T hasta librata in parte sinistra incurvata, litt. S parte media recta pro curvata, litt. V in forma U.

Theodosius abbas ceterum notus non est. De coronis votivis et de voce “offeret” cf. supra ad n. 13, 153. De sanctis hoc loco fortasse sepultis cf. infra tit. 13, 158.

Titulus ex litterarum formis et ex instrumento atque auri artificio saec. VII tribuendus. I. V. S.

13, 156 = (IHC 160 cf. p. 74) tit. crucis votivae

Crux latina aurea, quae olim a catena in media corona votiva pendeat; in margine superiore ansa affixa est. In parte antica novem gemmae insertae sunt et in postica incisus est titulus. Utraque facies binis sulcis marginata, 23 × 10,5. Litt. capitales accurate incisae circ. 0,8. Rep. a. 1858 loco *Las Huertas de Guarrazar*. Servatur Parisiis in *Musée National du Moyen-Âge, Thermes du Cluny* (inv. n. 2879), ubi descripsi a. 1999.



In crucis brachio superiore:

⊂crux Latina⊃ *In D(e)i
nom-
ine*
⊂hedera⊃

In crucis brachio sinistro:

offeret

In crucis brachio dextro:

Sonnica

In crucis brachio inferiore:

*S(an)c(t)e
Ma-
rie
in S-
orba-
ces*

Im. phot. Archivo Au, C.S.I.C. ab A. PEREA sumpta. LONGPÉRIER 1859, 70; LASTEYRIE 1860, 10; RÍOS 1861, 95–99 n. 2; HÜBNER, *IHC* 160 cum bibliographia ampliore (VIVES, *ICERV* 380); RADA 1874, 113–122 cum im. phot.; SENTENACH 1908, 238 cum im. phot.; FERRANDIS 1976, 686 cum im. phot. fig. 442–443; LÓPEZ SERRANO 1976, 769; SCHLUNK – HAUSCHILD 1978, 201–204; PALOL 1991b, 414; A. PEREA – MONTERO 1997, 237–247; ERLANDE-BRANDENBURG 1979, 78 cum im. phot. fig. 10; RIPOLL 2001, 198 cum adn. 59; VELÁZQUEZ 2001a, 332–335 tab. 172–176; A. PEREA 2001a, 55 tab. 23–24 cum im. phot.; BALMASEDA 2009, 35–36 cum im. phot. – Cf. GODOY 1874, 69–70 cum im. del.; KAMPERS 1979, 18; DUVAL 1993, 198 cum adn. 226; SALVADOR 1998, 187 n. 339; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 96 adn. 205.

Crucis huius generis votivae, sicut coronae, in honorem sanctorum oblatae sunt, vide tit. 13, 153 (et cf. tit. 13, 158).

Sonnica est nomen aliunde ignotum, certe originis Gothicae cf. PIEL – KREMER 1976, 250–251. Utrum viri an feminae nomen fuerit, incertum est. Ecclesia *Sanctae Mariae in Sorbaces* aliunde ignota est; fortasse exstabat ipso loco *Guarrazar* (sed vide S. Stephanum tit. 13, 155). Vocem ignotam *Sorbaces* ad sorbum, arboris genus, spectare proposuit LASTEYRIE 1860, 22–25, sed potius est loci nomen, ubi ecclesia extabat. Ecclesiae saepe hoc modo appellabantur, cf. *Off(ert) Stefanus ecclesie SEC in Ianisi* HÜBNER, *IHC* 360; *Ec(c)lesiae S(an)c(t)e Marie Lacaltens(is) i(n) Agripi* HEp 7, 1997, 1135. 1141.

Casus dativus cadens *-e* pro *-ae* ad sermonem vulgarem spectat. De voce “offeret” vide ad tit. 13, 153.

Titulus ex litterarum formis et ex instrumento atque auri artificio saec. VII tribuendus est. I. V. S.

13, 157 (= *IHC* 163) tit. crucis votivae

Crux Latina aurea olim de corona votiva pendens, binis sulcis marginata 15 × 11 × 8, ex cuius brachis dextro sinistroque et infero margaritae, amethysti et sapphiri pendent. In margine superiore ansa affixa est. Area titulo inscribendo destinata 13,9 × 10,6. Litt. rudes, imperite incisae, nonnullae inversae 0,3/0,6. Punctum ex duobus punctis compositum. Rep. a. 1858 loco *Las Huertas de Guarrazar*. Servatur Matriti in *Palacio Real* (inv. n. 1001262/2640), ubi descripsi a. 2000.



In brachio superiore, directe ad perpendicularum:

⊂crux Latina⊃ *In nomine*

In brachio inferiore, directe ad perpendicularum:

D(omi)ni in nomine S(an)c(t)i

In brachio sinistro:

offeret L-

In brachio dextro:

ucetius ° e(piscopus?)

Im. phot. Archivo Au, C.S.I.C. ab A. PEREA sumpta.

RÍOS 1861, 119–120 ex apographo ab M. OLIVER facto; inde HÜBNER, *IHC* 163 (VIVES, *ICERV* 379); RADA 1874, 123 cum im. phot.; SENTENACH 1908, 239 cum im. phot.; FERRANDIS 1976, 388 cum im. phot. fig. 447 (VIVES, *ICERV* p. 176 ad n. 379); A. PEREA 2001a, 50 tab. 17–18 cum im. phot.; EAD. 2001b, 173 tab. 101. 174 tab. 102; VELÁZQUEZ 2001a, 336–338 cum im. phot. tab. 177–180; BALMASEDA 2009, 34–35 cum im. phot. – Cf. GODOY 1874, 69–70 cum im. del.; LÓPEZ SERRANO 1976, 769; SCHLUNK – HAUSCHILD 1978, 201–204; A. PEREA – MONTERO 1997, 237–247; RIPOLL 2001, 202 n. 81; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 96 adn. 206.

In brachio superiore litt. NN inversae, litt. M capite verso. – In brachio inferiore litt. D inversa, litt. I secunda duobus punctis indicata, quae autem fortasse interpunctionis signum interpretanda sunt, litt. S inversa. – In brachio sinistro litt. T inversa, P similis, litt. L capite verso. – In brachio dextro litt. T

inversa, P similis facta, litt. S inversa, deinde duo puncta quae signum interpunctionis esse videntur, litt. E in fine incerta, fortasse P vel F, ita ut fortasse *p(resbyter)* intellegendum sit.

Offeret Luce? pius dubitanter HÜBNER, qui etiam *offeret Tuge-* proposuit; lectiones alias varias haud probandas referunt RÍOS et VIVES.

De crucibus huius generis votivis vide ad tit. 13, 153 et 13, 156. Ad quem verba *in nomine S(an)c(t)i* spectent, incertum est, fortasse ad S. Stephanum (cf. n. 13, 155 et 13, 158), vide RÍOS. Nomen Lucetii ceterum notum non est, ita ut fortasse considerandum sit *Luce(n)tius*, vide *ICVR* V 14429 et cf. VÄÄNÄNEN 1981, 63 vel fortasse *Luc(r)etius*. Lucretius episcopus quidam memoratur in actis concilii Bragensi primo (a. 561). De voce “offeret” vide supra ad tit. 13, 153.

Titulus ex litterarum formis et ex instrumento atque auri artificio saec. VII tribuendus est. I. V. S.

13, 158 (= *IHC* 158) tit. sepulcralis Christianus

Fragmenta quattuor tabulae magnae ex lapide sectili, quorum duo maiora ita inter se coniuncta sunt, ut tabulae pars maxima servata sit; ceterum tabula – quoad exstat – lateribus scabra et infra laesa 178 × 74 × circ. 6. Area titulo inscribendo destinata 134,5 × 62. Superne incisa est crux Latina corona cincta, quae ipsa in rectagonum inserta est 23 × 28. Titulus divisus est in partes duas, prior (v. 1–8) 54 alt., deinde intermissum est spatium maius (alt. 18–20), deinde sequitur altera pars (v. 9–18) 64 alt. Litt. 3–4, sed v. 1. 2. 11. 15. 17 eminent hastae 6–7. Tabula aetate iam labenti ad usum posteriorem adhibita est ad abstrudendum thesaurum dictum *tesoro de Guarrazar*, loculi operculi instar. Rep. a. 1858 loco *Las Huertas de Guarrazar*. Servatur Matrini in *M. A. N.*, ubi descripsit G. A. a. 1983; reconv. a. 2000.



◁crux Latina▷ *Quisquis hunc tabule*

[[u]stra]ris titulum huius

[cern]e locum respice situm

[p(er)spice v]icinium malui abere

5 *[locum sa]c[r]um (vac.)*

[sac(er?) ipse m(i)n(is)]ter annis sexsa-

[ginta p]eregi tempora

[vite]

(vac.)

[...? fun]ere perfunctum s(an)c(t)is

10 *[co]mmendo tuendum*

[ut cu]m flamma vorax ve-

[n]iet comburere terras

cet[i]bus s(an)c(t)orum merito

sociatus resurgam

15 *hic vite curso anno(rum) finito*

Crispinus p̄(e)s̄b̄(y)ī(er) peccator

in ◁Christ▷i pace quiesco era DCC

(vac.) XXXI

Im. phot. a J. d. H sumpta.

RÍOS 1861, 67–71. 169–173; HÜBNER, *IHC* 158 cf. EUND. suppl. p. 74, qui nonnullis supplementis A. FERNÁNDEZ GUERRA et J. E. HARTZENBUSCH usus est, cum im. del.; (BÜCHELER, *CLE* 724; DIEHL, *ILCV* 3483; VIVES, *ICERV* 293; e VIVES pendet DUVAL 1993, 205); GARCÍA GUTIÉRREZ 1876, 99; MADRAZO 1879, 10–12 cum im. del.; GÓMEZ PALLARÉS 1998, 186–187; VELÁZQUEZ 2001a, 340–346 (*HEp* 11, 2001, 575). – Cf. GÓMEZ-MORENO 1919, 11; EUND. 1966, 122; MARINER 1952, 166–167; RODRÍGUEZ-PANTOJA 1999, 50–51; VELÁZQUEZ 1996, 111–112; GÓMEZ PALLARÉS 1995a, 84; ESCOLA – MARTÍNEZ 2002, 234, n. 14; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 96 adn. 207.

Litt. capitales, quibus nonnullae minusculae intermixtae sunt; litt. A plerumque sine hasta librata, litt. H in forma h, litt. L hasta recta perlonga, litt. Q in forma q, litt. V in forma U hasta dextra recte perducta.

2 *[lege]ris* RÍOS, VIVES. – 3 *[cern]e* coniecit DIEHL, quem sequor, *[ecc]e* HÜBNER, BÜCHELER, *[linqu]e* RÍOS, *[- -]e* VIVES. – 4 *[per]quire* HÜBNER, *[cognosce]* BÜCHELER. – 5 *[locum sac]rum* VIVES, *[sacrum loc]um* HÜBNER, *[hic tumult]um* RÍOS. – 6 *[sacer ipse minister]* HÜBNER, BÜCHELER, DIEHL, sed spatii causa verba breviate esse necesse est, *[in ecclesia il]la* BÜCHELER in app. crit., quem sequitur VIVES in app. crit. – 15 *anno(rum)?* BÜCHELER in app. crit.; fortasse item *ann(u)o* considerandum est. – 17–18 *DCCLXXXI* VIVES, *DCC cu[m]* | *XXXI* HÜBNER, cf. GÓMEZ MORENO (1919); sane quod v. 17 in fine cernitur, non ad textum pertinere videtur.

Titulus exhibet carmen hexametris compositum, locutionibus nonnullis barbaricis foedatum (cf. MARINER 1952, 166–

167; RODRÍGUEZ-PANTOJA 1999, 50–51; VELÁZQUEZ 2001a). V. 9–14 ad verbum paene dempti sunt ex Eugenii Toletani carmine 26 (ed. F. VOLLMER, MGH, AA 14, 1905, 251; ed. P. F. ALBERTOS, CCSL 114, 2005, 243), quod fuit epitaphium in sepulcro Reccibergae reginae, uxoris Chintasuinthi regis (reg. 642–653), cuius v. 5–8 sunt: *Hinc ego te, coniux, quia vincere fata nequivi, | funere perfunctam sanctis commendo tuendam, | ut cum flamma vorax veniet comburere terras, | coetibus ipsorum merito sociata resurgas*. Hoc furtum efficit, ut v. 9 sq. huius tituli incondite scripti sint, nam significare videntur Crispinum (post funus, quamquam haud potest) semet ipsum sanctis commendare. – V. 15–18 metrum non servatur; versus iustus esset, si scriberetur *hic vitae cursu finito in pace quiesco*, cf. BÜCHELER. Vox anno v. 15 sententiae haud convenit, ita ut more aliquo breviata vel errore quodam posita sit.

Interdum sermo vulgaris adhibetur: *e pro ae vel oe* (v. 1 *tabule*, v. 13 *coetibus* pro *coetibus*, v. 15 *vite*, v. 17 *era*), h in verbi initio excisa (v. 4 *abere*), v. 15 *curso* pro *cursu*.

Hexametri sic dividendi sunt:

*Quisquis hunc tabul(a)e [u]stris titulum huius,
[cern]e locum, respice situm, [p(er)spice v]icinum.
Malui (h)abere [locum sa]c[r]um [sac(er?) ipse m(i)n(is)]ter.
Annis sexsa[ginta p]eregi tempora [vit(a)e].
[Fun]ere perfunctum s̄(an)c̄(t)is̄ [co]mmendo tuendum,
[ut cu]m flamma vorax ve[n]iet comburere terras
c(o)et[ibus] s̄(an)c̄(t)orum merito sociatus resurgam.*

In linguam Hispanicam ita vertitur:

*Quiquiera que leyeres el epitafio de esta lápida,
mira el lugar, contempla el paraje, examina el entorno.
He preferido tener un lugar consagrado, yo mismo
ministro consagrado. He alcanzado los sesenta años de
vida. Tras haber concluido con mi funeral, me
encomiendo a la protección de los santos a fin de que,
cuando la llama voraz venga a incendiar la tierra,
pueda resucitar justamente asociado a la comunidad de
los santos. Finalizado aquí el curso de los años de mi
vida, yo, Crispín, presbítero pecador, descanso en la
paz de Cristo, en la era de 731 (= a. 693).*

Ut mos erat Christianorum, Crispinus presbyter apud sanctos sepultus est. Ita concludendum est loco *Guarrazar* sepulcra sanctorum quorundam exstitisse (cf. tit. 13, 155. 157).

Annus in titulo adscriptus 731 aerae Hispanicae est a. 693 p. C. n., qui litterarum formis convenit. I. V. S.

Puebla de Montalbán

13, 159 (= EE IX 123 n. 317) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario (*pedra marmórea* FITA, HÜBNER) 19 × 26 × ?. Litt. *del primer siglo 3/4* FITA; puncta triangularia. Rep. m. Dec. a. 1901 *Puebla de Montalbán, TO* prope confluentiam fluminis Tagi et rivi *El Torcón*, in fundo *Casa Nueva que es hoy propiedad de doña Joaquina Caro hija del Marqués de la Romana* GARCÍA PAGE, *en la dehesa Nueva que llevaban en arrendamiento D. Francisco Tenorio y sus hermanos* CONDE DE CEDILLO (*Malamoneda, La Puebla de Montalbán* GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a; in *Hontanar* GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1994, male). Ibi titulus in usu supra *un sepulcro enladrillado de dos metros de largo que contenía dos esqueletos* CONDE DE CEDILLO fuit. Latet aut periit.

Licinia ◦ *Mo-*
enicu(m) ◦ *B(- -)* ◦ *Pater-*
ni ◦ *Magani-*
q(um) ◦ *f(ilia)* ◦ *h(ic)* ◦ *s(ita)* ◦ *e(st)* ◦ *s(it)* ◦ *t(ibi)* ◦ *t(erra)*
5 *l(evis)* *A(- -)* ◦ *f(aciendum)* ◦ *c(uravit)* ◦ *et* ◦ *si(bi)*

V. GARCÍA PAGE, ms. 1902 R. A. H. sign. CA-TO-9/7977/81 i. e. epistula cum ectypis ad F. FITA missis (vide ABASCAL – GIMENO 2000, 256–257 n. 475); ex eo FITA 1902b, 155–160 (HÜBNER, EE IX, 317); CONDE DE CEDILLO 1959, 241 n. 327 (HAE 8–1, p. 28; e FITA et CONDE DE CEDILLO pendent ALBERTOS 1975, 18 n. 183–184; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 131 n. 152. 159 n. 152; EAD. 1986b, 72 n. 152); VELAZA 2008, 377–378; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 140–141 n. 95. – Cf. TOVAR 1946/47, 28 n. 101; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, II 243; EUND. 1980/81, 53; FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL. 1990, 44–45; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1994, 174 n. 152; GÓMEZ-PANTOJA 1996, 84 n. 130; ALARCÃO 2003, 60–61; HURTADO 2003/04, 191. 200 n. 21.

2 *B(adii?)* FITA, CONDE DE CEDILLO, JIMÉNEZ DE GREGORIO monstrantes tit. II 5165; *B(outi?)* ALBERTOS, quam secuta est GONZÁLEZ RODRÍGUEZ, quod nomen *Boutius* recurrit in nonnullis titulis Hispanicis inter gentes indigenas; *B(outia)* VELAZA. – 5 *A(via?)* FITA; *l(evis) f(aciendum) c(uravit)* CONDE DE CEDILLO, qui omisit litt. ET ◦ SI in v. 5 ex.

Nomen cognationis *Maganicum* aliunde non novimus, sed *Moeniccum* redit in titulo vicino 13, 142 *Gálvez (TO)* reperto et in altero oriundo a *Lara de los Infantes (BU)* (*Moenic[um]* GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a n. 152). Vide etiam *Moenicci* in titulo Toletano n. 13, 175.

Ex genere et ex formulis saec. II in. J. M. A. – G. A.

13, 160 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata et infra fracta, in fronte et ab utroque latere levigata, supra in medio flore exornata (30) × 46 × 34. Area titulo inscribendo destinata excavata. Litt. accuratissime et profunde insculptae 4 (litt. E v. 1 in litt. C minuta inscripta 1,5). Rep. a. 1975 *Vega de los Caballeros* in loco *Cerreçín* iuxta flumen Tagum intra fines oppidi *Puebla de Montalbán* MARTÍN-ARAGÓN. Servatur inde ab a. 1975 Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n. 20835), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1989, iterum a. 2013.



Medugenus
Carpa+[- -]

Im. phot. a W. K. sumpta.

ANONYMUS, in ephemeride *Ya* d. 19 m. Febr. a. 1975 cum im. phot.; MARTÍN-ARAGÓN 1977, 91–93 cum im. phot.; CORTES et AL. 1984, 77–78 n. 7 cum im. phot. (AE 1986, 429); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 141–142 n. 96 cum im. phot. – Cf. SORIA 1977, 534; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1980/81, 54; ABASOLO 1994,

199–200. 212 cum im. phot. fig. 1; ABASCAL 1998a, 133; VALLEJO 2005b, 117; GIMENO 2008, 312. 315 cum im. phot. fig. 36.

2 + est caput hastae rectae, fortasse litt. I vel L.

Nomen indigenum Medugeni redit in titulis Hispanicis saec. I–II, quos tractaverunt amplius UNTERMANN 1965, 134; ALBERTOS 1966, 153; ABASCAL 1994a, 425. Nomen *Carpa+[- -]*, i. e. *Carpanius*, *Carpanus* vel sim., aliunde non novimus sed cf. nomen Hispanicum *Carpetius* vel *Carpetus* (Carpeti casu gen.) in titulo *Quintanilla de las Viñas* rep. laudatum (II 2854) et nomen populi Carpetani.

Titulus ex genere et ex litterarum formis saec. I ex. tribuendus est. G. A. – J. M. A.

13, 161 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, supra laesa, infra a dextra fracta, in fronte levigata olim acroteriis exornata $68 \times 45,5 \times 25,5$; in frontis parte superiore semicirculari margine torta circumdata exstat flos; in parte media area titulo inscribendo destinata excavata in formam tabulae ansatae redacta $13 \times 29,5$; in parte inferiore area excavata lineis cancellatis arcubus superimpositis expleta, a sinistra et a dextra strigilibus ornata. Litt. ex parte ad acturias transgredientes accurate insculptae 2; v. 1 litt. postrema in margine inscripta; puncta rotunda. Rep. a. 1986 *Vega del Puente* intra fines oppidi *Puebla de Montalbán* MARTÍN-ARAGÓN. Servatur inde ab a. 1986 Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n. 1652), ubi descripsit G. A. a. 1988 et ectypum sumpsit.



Fig. a

M(arcus) ◦ Turius ◦ Murtilus (!)
h(ic) ◦ s(itus) ◦ est s(it) ◦ t(ibi) ◦ t(erra) l(evis)
M(arcus) ◦ Magilio ◦ f(aciendum) ◦ c(uravit)

Fig. a–β: Im. phot. a G. A. sumptae.



Fig. β

MARTÍN-ARAGÓN, in ephemeride *El Alcázar* d. 28 m. Iun. a. 1986, 4; CORTES et AL. 1987, 92–93 n. 2 cum im. phot. tab. II (*HEp* 2, 1990, 690); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 142–145 n. 97 cum im. phot. et scheda ab ALFÖLDY del. fig. 131–133. – Cf. ABÁSULO 1994, 200 tab. 2.3 cum im. del. 201. 215 tab. V.2 cum im. phot.; J. BELTRÁN FORTES – BAENA 1996, 121 cum adn. 91.

Nomen Graecum Murtili, i. e. Myrtili (SOLIN 2003, 1179–1180), redit in tit. Varensi (*HEp* 7, 1997, 585c). Nomen Magilionis aliunde non novimus sed cf. nomen gentile *Magilius* et nomen Hispanicum *Magilo* in titulis nonnullis.

Viri fortasse conliberti fuerunt. Magilio, cuius nomen gentile reticetur, fortasse M. Turius Magilio appellabatur.

Ex genere ex formulis et ex formis litterarum saec. II in.

G. A. – J. M. A.

Carpio de Tajo


13, 162 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fortasse superne olim rotundata, nunc fracta, in angulo superiore sinistro mutila $(60) \times (29) \times ?$. Puncta rotunda. In parte frontis superiore imago defuncti exsculpta erat. Rep. *en el pago llamado Florida, cerca del río, al oeste del lugar de Carpio de Tajo* TOVAR, qui a C. DE MERGELINA accepit, *se encontraron en el verano de 1965* JIMÉNEZ DE GREGORIO male, a. 1924 vidit MERGELINA *en casa de Dolores Olmedo, en Carpio de Tajo* TOVAR. Latet aut perit. Contuli ex AUCTORIBUS.



13, 165 (= II 287*) tit. sepulcralis

Lapis haud dubie ara sepulcralis vel stela. *También se balló otra memoria en Escalonilla que dice de esta manera* ROMÁN DE LA HIGUERA, quem secuti sunt omnes. Latet aut periiit. Contuli ex AUCTORIBUS.



 D M S
 Optata et
 Endeicea
 L Biganic
 Serui H S S
 S.V.I.L

D(is) M(anibus) s(acrum)

Optata et

Endeice A-

lbiganic(um)

5 *SERVI h(ic) s(iti) s(unt)*

s(it) v(obis) t(erra) l(evis)

Im. a ROMÁN DE LA HIGUERA tradita (5, 19 f. 286).

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 5, 19 f. 286v (ROJAS 1654, 244); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 287* et FITA 1902b, 162 (HÜBNER, *EE IX* p. 123; ALBERTOS 1975, 18 n. 188a); ex HÜBNER et ALBERTOS pendent GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 122 n. 16, 148 n. 16; EAD. 1986b, 53; ALFÖLDY 1987c, 257 cum adn. 6; PINEL et AL. 1991, 20; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 90–91 n. 38 cum im. fig. 59 a ROMÁN DE LA HIGUERA tradita. – Cf. TOVAR 1946/47, 31; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 290; II 243; EUND. 1980/81, 53–54; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 70; FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL. 1990, 44–45; VALLEJO 2005a, 122. 561. 572; ABASCAL 2007, 296.

“Subesse videtur titulus genuinus, sed inutilem reddidit auctoris manus; unde necessario relegandus erat inter suspectos” HÜBNER II 287*; “vindicat FITA... recte ut videtur”, HÜBNER, *EE IX*; titulum ut genuinum iudicant praeter TOVAR omnes AUCTORES post HÜBNER.

3–4 ENDEICEA | LBIGANIC HÜBNER; *Endeice Albiganic(um)* FITA (“recte ut videtur” HÜBNER, *EE IX*); ENDEICEA | L. BIGANIC PINEL et AL. errore; *Endeice* ALFÖLDY sine idonea causa. – 5 *servi* fortasse ex interpolatione aut lectione falsa, cum servi in cognationibus indigenis prorsus ignoti sint. – 6 *Serv[ilii] f[iliae]* GONZÁLEZ RODRÍGUEZ.

Cognomen *Endeicis* aliunde non novimus, sed *Endegus* ... M. Valeri Pilae ser. recurrit in titulo AE 1967, 236 (*Tardemézar*, ZA).

Ex tituli ordine et ex formulis saec. II ex. vel III.

J. M. A. – G. A.

Carmena

13, 166 (= II 3085 cf. p. 710) tit. sepulcralis

Ara ex lapide calcario corona crepidineque prospicientibus praedita 39 × 24 × ?; v. 1 in corona inscriptus est. Litt. circ. 2,5/3; puncta rotunda quasi evanida. Rep. *Carmena... en una de las gradas de la escalera propia de la torre de su iglesia parroquial, embebido en el muro septentrional del bautisterio* CONDE DE CEDILLO. Ibi extat et ibi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit.



D(is) ◦ M(anibus) ◦ s(acrum) ◦

Minic^riae

Chreste-

ni ◦ ann(or)um LIX

5 *Vitalis m̂ar(itus)*

et ◦ M(inicius) Chrestu(s)

fil(ius) ◦ f(aciendum) ◦ c(uraverunt) ◦ h(ic) ◦ s(ita) e(st) s(it) ◦ t(ibi) ◦

t(erra) l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

VELÁZQUEZ, ms. saec. XVIII R. A. H. sign. 9/4106 (i. e. ms. 13 HÜBNER) e A. M. BURRIEL, qui vidit (e schedis VELÁZQUEZ pendent HÜBNER II 3085 [VIVES, *ILER* 3992]); FITA 1902b, 163; CONDE DE CEDILLO 1959, 35–36 n. 60 (*HAE* 8–11 p. 27); ALFÖLDY 1987c, 258 n. 13 cum adn. 8 (*HEp* 2, 1990, 680); FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL. 1990, 43 (*HEp* 5, 1995, 779); ABA-

SCAL – ALFÖLDY 2015, 73–75 n. 21 cum im. phot. et im. del. fig. 36–37. – Cf. FITA, ms. R. A. H. sign. 9/7581 ex litteris, quas a M. PRADO ESQUIVIAS accepit (cf. ABASCAL 1999a, 94, 210 n. 73/7); JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 176; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 71–72; ABASCAL 2003, 150.

2 MINICEAE, – 7 H I E legitur. Fortasse titulus recentiore aevo correctus est.

3-4 *Chrestelni (uxor)*, - 5 *Vitalis mate[r]*, - 6 *M(arcus) Chrestu[us]*, - 7 *c(uraverant)* FERNÁNDEZ-MIRANDA ET AL.


Ex cognomine Graeco *Chreste* (casu dat. interdum *Chresteni*; SOLIN 2003, 1006) Minicia veri similiter liberta est; Vita-

lis probabiliter servus fuit; filius nomen gentile et cognomen e matre traxisse videtur.

Ex tituli ordine et ex formulis et ex litterarum formis saec. III. G. A. - J. M. A.

Rielves

13, 167 (= IHC 157 cf. suppl. p. 74) tit. sepulcralis Christianus Lapis sepulcralis incertarum materiae et formae undique fractus, hodie deperditus. Rep. a 1780 a P. ARNAL inter parietinas antiqui magni aedificii in loco *Banega* dicto, in via ab *Rielves* ad *barca de Portusa*, prope *Toledo*.



[vixit annos]

L et +++ [- - -]

us Arcadius vixit

annos ° septe et re-

5 qu'ieverunt in pa-

ce IIII nonas decembr(is)

et fuerunt servi sanc(ti)

Vincenti marteris

Im. ab ARNAL del.

ARNAL epistula ad B. de IRIARTE d. 10 m. Iun. a. 1870 A. H. N. legajo 3193 expediente 2 servata cum im. del. sign. *Estado MPD 1125*; ARNAL 1788, 22. 24 (ASSAS 1877, 286; DE NAVASCUÉS 1951, 22-25. 35. 37); HÜBNER, *IHC 157* et suppl. p. 74 versibus aliter divisus (DIEHL, *ILCV 1302*); a NAVASCUÉS, HÜBNER et DIEHL pendet VIVES ICERV 67 versibus aliter divisus (ab eo FERNÁNDEZ CASTRO 1982b, 74 cum adn. 93). - Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, II 309; MUÑOZ GARCÍA DE ITURROSPE 1994, 278-279 n. 26; SAXER 1995, 145.

2 L et +++ lectio incerta. An L et m[enses - - -] sive L et <menses aut dies> IIII legendum est? T non plene servatur, revera hasta exigua et recta est; prima crux litterarum L sive E (et quoque F pro E, ut fuerunt in v. 7) inferius extremum videtur; secunda et tertia hastae perexiguae sunt, secunda leviter curvata. Tales hastae inferiori litterae M parti respondere poterint. Haec litterarum reliqua fortasse nominis patris, id est, primi defuncti parti aut eius aetati (ut HÜBNER proposuit) respondeant, sed valde incertum est. - 2-3 [- - -]us an defunctus sive alius adiectivum intellegendum est, etiam quoque Arcadii primi nominis litterae finales (sicut proposuit HÜBNER qui ex. gratia [Flav]ius supplevit) VIVES; [et - - -]us DIEHL; [filius eius] MUÑOZ GARCÍA DE ITURROSPE, forsitan recte; [filius] NAVASCUÉS. - 4 an verbum septe signo compendii scriptum: septe(m)? - 5 E pro I in lapide. - 6 ex. si decembr(is) aut decemb(ri)s legere debeas per delineationem et principem editionem difficile dictum est. - 7 E pro F in lapide.

V. 3 litt. m excisa (septe pro septem) ad sermonem vulgarem spectat, item marteris pro martyris. Duorum defunctorum epitaphium, fortasse patris et filii. S. Vincentius, qui memoratur, haud dubie idem est ac martyr celebris Valentiae necatus, etiam Caesaraugustae veneratus, quem laudavit Eugenius Toletanus (carm. 10, ed. F. VOLLMER, *MGH, AA*, 14, 1904, 240; ed. P. F. ALBERTOS, *CCSL 114*, 2005, 222). Cum eius servi defuncti

appellentur, officia quaedam ecclesiastica explevisse videntur (cf. DIEHL, *ILCV 2364*; 3874 = XI 330). Ita tum S. Vincentius etiam in regione Toletana cultus esse videtur, cf. SAXER.


De loco, ubi titulum in lucem prodit, vide ARNAL 1788; FERNÁNDEZ CASTRO 1982a, 111-112. 287; EAND. 1982b, 61-75. 93-108; M.^a J. SAINZ PASCUAL, in: *TIR Hoja J-30*, 304 s. v. *Solado, El*.

Titulus ex formulis et litterarum formis saec. V (ut proposuit VIVES dubitanter), fortasse (sic HÜBNER), tribuendus videtur. I. V. S.

Huecas

13, 168 tit. sacer

Arula ex lapide calcario superne fracta, crepidine undique prospicienti, in fronte paululum laesa (14) × 7,6 × ?; v. 2 in margine, v. 3 sub parte media inscripti. Litt. rusticae minus accurate insculptae 1,4 (v. 1-2), 0,9 (v. 3); puncta rotunda. Rep. *Huecas, en el casco urbano* ESTEBAN - CARROBLES - SÁNCHEZ. Ubi servetur, nescimus. Descripsimus ut potuimus ex im. del. ab ESTEBAN - CARROBLES - SÁNCHEZ publici iuris facta.



STERC

a(nimo) l(ibens) ° vo(tum) ° sol(vit)

LI+ ° ° IF

Im. del. ab ESTEBAN - CARROBLES - SÁNCHEZ publici iuris facta. ESTEBAN - CARROBLES - SÁNCHEZ 1998, 37 cum im. del. fig. 5 (*HEp 9*, 1999, 564); ABASCAL - ALFÖLDY 2015, 104 n. 54 cum im. del. fig. 76. - Cf. RUBIO RIVERA 2008, 109.

1 veri simillime nomen dei vel deae continet, quod aliunde non novimus. - 3 offendit nomen dedicantis post formulam insertum.


Ex litterarum formis fortasse saec. II. J. M. A. - G. A.

Maqueda

13, 169 (= II 3080) tit. sepulcralis

Basis statuae ex lapide calcario ex lapidinis *Buixcarró (V)* sitis, corona crepidineque undique prospicientibus praedita, in fronte inferiore ab utroque latere fracta 112 ×

76 × 72, pars media 67 × 55 × 44. In facie sursum versa levigata tria foramina rotunda sunt, quibus pedes statuae quasi certe aeneae affixi erant; diam. foraminum 7/8; in foramine centrali supersunt vestigia clavi. Litt. accurate insculptae 6 (v. 1), 5 (v. 2–6), 4 (v. 7). Hederae ubique posita excepto v. 3. Rep. en el Prado de la Magdalena, ... antes... solia estar fuera de la ermita ... la metieron dentro de la d(ic)ha ermita y la pusieron en el frontispicio del altar ANONYMUS circ. 1576, en el frontispicio del altar de la hermita de N^a S^a de los Dados [sive Nuestra Señora del Otero] amici a A. M. BURRIEL cit., sirviendo de peana a una cruz de hierro a la salida del pueblo ... frente de donde estaba el convento de monjas franciscanas LÓPEZ, et postea en el atrio de la yglesia vidit CORNIDE a. 1798. Deinde translata in Museo Provincial in S. Juan de los Reyes, ubi vidit WICKERT. Nunc servatur Toleti in M. S. C. (inv. n. 204), ubi descripsit G. A. a. 1979; recognovimus a. 2005, contulit J. M. A. a. 2011.



D(is) ◦ M(anibus) s(acrum)
G(aio) ◦ Valerio
Pompeiano
patri ◦
5 G(aius) ◦ Valerius
Levinus ◦
filius ◦

Im. phot. a W. K. sumpta.

STRADA 1575, 157 n. 3; ANONYMUS, circ. 1576 s. v. *Maqueda* (inde apographum post. 1773 ANONYMUS R. A. H. sign. 9/6001 s. p.); ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 5, 19 f. 286 (ROJAS 1654, 128; CEÁN 1832, 90); GRUTER 1603, 745 n. 6 “ex Schotti schedis”; e A. M. BURRIEL, qui habuit ab amicis, accepit VELÁZQUEZ, ms. saec. XVIII R. A. H. sign. 9/4106 (i. e. ms. 13 HÜBNER); PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8729/1 f. 252 (vide HERNANDO 2017, 257); ID., ms. saec. XVIII B. N. E. sign.

8914 f. 244 (vide HERNANDO 2017, 295); LÓPEZ, ms. 1780/1800 *Toledo B. N. E.* sign. 7309 f. 206v cum im. del. (cf. MAROTO 1991, 72–73); CORNIDE, ms. 1798 R. A. H. sign. 9/3899/2 (cf. ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 318–319); ex ANTIQUIORIBUS habuit HÜBNER II 3080 (VIVES, *ILER* 3909); WICKERT, sched.; JORGE 1957, 66; CONDE DE CEDILLO 1959, 159–160; JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 424; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 106–107 n. 57 cum im. phot. fig. 81. – Cf. FITA – RODRÍGUEZ VILLA 1900, 265; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 66; CABALLERO – SÁNCHEZ SANTOS 1990, 480; CEBRIÁN 2008, 107 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 10. 108.

Cognomen Levini (i. e. Laevini; vide KAJANTO 1965, 243; ABASCAL 1994a, 395. 399) recurrit in titulo Toletano 13, 41 (= EE IX 316).

Ex litterarum formis et ex hederae usu saec. II; ex formulis saec. II posteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

Camarena

13, 170 tit. sepulcralis

Stela ex lapide arenario infra fracta, supra ita exsculpta, ut solum pars media quasi caput fissum remaneat, in fronte et ab utroque latere olim levigata, postea a tergo ab aqua expolita et in parte antica magna ex parte erasa (32) × 12/21 × 9,5. Litt. circ. 3 (v. 1). Rep. circ. a. 1980 prope locum q. d. *La Huerta Abajo* ad meridiem ab oppido *Camarena* versus. Servatur *Camarena* apud M. RASO BAÑARES, ubi descripsi una cum A. CABALLERO a. 2013.



[D(is)] M(anibus) s(acrum)
M[- - -]M
[- - - - -]
[- - -]IN[- - -]
5 [- - -]E+R+V++
[- - - - -]
- - - - -?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

PÉREZ LÓPEZ 2006/07, 207–214 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 524); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 73 n. 20 cum im. phot. fig. 35.

5 +++ sunt hastae acclives. Lectio incerta manet.

Ex formula saec. II posterioris vel III anterioris videtur.

J. M. A.

Méntrida

13, 171 (= II 290*) tit. sepulcralis

Ara? (*una piedra con muchas moldaduras ROMÁN DE LA HIGUERA*), en el reyno de Toledo ay otra Debesa llamada Berciana ... y se juzga estuvo alli el municipio Bercilicense... algunas inscripciones que en ella se han hallado y una piedra con muchas molduras que dize... ROJAS, se llevó a Méntrida JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 197. Latet aut periit. Contuli ex AUCTORIBUS.

D M S
A Teti Bera
Cali Q. Alonis
F Ann XL H S E
S T T L

Fig. α

D. M. S.
A. TETI BERCICALLI
Q. ALONIS F.
ANN. XL. H. S. E.
S. T. T. L.

Fig. β

D(is) M(anibus) s(acrum)

Ateti Berci-

caliq(um) Alonis

f(ili) ann(or)um XL h(ic) s(itus) e(st)

5 *s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*

Fig. α: Im. del. a ROMÁN DE LA HIGUERA tradita.

Fig. β: Im. del. a ROJAS edita.

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 5, 18 f. 285 (ROJAS 1654, 241 versibus aliter divisus [e ROJAS, intercedente M. MARTÍ, habuit MAFFEI 1749, 427, n. 5]; LÓPEZ, ms. 1780/1800 *Toledo B. N. E.* sign. 7309 f. 478); ex ANTIQUIORIBUS pendent HÜBNER II 290*, qui tit. inter falsos rettulit, et FITA 1902b, 164–165, qui titulum esse genuinum vindicavit (cf. HÜBNER, *EE IX* p. 123), quem secuti sunt reliqui AUCTORES; ALBERTOS 1975, 18 n. 188b; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 125. 151 n. 54; EAD. 1986b, 58–59 n. 55; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – SANTOS 1987, 381; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1988, 264; FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL. 1990, 41–42. 45; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 109–110 n. 59 cum im. del. fig. 83–84. – Cf. JIMÉNEZ DE GREGORIO 1962/86, I 197. 460; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 70; VALLEJO 2005a, 573. 589. 671; EUND. 2005b, 110–111.

2–4 *Bercicali Q(uinti) Alonis | f(ili)u* ROMÁN DE LA HIGUERA, sim. qui ex eo pendent, inepte; *Bercialliq(um) Alonis f(ilio) |* FITA, sim. AUCTORES, qui eum sequuntur.

Ateti (gen.) cognomen indigenum esse videtur (cf. II 4972, 49 a–b), id quod VALLEJO in dubium vocavit; lectio in dubio manet. Cognatio indigena *Bercicaliq(um)* aliunde ignota

est, sed vide tit. falsos supra 13, 8* et 13, 9*. Nomen *Al(l)onis* saepius occurrit, cf. inter alios tit. II 822; III 11568; *AE* 1990, 579.

Ex formulis saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 172 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide granato superne rotundatus, nunc laesus, infra ex parte fractus, crepidine prospicienti praeditus 97 × 40 × 50. Litt. rusticae inter lineas ad delineandum ductas neglegenter insculptae 4/5; puncta rotunda. Rep. a. 1981 en las inmediaciones de la ermita de Berciana CORTES et AL. intra fines oppidi Méntrida; a. 1982 in Museum Toletanum translatus est. Servatur Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n. 26095), ubi descripsit G. A. a. 1983 et im. phot. sumpsit; recognovimus ALFÖLDY et J. M. A. a. 2005; contulit J. M. A. a. 2013.



[.]atio

Duniq(um)

Caesaro-

nis (scil. filius) ° anor-

5 *um (!) ° C °*

s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis) °

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

CORTES et AL. 1984, 80–81 n. 12 (*AE* 1986, 432; *HEp* 1, 1989, 609); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 110–111 n. 60 cum im. phot. fig. 85–86 et scheda ab ALFÖLDY redacta. – Cf. GONZÁLEZ-CONDE 1987, 71; FERNÁNDEZ-MIRANDA et AL. 1990, 44–45; HURTADO 2003/04, 193. 199 n. 11; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 254 cum adn. 2.

1–5 [.]mito | [.] *Duniq(um)* | *Caii Carolnis an(n)or(um)* | *V m(onumentum) c(uravit)* CORTES et AL. – 1 nomen defuncti casu nominativo inscriptum est. – 3 litt. E duabus hastis rectis indicata. – 3–4 cognomen Caesaronis (nominativus Caesar) recurrit in titulis II 2700 (*S. Miguel de Liño, O*) et II 5712 (*Valverde de la Sierra, LE*), vide etiam II 5762 (*Paredes de Nava, P.*

Cf. AE 1994, 1006) sub forma *Caesaros*. Cognatio indigena *Duniq(um)* aliunde ignota est.

Ex tituli ordine, ex formulis et ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

Casarrubios del Monte

13, 173 tit. sacer

Ara ex lapide granato corona crepidineque haud prospicientibus praedita, infra fracta, a sinistra mutila, undique laesa (50) × (39) × (21). Litt. 5. Rep. a. 1983 *junto al dintel de la casa C/ Palacio 7*, ut nos docuit CORTES. Olim servabatur *en el domicilio de don Gabriel Mayoral García, en la calle del Palacio n.º 3 de Casarrubios del Monte* CORTES et AL., a. 1986 frustra quaesivit ALFÖLDY. Latet aut periit. Contuli ex AUCTORIBUS.



[I(ovi) O(ptimo) M(aximo)
[- -]sus
v(otum) p(osuit)

Im. phot. a CORTES et AL. edita.

CORTES et AL. 1987, 94 n. 5, 100 tab. V cum im. phot. (*HEp* 2, 1990, 681); DE LA VEGA 2000, 91 n. 5 (*HEp* 10, 2000, 610); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 78–79 n. 24 cum im. phot. fig. 41. – Cf. RUBIO RIVERA 2008, 109.

2 [Bas]sus DE LA VEGA.

Saec. I–II videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 174 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne plana, a dextra resecta, a tergo scabra, in fronte in angulo superiore sinistro fracta, 131 × (40) × 16. Litt. magna ex parte evanidae 9–10. Rep. a. 1983 *en la esquina de la calle de las Monjas con la calle del Pósito* docuerunt G. A. cives in oppido *Casarrubios (TO)*. Ibi extat, ubi descripsit G. A. cum amicis a. 1983 et im. phot. sumpsit.



D(is) M(anibus) [s(acrum)]
+++++[- - -]
RAN [- - -]
CIM[- - -]
5 IICEA[- - -]
ano[rum - - -] (!)

Im. phot. a W. K. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 79–80 n. 25 cum im. phot. et im. del. fig. 42.

1 in. ++++ sunt hastae rectae, + postrema est pars litt., quae C vel G vel O fuisse potest. – 3 litt. postrema ex parte conservata haud dubie litt. N est. – 5 cave, ne videas *IREA* ex im. phot. G. A. – J. M. A.

Locus incertus regionis Toletanae

13, 175 tit. sepulcralis

Ectypum gypseum ex stela infra a dextra fracta a sinistra paulum laesa, tympano et acroteriis praedita 75 × 39 × 12. Supra in parte antica area excavata bucranio, rosa et luna sursum aperta exornata 10 × 26. In medio area titulo inscribendo destinata in forma tabulae ansatae excavata 21 × 25. In parte inferiore lapidis area excavata sarta ornata 16 × 27. Litt. rusticae minus accurate insculptae 3,5–4; puncta desunt. Ubi reperta sit, nescimus. Stela ipsa latet aut deperdita est. Exstat ectypum gypseum servatum *Toledo, restaurante La Venta del Alma* in atrio exhibitum, quod descripsimus a. 2005 et im. phot. sumpsimus.



Turamus
Coerobri
Moenicci
f(ilius) h(ic) s(itus) e(st) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a G. A. sumpta.

MANGAS – CARROBLES 1996, 242–245 n. 2 cum im. phot. (*HEp* 7, 1997, 980); PRÓSPER 2004, 183–185 n. III (*HEp* 13, 2003/04, 701); GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 256 adn. 9; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 291–292 n. 276 cum im. phot. fig. 318 et scheda ab ALFÖLDY del. – Cf. RAMÍREZ SÁNCHEZ 2007, 1165 adn. 25.

1–2 *Turamus* | *Coerobri* (*filius*) intellexerunt MANGAS et AL., ex quo v. 3–4 *Moenicci* | *f(ecerunt)* supplerunt. – 2–4 *Coerobri(gensis)* | *Moenicci* | *f(ilius)* PRÓSPER.

Nomen *Turamus* aliunde non novimus, sed vide *Turanus* (ABASCAL 1994a, 534; VALLEJO 2005a, 439) vel cognationem indigenam *turanikum* (F. BELTRÁN – DE HOZ – UNTERMANN 1996, 161. *Botorríta* III, col. II–4 [*mesukenos* : *turanikum*] et col. IV–38 [*terkinos* : *turanikum*]), quae nomina amplius tractavimus ad titulum Segobrigensem 13, 432. *Coerobrius* vel *Coerobrus* nomen indigenum certe est.

Moeniccum recurrit in titulis Toletanis 13, 142 et 13, 159 et in titulo *Lara de los Infantes* (BU) reperto (*Moenic[u]m*; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a n. 152).

Nomina defuncti ita intellegenda esse videntur, ut primum nomen proprium, deinde casu genetivo nomen *Coerobri* patris, deinde nomen *Moenicci* cognationis indigenae inscripta sint, res tamen in dubio manet.

Ex genere et ex formulis non post saec. I ex. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 176 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta excepta facie sinistra, a tergo rudis (14) × (20) × (18). Litt. circ. 2,5/4, punctum rotundum. Ubi reperta sit, incertum est. Servatur Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n. 27717), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit.



ân(n)q(rum) LX[- -]
h(ic) s(it-) o s(unt) [s(it) v(obis) t(erra) l(evis)]
MN[- -]

Im. phot. a W. K. sumpta.


CORTES et AL. 1984, 84 n. 18 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 619); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 292–293 n. 277 cum im. phot. fig. 320.

2 *h(ic) s(itus/a) [e(st) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)]*, 3 *m(o)n(umentum) (possuit)* ex errore typographico CORTES et AL.

Ex litterarum formis et ex formula *h. s. s.* non post saec. I ex. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 177 tit. incertus

Tabula marmorea infra et a sinistra fracta ex duobus fragmentis coniuncta (14) × (17,5) × 2,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. 6,5 (litt. I minuta 3,5). Ubi reperta sit, incertum est. Servatur Toleti in M. S. C. inter reposita (inv. n. 22003), ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit.



[- -]+*alis*

Im. phot. a W. K. sumpta.

CORTES et AL. 1984, 84 n. 19 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 620); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 293 n. 278 cum im. phot. fig. 321.

1 + satis probabiliter est caput litt. I vel T, i. e. [*Mart*]ialis vel [*Na*]talis, [*Vi*]talis, etc.

Titulus ex forma monumenti et ex litterarum formis saec. II vel III tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

III. CONSABVRA

(vol. II conv. Carthag. cap. VIII p. 431 [n. 3220]; conv. Tarracon. cap. VII p. 547 [n. 4084]; falsae vel alienae p. 32* [n. 302*]; vol. II²/14 p. 189 [n. 844]; accedunt: vol. II conv. Carthag. cap. IX p. 432 [n. 3224]; cf. p. 947)

Municipium *Consuegra (TO)*

Accedunt *Villacañas (TO)*, *Herencia*, *Villarubia de los Ojos*, *Malagón*, *El Cristo del Espíritu Santo*, *Urda (TO)*, *San Pablo de los Montes (TO)*, *Retuerta de Bullaque*, *Navas de Estena* (omnia CR praeter dictae in TO)

Civitas, quae Romanorum temporibus loco *Consuegra* extitit, in tit. Tarraconensi II²/14, 1131 (= II 4211) *munic(ipium) Consaburon(ensium)* nominatur (TIR J-30, 152 s. v. *Consabura*, latitudo et longitudo: 39° 27' N – 3° 36' W). Civitas iam aetate rei publicae liberae nota est: bello Sertoriano a. 79/78 a. C. n. “Hispani Consabrae obsessi eodem omnia passi sunt nec oppidum Hir-tuleio tradiderunt” (FRONTIN. *strat.* 4, 5, 19; cf. PLU. *Sert.* 12, 3 sine nomine). PLINIUS laudat “Consaburrenses” inter populos stipendiarios celeberrimos in Carthaginem convenientes (*nat.* 3, 25) et PTOLEMAEUS inter Celtibericos prope Segobrigam consistentes oppidum Κοῦδαβόρα commemorat (2, 6, 57). Consaburensibus fortasse ius Latii datum est aetate imperatorum Flaviorum et tum civitas ad dignitatem municipii perducta est (ALFÖLDY 1987a, 52–54; GONZÁLEZ-CONDE 1986/89, 53–70; EAD. 1987, 95–100; MUÑOZ 2005, 107–150). Tribus municipium non constat (WIEGELS 1985, 108–109), sed verisimillime Galeriae vel Quirinae inscripti erant; non obstat L. Domitius M. f. Serg. Dentonianus (II²/14, 1131 = II 4211), nam tribus eius fortasse ad coloniam aliquam Hispaniae, probabiliter Carthaginem Novam, spectat (ALFÖLDY 1987a, 53–54; id. ad II²/14, 1131 cum bibliographia ampliore). Consabura sita erat in via, quae a Laminio ducebat Toletum (*Itin. Anton.* 446, 6 *Consabro*; RAVENN. IV 44, 15 *Consabron*); vide ROLDÁN 1975, 233; CARRASCO 2002a, 75–86. Titulus Tarraconensis II²/14, 1131 (= II 4211 = 13, E 7) laudat L. Domitium Dentonianum, iudicem decuriarum V, equo publico per Traianum, Ilvir municipii Consaburon(ensium), flaminem perpetuum, tribunum militum cohort(is) Astur(um) Callaeciae, flaminem provinciae Hispaniae citerioris. Ad municipium referendi sunt etiam tit. sepulcrales Consaburensium L. Domiti Q. l. Macri defuncti Eporae (*Montoro*, CO; II²/7, 155 [= II 2166]) et Q. Domiti Varini defuncti in oppido hodierno *Archena* (MU; AE 2007, 812). Unde constat gentem Domitiam inter principales municipii fuisse (GONZÁLEZ-CONDE 2011).

Civitas hodierna *Consuegra* ab AUCTORIBUS nominata Condabora, Consabra, Consabro, Consabron (vide supra) vel Consaburra (cf. PLIN. *nat.* 3, 25), ceterum Consabura appellata (cf. II²/7, 155; AE 2007, 812), sita est circ. 56 km a Toletum inter meridiem et orientem versus in ea regione, quae dicitur *La Mancha*. Ibi desunt vestigia e temporibus ante Romanam aetatem, sed in

colle proximo, qui dicitur *Cerro Calderico*, extitit oppidum Carpetanum, veri similiter illud a FRONTINO et PLUTARCHO laudatum. De oppido indigeno et civitate Romana vide GILES 1971, 144–145; ALMAGRO-GORBEA 1976/78, 144–146; FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER 1983; GONZÁLEZ-CONDE 1986/89, 53; EAND. 1992, 306; CARRASCO 1999a, 311; EUND. 2002a, 79; MUÑOZ 2002, 329–336; DOMÍNGUEZ – GARCÍA CANO 2011; MUÑOZ 2011, 75–127.

Fines Consaburae non constant, sed ad agrum municipii fortasse pertinebant loca inde a *Sierra del Castañar* et *Sierra de los Yébenes* in meridiem versus, i. e. ager Consaburensis in septentrionem agrum Toletanum, in orientem Segobrigensem et in meridiem Oretanum attingebat. In occidentem, ad agrum Consaburensis etiam vallis fluminis *Bullaque* sine dubio pertinebat usque ad trifinium Hispaniarum, de quo amplius disserui ABASCAL 2013c, 1–18 et 2014a, 725–740.

Aram saec. XVI Consaburae repertam et in *Tarraqona* translata laudat POVILLON, ms. 1585 (13, 179), quae errore inter tit. Tarraconenses edita est II²/14, 844 (= II 4084). Titulus Consaburensis unum haud dubie fictum (13, 22* [= II 3220]) referet VÁZQUEZ SIRUELA. Cetera etiam ficta (13, 21*. 23*–24*) continentur in *Descripcion historica del Gran Priorato de San Juan de Jerusalem en los reynos de Castilla y Leon*, opus a DOMINGO DE AGUIRRE a. 1769 confectum. Saec. XX in titulus sacer alius repertus est (13, 178), ut cognoscitur e schedis a F. FITA collectis. Nuper fragmenta complurium titulorum in lucem prodierunt (13, 180–185).

G. ALFÖLDY primum Consaburam adiit a. 1983 et tum frustra titulos quaesivit. Ego a. 2012 inscriptiones nuper repertas una cum P. GONZÁLEZ-CONDE descripsi et imagines photographicas sumpsit. Gratias ago José Manuel PERULERO, Juan F. PALENCIA et Francisco DOMÍNGUEZ GÓMEZ, qui in iis laboribus magno auxilio mihi fuerunt. Titulos in *Retuerta del Bullaque* et *Navas de Estena* servatos recognovi una cum Fernando MARTÍNEZ ARCOS. *Villarubia de los Ojos* adiit G. ALFÖLDY a. 1983; ego in *El Cristo del Espíritu Santo* a. 2015 adiuvante Noelia BRAVO aram Marti descripsi et im. phot. sumpsit (13, 194). Titulos in *San Pablo de los Montes* repertos contuli una cum Ildelfonso RECIO VILLAVARDE (†), qui subsidium maximum in confectione huius Corporis mihi semper praebuit. J. M. A.



Tabula geographica a G. GARCÍA ATIÉNZAR et J. M. A. del.

Tituli externi ad Consaburam spectantes (13, E 7–E 9)

13, E 7 (= II²/14, 1131 = II 4211 cf. p. 973 = ILS 6936) tit. honorarius, Tarracone

P(rovincia) ° H(ispania) ° c(iterior) | L(ucio) ° Domitio | M(arci) ° fil(io) ° Serg(ia) | Dentoniano |⁵ iudic(i) ° dec(uriarum) ° V ° equo | publico ° per ° Traian(um) | Ilvir(o) ° munic(ipii) ° Consaburon(ensium) (!) | flamin(i) ° perpet(uo) ° tribun(o) ° milit(um) | cohort(is) ° Astur(um) ° Callaeciae (!) |¹⁰ et (!) ° Mauretan(iae) ° Tingit(anae) | flam(ini) ° p(rovinciae) ° H(ispaniae) ° c(iterioris)

ALFÖLDY II²/14, 1131 cum bibliographia ampliore. J. M. A.

13, E 8 (= II²/7, 155 = II 2166). tit. sepulcralis, Eporae

Q(uintus) ° Domitius | Q(uinti) ° l(ibertus) ° Macer | Consaburensis | l(ocus) ° p(edum) ° in ° front(e) ° XV |⁵ in ° agro ° p(edum) ° XX

STYLOW II²/7, 155 cum bibliographia ampliore. J. M. A.

13, E 9 tit. sepulcralis, Archena (MU)

Q(uintus) ° Domitius | Varinus ° Consaburensis h(ic) ° s(itus) ° e(ss)et s(it) ° t(ibi) ° t(erra) l(evis)

GONZÁLEZ FERNÁNDEZ – MATILLA 2007 (AE 2007, 812; HEP 16, 2007, 469) J. M. A.

Tituli falsi (13, 23*–27*)

13, 23* tit. fictus

Rep. *Consuegra (TO)* saec. XVI AGUIRRE, qui prompsisse contendit ex opere iam tunc deperdito a DON JUAN DE AUSTRIA (!) redacto, *arando junto al convento de San Antonio ... el ancho lo señala de media vara, el largo de una y el grueso otra, su calidad arena blanca* AGUIRRE.

m. avi[.]lulae. l | ce l ° s. cufalis a | t. f. aticia. so | or ° ix f c |⁵ s. t. t. l.


Im. del. ab AGUIRRE tradita.

AGUIRRE 1769, ms. B. N. E. sign. 20551, 59–60 et tab. cum im. del. post p. 61 (ex apographo a. 1973 *Toledo* edito pendent MUÑOZ 1997, 580–583 n. 2 [HEP 7, 1997, 971]; id. 2005, 117–118 [HEP 14, 2005, 372] et id. 2011, 98); ex AGUIRRE habent ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 295 n. 1* cum im. del. fig. 322.

1–4 *M(arcus) Au[re]lius | G(aii) l(iberti) sodalis (?) | F[abr]icia so[r]lor [sua]? f(aciendum) c(uravit)* MUÑOZ 1997

sine idonea causa. – 1 *Mau[ru]lae*, 3–4 *so[rori ann]or(um)* versibus non divisis GÓMEZ-PANTOJA ad *HEp* 7, quem secutus est MUÑOZ 2005 et 2011. – 3 *F[el]licia* MUÑOZ 1997 et 2001. – 4 F C AGUIRRE.

Titulum interpolatum ex titulo genuino sine dubio AGUIRRE tradit.



Titulus iste et 13, 25*–27* ab AGUIRRE del. sine dubio imagines fictae sunt. J. M. A.

13, 24* (= II 307*) tit. fictus


Yo guardo en mi poder una piedra que hallè en Consuegra,... de la hechura de un ladrillo con esta inscripcion ya gastada PELLICER, sim. ARIAS DE QUINTANADUEÑAS.

tago s. | flum. princ. pro. | inundation. aram. | consabur. et laminit. |^s p. p.

PELLICER 1630, 155–156 (ARIAS DE QUINTANADUEÑAS 1661 f. 10v; CEÁN 1832, 71; HÜBNER II 307*; FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER 1983, 132 n. 7; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 295 n. 2*; ABASCAL 2018a, 163–164). J. M. A.

13, 25* (= II 3220) tit. fictus

Rep. *Consuegra* (TO) saec. XVI AGUIRRE, qui ex opere iam tunc deperdito a DON JUAN DE AUSTRIA (!) confecto prompsisse contendit, à la entrada del castillo VÁZQUEZ SIRUELA; *Otra es que está en el cubo grande del castillo... han hecho obra donde estaba y debieron de quitarla o encubirla* AGUIRRE.



----- | *publici po | jul. rom | quiritium | v s.*

Im. del. ab AGUIRRE tradita.

VÁZQUEZ SIRUELA, ms. saec. XVII f. 97 (TRIGUEROS, ms. sign. R. A. H. 9/6059/7; ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3220 [VIVES, ILER 1009]); AGUIRRE 1769, ms. B. N. E. sign. 20551, 60 et tab. cum im. del. (ex apographo a. 1973 *Toledo* edito FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER 1983, I 132 n. 8; MUÑOZ 1997, 584–585 n. 4 [*HEp* 7, 1997, 973]; ID. 2011, 98); ex AGUIRRE habent ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 295–296 n. 3* cum im. del. fig. 323. – Cf. RUBIO RIVERA 2008, 111; GIMENO 2008b, 327 cum adn. 253, quae ut genuinum titulum habuit.


1–3 [I. O. M. Titius - - - ex iussu auguris] *publici populi Roma[ni] Quiritium v(otum) s(olvit)* versibus non divisis, “aut... de alio officio sive sacro sive publico” HÜBNER, sine idonea causa.

Cf. tit. 13, 23*.

J. M. A.

13, 26* tit. fictus

Rep. *Consuegra* (TO) saec. XVI AGUIRRE, qui ex opere iam tunc deperdito a DON JUAN DE AUSTRIA (!) confecto prompsisse contendit. *Otra es que se encontró en una casa* AGUIRRE.



Nemadota | uxor lelipro | consulis | s. t. t. l.

Im. del. ab AGUIRRE tradita.

AGUIRRE 1769, ms. B. N. E. sign. 20551, 59–60 et tab. cum im. del. post p. 61 (ex apographo a. 1973 *Toledo* edito pendent FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER 1983, I 129 n. 2; GONZÁLEZ-CONDE 1987, 109; DE LA VEGA, ms. 1992, 31 n. 20 [apud MUÑOZ 1997], MUÑOZ 1997, 583–584 n. 3 [*HEp* 7, 1997, 972]; ID. 2011, 98 cum adn. 58); ex AGUIRRE habent ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 296 n. 4* cum im. del. fig. 324.

1–4 [- - -] | [- - -] | [- - -] | *h(ic) s(ita) t(erra) l(evis)* MUÑOZ 2011; 1–4 NEMADORA ... STTL FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER, qui v. 2–3 omisit. – 2 *uxor L(uci) Lep[idi]* MUÑOZ 1997.

Qui tit. finxit, in animo habuisse videtur C. Laelium celebrem (cos. a. 140 a. C. n.), qui res in Hispania gessit, proconsul autem non fuit. Ceterum cf. tit. 13, 23*. J. M. A.

13, 27* tit. fictus

Rep. *Consuegra* (TO) saec. XVI AGUIRRE, qui ex opere iam tunc deperdito a DON JUAN DE AUSTRIA (!) confecto prompsisse contendit; *haziendo varias casas halló lápidas con inscripciones semejantes que Marcial explicó Hic Situs Est Sit Tibi Terra Levis* AGUIRRE.



h. s. e. | s. t. t. l.

Im. del. ab AGUIRRE tradita.

AGUIRRE 1769, ms. *B. N. E.* sign. 20551, 59 et tab. cum im. del. post p. 61 (ex apographo a. 1973 *Toledo* edito pendent FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER 1983, I 130–131; MUÑOZ 1997, 579–580 n. 1 [*HEp* 7, 1997, 970]; id. 2011, 98 cum adn. 58); ex AGUIRRE habent ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 296 n. 5* cum im. del. fig. 325.

AGUIRRE formulam “sit tibi terra levis” apud Martialem poetam (cf. MART. 9,29,11) memorari adnotavit, sed FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER errore ita intellexit, ut ille nomen MARCIA viderit. Ante v. 1 aliquid periisse contendit MUÑOZ 1997, sed auctor falsi id non in animo habuit, ut monstrat im. del.

Cf. tit. 13, 23*.

J. M. A.

Tituli oppidi (13, 178–185)

13, 178 tit. sacer

Ara (vel parallelepipedum; *pedestal* FITA) ex lapide calcario 55 × ? × ?. V. 2 litt. T maior. Rep. *Consuegra* a. 1910 in *corral de la casa n. (vac.) de la c. del (vac.)* FITA. Latet aut periit. Descripsi, ut potui, ex im. a B. VILLAVERDE del. inter schedas a FITA collectas servata. Latet aut periit.

DII O
CTRCKIA
CIIANTITA
SCLVA IIX
OTVM

FITA:	Fuit fere:
DII O	De[o - - -]o
CTRCKIA	CTRCKIA
CIIANTITA	CIIANTITA
SCLVA IIX	<i>solv(it) a(nimo) l(ibens) ex</i>
5 OTVM	<i>[v]otum (!)</i>

Im. a FITA del.

FITA, ms. 1912 (*R. A. H.* sign. 9/7582), cui misit J. J. MORALEDA d. 23 m. Feb. a. 1912, apud ABASCAL 1999a, 97. 211 n. 112 cum im. a FITA del. fig. 59 (*HEp* 10, 2000, 611); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 83 n. 28 cum im. del. fig. 48. – Cf. RUBIO RIVERA 2008, 111.

Litt. E duabus hastis rectis indicata.

2 Nomen feminae esse videtur, e. g. *Ceporia*, *Sertoria* vel sim. – 3 Cognomen feminae esse videtur. – 4–5 me docuit STYLOW per litteras a. 1999. J. M. A.

13, 179 (= II²/14, 844 = II 4084) tit. sacer

Ara fortasse parva, quae exornata erat corona simplici crepidineque ex duabus partibus composita, in corona cum foco, ut videtur, praedita, si imaginem a POVILLON del. recte intellexi. V. 1–5 fronti superiori litt. minoribus, v. 6 fronti

inferiori ab ea superiore aliquo modo separatae litt. aliquantum maioribus ut videntur inscripti. Puncta fortasse rotunda. Rep. *Consuegra*, postea ex testamento A. GÓMEZ DE CASTRO († 1580) in *Tarragona* translata est, ut nuper eruit SÁNCHEZ MEDINA; ibi a. 1585 vidit POVILLON “in horto Ant(onii) Augustini Ill(ustrissi)mi”. Periit. Contuli ad im. a POVILLON del.



Miner-
ve (!) ◦ Aug(ustae) ◦
◦ Mercu-
rius ◦ et
5 mulier ◦
(vac.)
ex vot(o)

Im. a POVILLON del.

POVILLON, ms. 1585 f. 26 cum im. del. (HÜBNER II 4084; ex eo pendent VIVES, *ILER* 394; ALFÖLDY 1975, 42); ALFÖLDY II²/14, 844 (*HEp* 20, 2011, 528); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 83–84 n. 29 fig. 49 cum im. a POVILLON del. – Cf. HEUTEN 1933, 565; RODÀ 1981, 126; SÁNCHEZ MEDINA 2002, 444–445 (cf. *AE* 2003, 824; *HEp* 17, 2008, 146).

“Mercurius videtur male lectum esse, hominis nomen esse nequit” HÜBNER, haud recte, cum cognomen Mercurii item Mercuriae titulis compluribus notum esset, vide KAJANTO 1965, 216 (in *Hispania*: ABASCAL 1994a, 427–428; LÖRINCZ

2000, 77). Vocabulo mulieris, quod cognomen esse non potest, laudatur fortasse coniux Mercurii nomine omissa, i. e. modo insolito. Cf. HEUTEN, *l. l.*, qui Mercurium, nescio qua ratione, servum templi fuisse adnotavit: “mulier *au lieu de uxor fait songer à un ménage dépourvu des iustae nuptiae*”. Quod vocabulum interpretans de cognomine aliquo male lecto cogitavi ALFÖLDY 1975, minus recte puto, cum titulum in im. a POVILON del. integrum praebitum opiner.

Titulus ex forma vulgari *Minerve* (si titulus recte lectus est) fortasse potius saec. II vel III quam saec. I tribuendus videtur (cf. ALFÖLDY 1975). G. A.

13, 180 tit. honorarius

Fragmentum basis statuae ex lapide calcario corona prospicienti praeditae, infra et sinistra et a tergo fractae (40) × (35) × 21. Corona in fronte laesa sed a dextra magna ex parte conservata. Litt. 6 (v. 1), 5,5 (v. 2). Ubi et quo tempore in lucem pervenerit, nescio, sed veri simillime reperit est intra fines vici *Consuegra*, ut me docuit F. DOMÍNGUEZ GONZÁLEZ, qui fragmentum ibi servat in domo sua, ubi descripsi a. 2012.



[- -]ivio
[- -] + [.]A

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MUÑOZ 2011, 102–103 cum im. phot. sine textu; PALENCIA 2011, 160 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 526); ABASCAL 2013a, 21–22 n. IV.2 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 84–85 n. 30 fig. 50–51 cum im. phot.

1 [.]VIC PALENCIA. – 2 in. + est litt. O vel Q, 2 ex. clare legitur vestigium litt. A.


In v. 1 exstat nomen viri casu dativo, e. g. [L]ivio, [V]ivio, [Ves]ivio cet.

Titulus ex genere monumenti et ex litterarum formis saec. I ex. vel saec. II tribuendus est. J. M. A.

13, 181 tit. sepulcralis

Ara ex lapide arenario corona undique prospicienti praedita, superne et infra resecta, a sinistra et a dextra laesa, a

tergo minus levigata (79) × 41 × 21. Corona olim pulvinis et tympano hodie magna ex parte evanidis praedita. Litt. 4,5 (v. 1–2), 4 (v. 3). Hedera (v. 1) et puncta triangularia deorsum directa (v. 2–3). Rep. a. 1971 *en la Vega de la Magdalena ... por D. Faustino Galán Novillo* inter meridiem et occidentem versus a *Consuegra* REINOSO, ubi recognovit F. DOMÍNGUEZ TENDERO; deinde latebat. A. 2009 titulus denuo in lucem pervenit in eodem loco, ubi servabatur apud A. et G. GALLEGO GALÁN. Nunc servatur *Consuegra* apud F. DOMÍNGUEZ GONZÁLEZ, ubi descripsi a. 2012.



Flavina ◦ P(ompeio?) ◦
[C]ândido f(ilio) ◦ in
[s]uo ◦ pos(uit)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

REINOSO 2011, 71–74 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 525); ABASCAL 2013a, 20–21 n. IV.1 cum im. phot. (*AE* 2013, 910); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 85–86 n. 31 cum im. phot. fig. 52.

1 in. hasta recta cum virgula superiore litt. F est.

1–3 *Havina P(ublio) [C]ândido f(ecit) in [vi]vo* versibus non divisis REINOSO minus recte.

De usu formulae *in suo posuit* vide ZIMMERMANN 2012, 278–286.

Ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur. J. M. A.

13, 182 tit. incerti generis

Fragmentum ex lapide calcario superne et ab utroque latere fractum, a tergo mutilum (22) × (21) × (11). Litt. 9,5. Rep. circ. 2009 in oppido *Consuegra*, ut me docuit J. MANUEL PERULERO. Servatur *Consuegra* in M. M. C., ubi descripsi a. 2012.



[- -]AR[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 PALENCIA 2011, 159 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 527); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 86 n. 32 cum im. phot. fig. 54.
 Ex litterarum formis titulus saec. I ex. vel saec. II tribuendus est. J. M. A.


13, 183 tit. ponderis
 Ponderus ex terra cocta factum infra crassius quam superne, in parte superiore duobus foraminibus perforatum. Titulus post coctionem in facie superiore stilo scarifatus. Rep. in Cerro de Zuqueca intra fines oppidi Consuegra (TO), ut me docuit J. PALENCIA, qui mihi descripsit. Servatur Consuegra in M. M. C. inter reposita.



RE vel RII

Im. phot. a MUÑOZ publici iuris facta.
 MUÑOZ 2011, 102 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 86–87 n. 33 cum im. phot. fig. 55.
 Litt. E duabus hastis rectis indicata. J. M. A.

13, 184 tit. vasculo graphio inscriptus
 Fragmentum vasculi q. d. *cerámica pintada Romana*. Titulus lateri externo post cocturam scarifatus. Rep. in oppido Consuegra in effossionibus in *casco urbano* institutis PALENCIA. Ubi servetur, nescio.



[- -] cania [e ? - -]

Im. a PALENCIA publici iuris facta et machina computatoria del. PALENCIA 2015, 599–600 n. 17 cum im. del. fig. 3.
 Fortasse latet nomen possessoris. J. M. A.

13, 185 tit. vasculo graphio inscriptus
 Fragmentum vasculi q. d. *terra sigillata*. Titulus post cocturam scarifatus. Rep. in loco q. d. *Casas del Campillo* vel *Zuqueca / Azuqueca*, circ. 8 km ad septentrionem a Consuegra (TO) versus, intra fines eius oppidi MUÑOZ. Ubi servetur, nescio. Contuli e MUÑOZ.

XVII

MUÑOZ 2002, 332 (*HEp* 11, 2001, 572); ID. 2011, 101. – Cf. ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 87 n. 34, ubi errore cum tit. 13, 196 confundimus. J. M. A.

Tituli agri Consaburensis
 (13, 186–203)

Villacañas (TO)

13, 186 tit. sacer
 Ara ex lapide arenario in medio fracta, corona et crepidine magna undique prospicientibus praedita, in fronte et ab utroque latere levigata, corona volutis et foco inculpte exsculptis exornata 52 × 21 × 3,5. Litt. accurate insculptae circ. 4/5 (v. 2 litt. I longa); puncta desunt. Rep. a. 1969 GARCÍA MONTES, 1999 *en las inmediaciones de la Senda Galiana* LÓPEZ-BARRAJÓN minus recte, intra fines oppidi Villacañas (TO). Ubi servetur, nescio; latet aut perit. Descripsi ut potui ex commentariis a GÓMEZ-PANTOJA editis ad *HEp*, quem docuit MUÑOZ, et ex imagine a GARCÍA MONTES edita.

Tutelae
 Mamilia
 Caesi[a]
 v(otum) s(olvit)

Im. phot. a GARCÍA MONTES a. 1978 publici iuris facta.
 GARCÍA MONTES 1978, 43–44 cum im. phot. = ID. 1999, 60–61 cum im. phot. (GÓMEZ-PANTOJA ad *HEp* 9, 1999, 568, quem docuit M. MUÑOZ); e GARCÍA MONTES pendent LÓPEZ-BARRAJÓN 2001, 406 et MUÑOZ 2005, 117 cum adn. 21; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 287 n. 271 cum im. phot. fig. 312.
 3 *Caesi(a)* LÓPEZ-BARRAJÓN, MUÑOZ.



Fortasse ex eadem familia Mamiliorum ortus est Mamilii[s] Arrenus in tit. 13, 195 laudatus.

De usu nominis Caesiae loco cognominis vide ABASCAL 1994a, 309.

Ex genere et ex litterarum formis saec. II videtur. J. M. A.

Herencia (CR)

13, 187 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, fortasse ab utroque latere fracta. Rep. circ. a. 1981 inter oppida *Puerto Lápite (CR)* et *Herencia (CR)*, prope locum q. d. *Casa de Don Vicente*, intra fines oppidi *Herencia* ad meridiem a *Sierra de la Sevillana* situm. Descripsit G. A. ex im. phot. a R. GARCÍA SERRANO sumpta in *M. P. Ciudad Real* servata, qui frustra quaesivit a. 1981, 1983 et 1985. Denuo frustra quaesivimus a. 2005. Latet aut periit.



[-----]
[-----]
A [---]
[-----]
5 [-----]
[-----]
BO[---]
R[-2?]-S[---]
[-----]


Im. phot. servata in *M. P. Ciudad Real*, quae nobis dedit J. I. DE LA TORRE.

G. A. – J. M. A.

Villarrubia de los Ojos (CR)

13, 188 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario cineraceo superne, infra et a dextra fracta, in parte antica duobus sulcis dolata (37) × (34) × 15. Litt. rusticae 4. Puncta triangularia, hedera inter litt. S v. 4. Rep. a. incerto intra fines oppidi *Villarrubia de los Ojos (CR)*, ubi servatur apud R. CRESPO LÓPEZ. Ibi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit.



[- - -] Çenso-
rina ° Ur[s]-
[a]e ° sorori
[p]iētis°si-
5 [mae an]n(orum) [- - -]
[h(ic) s(ita) e(st)] s(it) t(ibi) [t(erra) l(evis)]

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALFÖLDY 1987b, 244–245 n. 14 cum im. phot. tab. IX.14 (AE 1987, 694; *HEp* 2, 1990, 293).

Supplevit ALFÖLDY.

Ex formulis saec. II ex. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 189 tit. sepulcralis

Corona ex lapide calcario volutis et tympano exornata, i. e. pars superior arae sepulcralis ex tribus partibus compositae, superne paulum fracta 47 × 48 × 30. Litt. minus accurate insculptae 8. Puncta triangularia deorsum directa. Rep. tempore incerto in fundo *Las Bachilleras* intra fines oppidi *Villarrubia de los Ojos (CR)*, ubi servatur apud R. CRESPO LÓPEZ. Ibi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit.



D(is) ° M(anibus) ° s(acrum)

Im. phot. a W. K. sumpta.
ALFÖLDY 1987b, 245 n. 15 cum im. phot. tab. IX.15 (AE 1987, 695; *HEp* 2, 1990, 294). – Cf. GIMENO 2008b, 298.
Ex formula et ex litterarum formis saec. II ex. videtur.
G. A. – J. M. A.

13, 190 tit. sepulcralis
Fragmentum columnae ex lapide arenario undique fractum, in parte antica levigatum (22) × (14) × (9). Litt. 6; puncta desunt. Rep. circ. a. 2012/13 loco q. d. *Los Toriles* intra fines oppidi *Villarrubia de los Ojos* (CR). Servatur in *M. P. Ciudad Real*, ubi descripsi a. 2017.




-----?
[- -]EC+[- -]
[- -]A
[- -]+[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
URBINA 2015, 207 cum adn. 273.
1 + est hasta obliqua ad litt. A vel M pertinens. – 3 + fortasse est litt. F inversa.
1 [- -] ECI, – 3 [- - - -] URBINA.
Columna partis urbanae domus sive aedificii publici potius quam miliarium fuisse suspicor.
Ex litterarum formis saec. I–II tribueri potest. J. M. A.

Malagón (CR)

13, 191 (= II 3224) tit. sepulcralis
Rep. a *Malagón, a media legua del qual lugar* ROMÁN DE LA HIGUERA, in oppido *Malagón ad macellum* DÍAZ DE RIVAS. Latet aut periit. Contuli ex AUCTORIBUS.

BIBRAN:
Publius COT[- -]
principis ° F
[- -]LAR CVRIE[- -]
[- -]us h(ic) s(itus) e(st) ° S[- -]
[- -]VO LX LIBE[- -]
et ° HER ° EXTE[- -]
[- -] *Cornelium*
[- -]RAA ° et ° C
[- -]REFIILVT
de suo f(aciendum)
curavere



DÍAZ DE RIVAS:
PVBLIVS COR ° PRINCIPIS F °
ALARCVRIVS H ° S ° E ° ANNOR °
LX LIBERT ° HER ° EX TE ° COR
NELIVS VERNA ET RE[- -]
TV[. .] ° SVO CVRA ° P °

Fuit fere:
Publius Cornel(ius) Principis ° f(ilius)
[Phi?]largurus (?) h(ic) s(itus) e(st) ° annor(um)
LX libert(i) et ° her(edes) ° ex te[st(amento)] *Cornelius Verna* ° et ° (Cornelius?) Re[sti]-
5 *tu[tus de] suo cura[verunt]*

Im. del. a DÍAZ DE RIVAS tradita.
ANTIQUIORES, inter quos *Relaciones*, ms. R. A. H. sign. 9/3954–3960 IV f. 98 (praebet v. 1–2 solum); ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, I f. 180 (praebet v. 1–2 fere); BIBRAN, ms. 1602/5a f. 38v; DÍAZ DE RIVAS, ms. saec. XVII f. 79 (MURATORI 1739/42, p. MDXXIII n. 7; e MURATORI, CEÁN 1832, 90 [e CEÁN, HERVÁS 1890/1899, 385]); PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8729/1 f. 510 (vide HERNANDO 2017, 258). Ex ANTIQUIORIBUS sumpsit HÜBNER II 3224 (BLÁZQUEZ Y DELGADO-AGUILERA 1896, 39 n. 7; PORTUONDO 1917, 135; CABALLERO KLINK 1974, 112). – Cf. CRESPO 1999, 163 n. 78.

2–3 supplevit HÜBNER ex DÍAZ DE RIVAS.
Errores et lectiones AUCTORUM, qui titulum ante HÜBNER tractaverunt, recensere noluimus. Principis nomen imprimis inter servos et liberos occurrit, cf. II²/7, 189; II²/14, 1104 etc. Nomen Vernae habes II 2093; II²/7, 390 etc.
Saec. I–II videtur. J. M. A. – G. A.

13, 192 (= II 308*) tit. sepulcralis
En Malagón, en la carnicería ROMÁN DE LA HIGUERA. Latet aut periit.

[- -]cinius Ursus patri
s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 1 f. 90 inde HÜBNER II 308* (BLÁZQUEZ Y DELGADO-AGUILERA 1896, 43, n. 20; CABALLERO KLINK 1974, 113).
Titulum inter falsos damnavit HÜBNER, quod ROMÁN DE LA HIGUERA solum tradit. Vestigia litterarum tit. sepulcralem indicant.
Cognomen *Ursa* in tit. 13, 188 proxime reperto recurrit.
Saec. II–III videtur. G. A. – J. M. A.

13, 193 tit. Christianus?
Labrum marmoreum undique fractum, ab utroque latere expoliturum, in margine specie funis exornatum (19) × (19) × (6). Litt. circ. 2/3. Rep. ante a. 2014 loco q. d. *Malagón el Viejo*, circ. 6 km in occidentem ab oppido *Malagón* (CR) versus. Servatur in *Museo Municipal de Malagón*, ubi descripsit C. FERNÁNDEZ CALVO et mihi dedit.



[- - - Val?]eriu[s? - - -]

Im. phot. a C. FERNÁNDEZ CALVO sumpta.
FERNÁNDEZ CALVO 2016, 20 et 156 cum im. phot. tab. 6.
Tit. ex litterarum formis saec. V–VII tribuendus videtur.
J. M. A

El Cristo del Espíritu Santo (CR)

13, 194 tit. sacer

Ara ex lapide arenario superne infraque fracta, corona crepidineque a tergo non prospicientibus et a sinistra resectis, pulvinis exornata, quorum in parte dextra vestigia supersunt (91) × (60) × 39. Pars media 58 × 60 × 39. Litt. rusticae 5,5 (v. 1: litt. L maior 7), 6,5 (v. 2), 7 (v. 3–4). Puncta non exstant. Ubi reperta sit, nescimus. Servatur oppido, qui dicitur *El Cristo del Espíritu Santo (CR)*, in occidentem versus circ. 15 km a *Malagón (CR)*, angulo parieti meridionali ecclesiae item *El Cristo del Espíritu Santo* nominatae prope portam inserta, ubi descripsi a. 2015 adiuvante N. BRAVO.



*Marti Luc-
retius
Hermes
v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
CARRASCO – VELAZA 2015, 143–148 cum im. phot.
Ex litterarum formis saec. II medio sive ex. tribuenda videtur (saec. I ex. sive II CARRASCO – VELAZA).
J. M. A.

Urda (TO)

13, 195 tit. sacer

Ara (*columna de mármol blanco* GONZÁLEZ DE LA SIERRA errore) ex lapide arenario (?) corona crepidineque prospicientibus ab utroque latere resecta; in parte superiore frontis animal (bos?) ad dextram versus. Puncta triangularia sursum directa. Rep. in *Convento de Santa María del Monte [Urda, TO]*, ... *en el exterior ... en un rincón ay una piedra la cual estaba medio cubierta o rebocada con cal* AGUIRRE; in eodem loco CURCHIN per litteras docuit STYLOW a. 1994. Latet aut periiit. Contuli ex AUCTORIBUS.



AGUIRRE, ms.:
MAMILIV
ARRENVS
VTELAE ◦ V ◦ S ◦ L ◦ A

Fuit fere:
[-?] *Mamiliu[s]*
Arrenus
[T]utelae ◦ v(otum) ◦ s(olvit) ◦ l(ibens) ◦ a(nimo)

Im. ab AGUIRRE tradita.
AGUIRRE, ms. circ. 1769 f. 70. 78. 82 (JIMÉNEZ DE GREGORIO 1963, 228 cum im. del. fig. 8 ex ms. sumpta [HAE 2269]; FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER 1983, I 130 n. 3; MUÑOZ 1997, 576 tab. 2. 579. 586–587 n. 5; ID. 2005, 117; ID. 2011, 97); F. GONZÁLEZ DE LA SIERRA, ms. a. 1788 in LÓPEZ, ms. 1780/1800 *Albacete y Ciudad Real*, B. N. E. sign. 7293 f. 433v; ABASCAL –

ALFÖLDY 2015, 282–283 n. 264 cum im. del. fig. 305. – Cf. WIEGELS 1985, 108–109 cum adn. 1; GONZÁLEZ-CONDE 1986/89, 65 adn. 64; EAND. 1987, 109 adn. 60; VALLEJO 2005a, 172. 612; RUBIO RIVERA 2008, 111.

2 [A]prenus JIMÉNEZ DE GREGORIO, FERNÁNDEZ-LAYOS DE MIER; (A)rrenus MUÑOZ 1997 et 2011; [A]prenus vel [A]rrenus VALLEJO.

De familia Consaburensi Mamiliorum vide etiam 13, 186.
J. M. A.

13, 196 instrumentum domesticum

Antefixa exhibens caput (mulieris?) ex terra cocta facta, a dextra et sinistra et infra fracta (5,4) × (11,5) × 2. Titulus ante coctionem impositus, exemplum incisum erat in formam, quae ad antefixam fingendum adhibita erat. Rep. intra fines oppidi *Urda* (TO). Servatur *Consuegra* in M. M. C., ubi descripsi a. 2012.



[- -]XIV[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

RAMOS 1996, 253 cum im. phot. 488 cum im. del.; ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 87 n. 34 cum im. phot. fig. 56.


Saec. I–III.

J. M. A.

San Pablo de los Montes (TO)

13, 197 tit. sepulcralis

Ara ex lapide granato undique levigata ex duobus fragmentis coniuncta, corona crepidineque in parte postica non prospicientibus praedita, in corona pulvinis et tympano exornata, in fronte a dextra ex parte mutila 121 × 39 × 30. In facie sursum versa patera ansata diam. 19 loco foculi sculpta. Corona alta 25, pars media 66 × 33, in qua desuper versus sinistrorsum ordinati insculpti sunt, infra angusta ad aram in basim inserendam. Litt. rusticae inaequales circ. 3,5/4,5; puncta rotunda. Rep. ante a. 1992 *Baños de Robledillo a unos 300 m antes de llegar a la Casa de los Baños, en la finca de D. Julio Giménez del Cerro* MANGAS et AL. haud procul a titulo 13, 199 intra fines oppidi *San Pablo de los Montes* (TO); deinde translata *Gálvez* (TO), ubi servabatur in *Agencia de Extensión Agraria*, ut nos docuit I. RECIO VILLAVERDE (†) (*en la Cámara Agraria de Gálvez* A. U. STYLOW ad *HEp* minus recte). Postea denuo translata a. 1999 in *Santa Cruz de Retamar* (TO), ubi servatur apud I. RECIO VILLAVERDE, *c/Generalísimo* n. 51. Ibi dem descripsit J. M. A. a. 2013.



D(is) M(anibus) s(acrum)
C(- - -) ◦ C(- - -) ◦ Piloni-
corum hic
situs est ◦ an-
5 norum XXV
pater faç[i]-
êndu(m) ◦ q(u)r[a]-
vit (!)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS et AL. 1992a, 257–259 n. XII. 271 cum im. phot. fig. 12 (*AE* 1992, 1057; *HEp* 4, 1994, 895); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 150–151 n. 102 cum im. phot. fig. 140. – Cf. HURTADO 2003/04, 192. 200 n. 23; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 257; ABASCAL 2014a, 732–733 cum im. phot.

7–8 *qur[a]vit* omnes AUCTORES ante ABASCAL errore.

Nomina defuncti in v. 2 casu nominativo laudantur, sed cogitare potes etiam de nominibus defuncti et patris eius, i. e. C(- - -) C(- - -) (*filius*). – 7–8 De forma *q(u)r[a]vit* vide tit. 13, 198.

Cognatio indigena *Pilonicorum* aliunde ignota est; cf. tamen *bilonikos* (UNTERMANN 1997, K.1.3, III 28 et 51).

Ex tituli ordine et ex formulis saec. II posterioris est.

J. M. A. – G. A.

13, 198 tit. sepulcralis

Stela (ara CORTES et AL.) ex lapide granato, supra volutis et tympano praedita, in fronte in parte inferiore cratera vel *kantharos* exornata, crepidine undique prospicienti instructa 117 × 36 × 31. Area titulo inscribendo destinata excavata. Versus primus in margine superiore inscriptus est. Litt. circ. 3/5,5; puncta rotunda. Rep. ante a. 1972 in fundo *Cabrahigos* intra fines oppidi *San Pablo de los Montes* (TO), servabatur in domo possestricis fundi *P. Lancha*. Servatur inde ex a. 1972 *Consuegra* in M. S. C. (inv. n. 19250), ubi descripsit et ectypum fecit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2013.



D(is) M(anibus) ◦ s(acrum)
Po(m)peia
Vereq(un)da
an(norum) XXIII
 5 *s(it) ◦ t(erra) ◦ l(evis) ◦ Vale-*
r'rius ◦
Arq(u)i'us' (!)
facie'n'du(m)
quravi(t) (!)
 10 *titulu(m)*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

CORTES et AL. 1984, 76 n. 5 cum im. phot. fig. 5 (AE 1986, 427; HEP 1, 1989, 615); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 151–153 n. 103 cum im. phot. et im. ab ALFÖLDY ex visu del. fig. 141–142. – Cf. VINE 1993, 328; CRESPO 2009, 24 n. 10; ABASCAL 2014a, 732.

2 *Popeia* CORTES et AL. – 5–7 VALEILAIVS | ARQISV legitur in titulo et in ectypo ab ALFÖLDY sumpto, i. e. Q pro QV (vide tit. 13, 197) et litt. VS ordine inverso insculptis;

Vale(rius) Laius arq(arius) i(ussit) s(epulcrum) u(xori) CORTES et AL., de quo dubitavit AE recte. – 8 FACIE/V in titulo legitur sed vide tit. 13, 197 ubi *fac[i]eñdu(m)* redit. – 9 de forma *quravi(t)* vide *qr[a]vit* in tit. 13, 197 vel *qur(avit)* in tit. AE 1996, 926 (Carthagine Nova). De usu *q* pro *c* cf. titulos apud ILS vol. III p. 830–831 laudatos.

Ex tituli ordine et ex formulis saec. II posterioris.

G. A. – J. M. A.

13, 199 tit. sepulcralis

Ara ex lapide granato, in corona pulvinis et tympano praedita, in parte antica infra semicirculo sursum aperto vel sarta florum exornata 54 × 32,5 × 32. In facie sursum versa patera ansata loco foculi insculpta. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata 20 × 24,5. Litt. rusticae magna ex parte evanidae circ. 3,5/4,5. Rep. ante a. 1992 *Baños de Robledillo ... en la finca de D. Julio Giménez del Cerro* MANGAS et AL. haud procul a titulo 13, 197 intra fines oppidi *San Pablo de los Montes* (TO); deinde translata *Gálvez* (TO), ubi servabatur in *Agencia de Extensión Agraria*, ut nos docuit I. RECIO VILLAVERDE (†) (*en la Cámara Agraria de Gálvez* A. U. STYLOW ad HEP). Postea denuo translata a. 1999 in *Santa Cruz de Retamar* (TO), ubi servatur apud I. RECIO, *c/Generalísimo* n. 51. Ibidem descripsit J. M. A. d. 6 m. Aug. a. 2013.



Q(u)int-
ia[nu]s +
an(norum) [-2/3-]
 +++st

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS et AL. 1992a, 260 n. XIV, 271 cum im. phot. fig. 14 (AE 1992, 1059; HEP 4, 1994, 897); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 153 n. 104 cum im. phot. fig. 143. – Cf. ABASCAL 2014a, 732.

1–4 *Can[-3/4-] | pa[ter?] | A++[-4/5?-] | +++ST* MANGAS et AL. – 2 ex. + est hasta recta. – 4 +++ sunt vestigia litt. incertarum; fortasse intellegendum [*h(ic) s(itus) est*] vel sim. Lectio in dubio manet.

Ex genere et ex loco, ubi ara in lucem prodiit, saec. I–II videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 200 tit. sepulcralis

Ara ex lapide granato infra fracta undique corrosa, in corona pulvinis item tympano exornata (42) × 30 × 23. In facie sursum versa patera ansata loco foculi insculpta. Litt. magna ex parte deperditae circ. 4/5. Rep. ante a. 1992 in loco q. d. *La Pasadera*, prope fundum *Cabrahigos* intra fines oppidi *San Pablo de los Montes (TO)*; deinde translata *Gálvez (TO)*, ubi servabatur in *Agencia de Extensión Agraria* ut nos docuit I. RECIO VILLAVERDE (†) (*en la Cámara Agraria de Gálvez A. U. STYLOW ad HEp*). Postea denuo translata a. 1999 in *Santa Cruz de Retamar (TO)*, ubi servatur apud I. RECIO, *c/Generalísimo* n. 51. Ibidem descripsit J. M. A. a. 2013 et ectypum sumpsit.



Ca++[- - -]
on[- - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

MANGAS et AL. 1992a, 259 n. XIII. 271 cum im. phot. fig. 13 (*AE* 1992, 1058; *HEp* 4, 1994, 896); ABASCAL – ALFÖLDY 2015, 153–154 n. 105 cum im. phot. fig. 144. – Cf. ABASCAL 2014a, 732.

1 + prior est hasta acclivis, + altera hasta recta esse videtur. – 1–2 *Cantilo* MANGAS et AL. minus recte; *Ca[- - -] | o +[-1-3-]* | - - - - - A. U. STYLOW ad *HEp*. – 2 ON in ectypo cernendum esse videtur. Lectio in dubio manet.

Ex genere et ex loco, ubi ara reperta est, saec. II videtur.

J. M. A. – G. A.

Retuerta del Bullaque (CR)

13, 201 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata acroteriis paululum prominentibus praedita, in fronte attrita et a tergo levigata 118 × 50 × 39. Supra in parte antica caput defunctae sub arcu minus artificiose insculpta. Litt. minus accurate

insculptae paene evanidae circ. 6/6,7; puncta triangularia. Ubi et quo tempore in lucem pervenerit, nescimus, sed constat repertam esse intra fines oppidi *Retuerta de Bullaque (CR)*. Ibidem servatur in atrio ecclesiae, ubi descripsit G. A. d. 11 m. Mart. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. adiuvante F. MARTÍNEZ ARCOS a. 2013 et im. phot. quoque sumpsit.



Valeria
Pacula
an(norum) ◦ XXX h(ic)
ş(ita) e(st) ◦ s(it) ◦ t(ibi) [t(erra)] l(evis) ◦

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALFÖLDY 1987b, 227–228 cum im. phot. tab. IV.1 (*AE* 1987, 681; *HEp* 2, 1990, 290). – Cf. FERNÁNDEZ OCHOA – CABALLERO 1986, 60; GOZALBES 2004, 81 n. 24.

1 litt. V in forma U. – 1–2 litt. A sine hasta librata.

Cognomen *Paculae* (KAJANTO 1965, 176) in Hispania variis titulis occurrit (cf. ABASCAL 1994a, 446) inter al. II²/ 7, 797 *Almadén (CR)* reperto.

Area, ubi titulus in lucem pervenit, iuxta montes collesque *Montes de Toledo* appellatos sita est, i. e. haud procul a trifinio trium provinciarum Hispaniae.

Ex ordine et ex formulis tit. non post saec. I ex. scriptus est.

G. A. – J. M. A.

Navas de Estena (CR)

13, 202 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata, acroteriis exornata, infra in angulo dextro fracta 155 × 50 × 42, in facie deorsum versa accuratissime levigata. In antica in parte superiore exsculpta est rosa in area excavata cymatio inverso cincta, in parte inferiore corona item in area excavata; in parte media exstat area titulo inscribendo destinata in forma tabulae ansatae paululum excavata. Litt. accurate insculptae 6 (v. 1), 6,5 (v. 2-4), 7 (v. 5); puncta rotunda. Rep. ante a. 1983 *Navas de Estena (CR)* in fundamentis ecclesiae, servatur in ipsa ecclesia. Ibi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. adiuvante F. MARTÍNEZ ARCOS a. 2013.



*C(aius) Iulius
Aeturus
Solicu-
m ° h(ic) ° s(itus) ° e(st)
5 an(norum) ° LX*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY 1985b, 9–14 cum im. phot. (AE 1985, 621; HURTADO 2003/04, 197). – Cf. FERNÁNDEZ OCHOA – CABALLERO 1986, 60; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1994, 172; ALFÖLDY 1998a, 292; ABASCAL 2003, 148; GOZALBES 2004, 85 n. 31; ABASCAL 2007, 294. 303 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 3; GIMENO 2008b, 298. 299 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 24; ALFÖLDY 2011c, 195; ABASCAL 2014a, 731.

Nomen indigenum (Celticum?) *Aeturus* recurrit in Gallacia (cf. II 2597); forma feminina *Aetura* nota est in titulis Lusitanis (vide ALBERTOS 1966, 10; PALOMAR 1957; VALLEJO 2005a,

113); vide etiam *Aetura* in titulo XIII 800. Cognatio indigena *Aeturiq(um)* occurrit in titulo prope Toletum reperto (13, 104); *Eturico(n)*, i. e. (*A*)*eturico(n)* recurrit in titulo II 6310.

Solicum, vox ignota, nomen cognationis indigenae sine dubio est, i. e. homo, qui hic sepultus est, e gente Celtica, quae prope trifinium trium provinciarum Hispaniae a Toletum inter meridiem et occidentem versus habitabat, ortus est. Fortasse olim peregrinus nomine *Aeturus Solicum* fuit, deinde – non post Gaium imperatorem – civitatem Romanam obtinuit.

Ex formulis saec. I med. vel ex. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 203 tit. sepulcralis

Stela ex lapide granato superne rotundata acroteriis praedita, infra recta 116 × 49 × 45, in facie deorsum versa accuratissime levigata. Supra in parte antica rosa diam. 22 in area excavata, infra rosam in toro duo circuli, infra in pede lapidis luna vel sarta in area excavata; in medio area titulo inscribendo destinata paululum excavata. Litt. quasi evanidae 5/6. Rep. ante a. 1983 *Navas de Estena (CR)* in fundamentis ecclesiae una cum tit. antecedente, servatur in ipsa ecclesia. Descripsi a. 2013 adiuvante F. MARTÍNEZ ARCOS et ectypum sumpsi.



*Cor[nel(ia-) - - -]
l(iberta-) Cin[- - -]
[- - -]XV[- - -]
[- - - - -]
5 [- - - - -]
s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL 2015b, 237–238 n. 10 (AE 2016, 842).

Circuli duo supra aream titulo inscribendo destinatam recurrunt in tit. sepulcrali Sulpiciae Sex(ti) filiae *Puertominalgalvo (TE)* reperto; cf. NAVARRO 1994, 130–132 n. 23 cum im. phot.

Ex formulis saec. I ex. tribuendus videtur.

J. M. A.

IV. SEGOBRIGA

(vol. II conv. Carthag. cap. IV p. 419–425 [n. 3090–3164], p. 944–946 [n. 5874–5888 excepto 5877], p. 1026 [n. 6260, 16], p. 1052 [n. 6338 *dd*–6338 *ll*]; *EE* IV p. 21, *EE* VIII p. 433–439 [n. 180–189]; *EE* IX p. 124; *IHC* p. 52–54 [n. 164–170], p. 78 [n. 398]; accedunt p. 416 [n. 3072], p. 689 [n. 4977], p. 945 [n. 5877], p. 1044 [n. 6312], p. 1052 [n. 6338mm])

Municipium (Tribus: Galeria)

Cerro de Cabeza del Griego sive *de Griego*, prope *Saelices* (CU)

Accedunt *Fuentidueña de Tajo* (M), *Tarancón*, *Uclés*, *Carrascosa del Campo*, *Torrejoncillo del Rey*, *Montalbo*, *Almonacid del Marquesado*, *Villar de Cañas*, *Villarejo de Fuentes*, *La Hinojosa*, *Alconchel de la Estrella*, *Fuentelespino de Haro*, *Tresjuncos*, *Osa de la Vega*, *Tébar*, *Atalaya del Cañavate*, *Sisante*, *Casas de Benítez*, *Villaescusa de Haro*, *Monreal del Llano*, omnia CU, *Campo de Criptana* (CR), *Alcázar de San Juan* (CR), *Corral de Almaguer* (TO)

Vestigia et rudera antiquitatis in colle *Cabeza del Griego* inventa inde a saec. XVI AUCTORES plurimi descripserunt et nomen oppidi aetatis Romanae ibi structi quaesiverunt. Cum HÜBNER a. 1869 (II p. 419) de quaestione nominis civitatis amplius disseruerit, opiniones ab Ambrosio de MORALES, A. FERNÁNDEZ-GUERRA et aliis prolatas non recenseo, nam in tit. 13, 283 nuper reperto cives *Segobrigenses* nominantur. Nomen oppidi sine dubio *Segobriga* fuit (cf. A. FUENTES DOMÍNGUEZ et AL., in: *TIR Hoja* J–30, 297–299 s. v. *Segobriga*, latitudo et longitudo: 39° 53' 6" N, 2° 48' 48" W; vide TOVAR 1974/89, III 216–219).

Segobriga sita est in altitudine 857 m supra mare intra fines hodiernae civitatis *Saelices* (CU), ab ipsa *Saelices* in meridiem versus circ. 2 km, iuxta flumen *Gigüela* ad Anam (*Guadiana*) confluentem. Effossiones institutae inde ab a. 1971 nobis persuaserunt, hoc loco exstitisse oppidum parvum Celtibericum occupans circ. 40 iugera (*castro*) saec. VI–I a. C. n. (LORRIO 2001, imprimis 205–207; ALMAGRO-GORBEA – LORRIO 2007); id non procul a civitate magna Celtiberorum *Kontrebia Karbika* (*Villas Viejas*, CU) situm erat (ABASCAL – RIPOLLÈS 2000).

Oppidum *Segobrigae* memorabatur apud AUCTORES, qui de bello Viriatio circ. a. 140 a. C. n. scripserunt (cf. FRONTIN. *strat.* 3, 10, 6 et 3, 11, 4; vide ALFÖLDY 1987a, 74 adn. 231) et a STRABONE (3, 4, 13) Σηγοβρίγα δ' ἐστὶ τῶν Κελτιβήρων πόλις laudatur. PLINIUS (*nat.* 3, 25) inter populos stipendiariorum celeberrimos conventus Carthaginensis refert *Segobrigenses* et eos *caput Celtiberiae* praedicat, i. e. finem meridionalem huius regionis ibi quaesivit. IDEM memorat, lapidem specularum (i. e. gypsum translucens) circa hunc locum reperiri (PLIN. *nat.* 36, 160: *Hispania hunc tantum Citerior olim dabat, nec tota, sed intra C [centum milia] passuum circa Segobrigam urbem*; vide etiam ISID. *orig.* 16, 4, 37). PTOLEMAEUS (2, 6, 57) saec. II inter civitates Celtibericas oppidum Σηγοβρίγα etiam commemorat. Hoc loco viae a *Segobriga* *Valeriam* et a *Segobriga* *Segontiam* ducentes coibant cum ea, quae a Carthagine *Nova* per regionem hodiernarum provinciarum *Murcia*, *Albacete* et *Cuenca*

feribat *Complutum* (RAVENN. p. 313, 11 [IV 44]: *Sigobrica*; SCHMIDT XVII/1 p. 221–237). Nomen civitatis primum, quod notum est, *Segobris* erat (RIPOLLÈS – ABASCAL 1996, 17–20), ut demonstrant nummi aetate rei publicae exeuntis *Segobrigae* cusi, sed nummi Celtiberice “*Sekobrikes*” inscripti ad aliam civitatem pertinent. Imago imperatorum apparet in nummis sub Augusto, Tiberio et Gaio *Segobrigae* cusi (RIPOLLÈS – ABASCAL 1996; cf. BURNETT – AMANDRY – RIPOLLÈS 1992 n. 470–477). Nummi nonnulli in effossionibus prodierunt (ABASCAL – ALBEROLA – CEBRIÁN 2008). Cum nomina consulum a. 15 a. C. n. M. Livi L. f. Drusi Libonis et L. Calpurni L. f. Pisonis in decreto ordinis decurionum 13, 294 restituenda sint, annis Augusti prioribus oppidum ius Latii recepisse et in dignitatem municipii iuris Latini provectum esse, puto. Cives in tribu *Galeria* censebantur (n. 13, 240. 269. 272. 279. 280. 284. 285. 287. 288. 320. 324–327; II²/14, 1112. 1142. 1144; VI 2454; XII 4536). *Res publica* laudatur in tit. 13, 279. 299. 311 et in fistula aquaria 13, 298. Statua posita *accepto ab ordine loco* laudatur in tit. 13, 296. *Segobrigenses* etiam dedicaverunt statuum equestrem patrono suo M. Porcio M. f. Caesaris Augusti scribae (tit. 13, 283).

Monumentum a *Segobrigensibus* L. *Livio* L. f. *Ocellae* (cf. PIR² L 305) inter a. 50 et 27 a. C. n. dicatum memoratur in tit. in Urbe reperto (VI 31656 = VI 1446a; cf. VI 8,3 p. 4699 ad n. 1446a). C. Iulius C. f. Gal. *Italus eques Romanus ex Hispania citeriore Segobrigensis* comparet in tit. Narbonensi XII 4536. Ex decreto ordinis et pecunia publica *Segobrigenses* in *Tarracone* statuum dedicaverunt L. Annio L. f. Gal. *Cantabro*, flamine Romae et divorum Augustorum provinciae Hispaniae citerioris, *omnibus honoribus gestis Segobrigae* (tit. II²/14, 1112 = II 4191). L. Grattius C. f. Gal. *Glaucus Segobrigensis* flamen provinciae Hispaniae citerioris memoratur in tit. honorario *Tarraconensi* II²/14, 1142 (= II 4220; de patre eius cf. tit. 13, 448–449). Statuas honorarias C. Iulio C. f. Gal. *Pilae Segobrigensi*, flamine Romae, divorum et Augustorum provinciae Hispaniae citerioris (II²/14, 1144 = II 4222) et *Valeriae* G. *Valerii*

Fidi fil. Fidae Segobrigensi ex conventu Carthaginiensi, flaminicae, uxori L. Caecili Porciani flaminis provinciae Hispaniae citerioris (II²/14, 1185 = II 4252 = ILS 6941) dedicavit provincia Hispania citerior. Ergo viri quattuor et mulier una e Segobriga orti memorantur inter flamines provinciae Hispaniae citerioris (II²/14, 1112. 1142. 1144 et 1185). C. Aelius C. f. Gal. Aelianus, Segobrigensis, fuit librator et tesserarius cohortis II praetoriae, evocatus Augusti (VI 2454 [cf. p. 3835] = ILS 2060). L. Annii Capella Segobrigensis (Castulone; 13, E 14), Caecilius Vetto Cantisico(m) Segobrigensis (Caparrae; *HEp* 13, 2003/04, 249), Manlius Saturninus Segobrigensis (defunctus Romae; VI 21956), T. Manlius L. f. Segobrigensis (Augustae Emeritae; 13, E 18) et [- -]nii Q. f. [- -]rni Segobrigensis (defunctus Romae; VI 39136) in titulis externis etiam memorantur.

Ad agrum Segobrigensem pertinebant regiones vicinae in septentrionem versus usque ad flumen Tagum et in orientem ager sine dubio usque flumen Sucronem (*Júcar*) in vicinia civitatis *Cuenca* extensus erat. In meridiem versus magna pars hodiernae provinciae *Cuenca* intra fines Segobrigensium erat et in occidentem versus ager Segobrigensis attingebat territoria Toletanum et Consaburense.

Vestigia plurima monumentorum et tituli plus quam septingenti ubertatem Segobrigae Romano aevo hodie ostendunt (de oppido cf. ALFÖLDY 1987a, 74–85; ALMAGRO-GORBEA 1992; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA 2012 cum bibliographia ampliore). Inde a saec. XV AUCTORES nonnulli de hoc loco egerunt.

Medio aevo oppidum parvum in colle situm *Cabeza del Griego* m. Oct. a. 1228 memoratum est in codice diplomatum *Tumbo de Castilla* (vide FITA 1889a, 354) et tum ad equites ordinis Sancti Iacobi in coenobio *Uclés* (CU) habitantes pertinebat. Legati eorum (*visitadores*) locum adierunt a. 1499, 1508, 1511, 1515 et 1525 et ruinas civitatis antiquae primi laudaverunt (apographa descriptionum eorum servantur R. A. H. ms. n. 9/5597 et 8109-4b). Segobrigam etiam adiit ante a. 1554 Pedro de ALCOCER, qui in commentario suo eodem anno publici iuris facto sub titulo *Hystoria o Descripcion de la Imperial cibdad de Toledo* memorat *en la ribera del rio Xiguela* [i. e. *Gigüela*], ... *un gran sitio lleno de grandes y antiguos edificios ruïnados ... que algunos dizen que se llamava Capud gray, y otros que Segobriga* (cf. MORALES – CANO 1792, 95). Ambrosio de MORALES (1513–1591), *chronista* regis Hispanorum Philippi II, inter a. 1572 et 1577 ipsas regiones peragravit et de vestigiis in colle *Cabeza del Griego* extantibus amplius disseruit (ms. eius servatur in Bibliotheca Escorialensi; extat apographum in R. A. H. ms. n. 9/5648 olim D 38: *Viage de Ambrosio de Morales hecho por mandato del señor Felipe IIº. El año de Christo 1572*). Responsa de interrogationibus d. 10 m. Dec. a. 1575 iussu regis Philippi II magistratibus *Saelices* propositis (*Relaciones*, ms. 1574/78) antiquitates et titulos duobus (13, 451 [= II 3133], 13, 916 [= II 3135]) etiam memorant (cf. CAPISTRANO 1802, 125). Descriptiones huius loci inter saeculum XVII in. et XVIII medium non novimus, sed in epistula in *Aranjuez* (M) data d. 26 m. Oct. a. 1765 ad Lorenzo DIÉGUEZ, quae extat (ms. R. A. H. n. 9/7953/1/3), medicus José ALSINET titulos sacros in sacello Dianae rupe insculptos descripsit (tit. 13, 207–211). Iussu Academiae Regiae Historicae

Matritensis (R. A. H.) a. 1766 Segobrigam adiit Tomás TORRES Y MOYA, qui d. 27 m. Dec. a. 1766 relationem brevissimam huic Academiae misit (ms. R. A. H. n. 9/7953/1/4, cf. ABASCAL – CEBRIÁN 2005, 448). Interim in effossionibus ab hominibus privatis et ab accolis institutis ad thesauros indagandos et ad lapides obtinendos ante a. 1771 (fortasse 1760) in lucem prodierunt fragmenta tria tituli Christiani 13, 896 (= *IHC* 165 = 398), ut Francisco Antonio FUERO narravit (ms. R. A. H. n. 7567/II/13). Quia episcopus Christianus Sefronius in hoc titulo laudatur, Antonio TAVIRA (1737–1807), prior coenobii ordinis Sancti Iacobi in *Uclés* siti, et Juan Antonio FERNÁNDEZ (1752–1814), procurator archivi eiusdem coenobii, effossiones instituerunt a. 1789 et 1790 in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito (ABASCAL 2014b, 187–206 cum bibliographia ampliore), i. e. loco q. d. hodie *basílica visigoda* (vide descriptiones amplissimas paratas a FERNÁNDEZ 1789 et 1790; cf. RISCO 1801 et MARTÍNEZ FALERO 1805). In effossionibus ipsis corpora episcoporum Segobrigensium mortuorum, lapides nonnulli et vestigia aedificiorum antiquorum in lucem prodierunt. Saec. XVIII ex. adiit Segobrigam José CORNIDE, qui inter d. 27 m. Iun. et d. 15 m. Iul. a. 1794 ibi monumenta et lapides descripsit (CORNIDE 1799; ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 65–66. 203–228) adiuvante architecto M. DE PRADO Y MARIÑO (1770–1834), qui imagines plurimas delineavit (manuscripta a CORNIDE confecta servantur in R. A. H. sign. 9/3912/14). Saec. XIX ex. P. QUINTERO denuo Segobrigam effodit (PARIS – QUINTERO 1902; QUINTERO 1913/2007). Inde a. 1960 usque hodie G. LA CHICA, J. MARTÍNEZ SANTAOLALLA, M. ALMAGRO BASCH, F. SUAY, M. ALMAGRO-GORBEA, J. M. ABASCAL et R. CEBRIÁN inter al. effossiones continuas instituerunt.

In colle *Cabeza del Griego*, i. e. in municipio Latino Segobrigae et in suburbiis, visa et effossa sunt monumenta compluria: theatrum (ALMAGRO BASCH 1983b; SESÉ 1994a, 1994b, 1997; TRUNK 1998), quod ante a. 79 constructum est (ALMAGRO BASCH – ALMAGRO-GORBEA 1982; ALFÖLDY 1987a, 82; ABASCAL et AL. 2006) et ubi titulo magno (13, 269) viri et mulieres gentis Octaviae, Segobrigenses primi ordinis, commemorantur (ALFÖLDY 2011a); amphitheatrum magna ex parte in rupe constructum (ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1995 et 1997); circus, quem Segobrigenses, deletis sepulcris ibi extantibus, saec. II medio vel posteriore aedificaverunt (RUIZ DE ÁRBULO – CEBRIÁN – HORTELANO 2009); moenia cum portis tribus in septentrione, occidente, oriente, quarum orientalis turre prominenti defensa erat (ALMAGRO-GORBEA – LORRIO 1989; ABASCAL – CEBRIÁN 2007a). *[Proc?]ulus Spantamicus La[- -]us* de sua pecunia forum Segobrigense in colle post theatrum sito (ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004) sternendum curavit aetate Augusti, fortasse ante a. 15 a. C. n., ut memorat tit. literis auratis compositus (13, 329); quod saec. I ex. vel II in. denuo renovatum est (13, 330). Inter monumenta, quae forum exornabant, notissima sunt basis vel ara aetatis Augusti (n. 13, 243) et basis honoraria Calventiae (n. 13, 375). In latere orientali fori scalae undecim antis praeditae in basilicam ducebant. In effossionibus huius loci capitella, tituli et statucae plurimae prodierunt (TRUNK 2008; NOGUERA 2012). Segobrigenses aetate rei publicae liberae thermas parvas prope theatrum sitas aedificaverunt (13, 312) et postea, aetate Flaviorum

(ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2002; TRUNK 2002), alteras publicas iuxta ecclesiam Christianam sitas et etiam aulam adiacentem construxerunt veri similiter ad cultum imperatoris exercendum. Loci sepulturarum Segobrigenses aliqui siti erant ab oppido in septentrionem versus, qui hodie *necrópolis de las parcelas 45 y 46* vocantur (ALMAGRO BASCH 1979), alii inter septentrionem et occidentem (ABASCAL – CEBRIÁN 2010b) et inter saec. IV et VIII imprimis in area suburbana iuxta aedificium, q. d. *basílica visigoda* (SCHLUNK 1945; ALMAGRO BASCH 1975a; EBEL-ZEPEZAUER 2000, 276–278; ABASCAL et AL. 2004, 415–433). Extra urbem institutae erant figlinae ad vasa, quae dicuntur *terra sigillata* (SANFELIU – CEBRIÁN 2006), et tegulas et lateres (ABASCAL – CEBRIÁN – RIQUELME 2000) faciendos. Episcopi Segobrigenses saec. VI ex. ad Concilia Toletana venerunt, unde noti sunt omnes inter a. 589 et 693 (ABASCAL – CEBRIÁN 2006; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2008; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA 2011). Ex aetate dominationis Ararum supersunt in colle solum vestigia domuum rusticarum (SANFELIU – CEBRIÁN 2008).

In titulis commemorantur viri ordinis senatorii fortasse Segobrigenses (n. 13, 269–277), *patroni* municipii eiusdem ordinis (n. 13, E 10; 13, 267. 268; de patrono alio vide tit. 13, 283), viri ordinis equestris (n. 13, E 11 = XII 4536; 13, 279–281), *IIIviri* (n. 13, 284–289), *aediles* (n. 13, 229. 246. 247. 287. 291. 292), *flamines* (n. 13, 284. 285. 288. 290), *seviri* (n. 13, 224), *magistri Larum Augustorum Segobrigensium* (13, 218–219). Inter deos deasque in titulis laudatos extant *Bonus Eventus* (n. 13, 205), *Concordia Augusta* (n. 13, 206), *Diana* (n. 13, 207–211. 932), *Fortuna* (n. 13, 212–214), *Hercules* (n. 13, 215–217. 930), *Lares Viales* (n. 13, 220–221), *Liber Pater* (n. 13, 944), *Mercurius* (n. 13, 225. 945), *Mercurius Augustus* (n. 13, 224), *Minerva* (n. 13, 226. 925. 961), *Nymphae* (n. 13, 928), *Silvanus* (13, 227. 946), *Zeus Theos Megistos* (n. 13, 226a) et alii originis Celtibericae, qui vocantur *Amma* (n. 13, 204), *Airo* sive *Aironis* (n. 13, 914), *Leiossa* (n. 13, 222) et *Lumiae* aut *Lumii* (n. 13, 223). Inter collegia laudantur *sodales* (n. 13, 303–310), *sodales Claudiani* (n. 13, 300. 301) et *sodales Iovis* (n. 13, 302). Nomina virorum mulierumque Celtiberorum et etiam cognationum frequenter leguntur in titulis Segobrigensibus (vide inter al. 13, 222. 223. 231. 280. 329. 405. 408. 411. 451. 526. 625. 639. 642. 829. 832. 915. 916. 938 et 951). Etiam apparent officia privata sive publica (n. 13, 311–315). Noti sunt viri et mulieres ex partibus Hispaniae variis oriundi (Dianii 13, 318; Laxtae 13, 319; Pompaelone 13, 320; Toleti 13, 321; Uxamae 13, 318 et Valeriae 13, 322. 323). Tit. Graecum posuit C. Iulius Silvanus Melanio (13, G 1).

Tituli praeter Christianos omnes saec. I–III tribuendi esse videntur. Saec. I–II florebant officinae lapidariae Segobrigenses et tum imprimis titulos tam sacros quam honorarios vel sepulcrales confecerunt. Effossionibus in foro institutis frequenter prodierunt bases honorariae tripartitae inter saec. I in. et II ex. confectae. Tituli sepulcrales communes imprimis in formam stelarum edolati sunt; inter quas nonnullae cum rosa sub arcu et seriebus arcuum exornatae (ABASCAL 1992, 309–343). Sed etiam exstant tabulae cum area titulo inscribendo destinata excavata et cymatio cincta.


Tituli medii aevi et posterioris aevi *Segobriga* reperti sunt tres, ALMAGRO BASCH 1984, 255–256 n. 117; PALOMERO 1987, 195 tab. LVI, 1. LVII, 1.

Tituli Segobrigenses primum recensiti sunt in collectione a FLORIÁN DE OCAMPO (sive DOCAMPO) saec. XVI prioris confecta (apud GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris), e qua novimus tit. 13, 223 (= II 3098). 318 (= II 3125). 451 (= II 3133 = 5875). Anno 1546 Luis de LUCENA (1491–1552), medicus, titulos octo collegit, quos in sylloge Vaticana sua I. METELLUS tradit (LUCENA, ms. 1546; n. 13, 206. 246–247. 451. 915–917. 921). Post eum I. STRADA titulos sex iam notos (n. 13, 223. 246–247. 318. 451. 916) contulit et in opere suo a. 1575 edidit (STRADA 1575). Cum inter a. 1572 et 1577 A. de MORALES ipsam regionem peragraret, titulos septem addidit, inter quos eos in luco Dianae rupe insculptos (n. 13, 207–211), fragmentum arae in eodem loco inventum (n. 13, 238) et lapidem magistrorum Larum, qui in monasterio *Uclés* muro alicui immixtus erat (n. 13, 218). Ex eis omnibus hauriens G. GALCERÁN DE CASTRO in sylloge sua saec. XVII priore composita titulos octo tradit (n. 13, 207. 209. 223. 246–247. 318. 451. 916). Circa a. 1729 J. LÓPEZ AGURLETA titulum unum addidit (n. 13, 463) et postea L. J. VELÁZQUEZ certior factus est ab A. M. BURRIEL de titulis duobus (n. 13, 301. 322) nunc deperditis. In effossionibus aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti (*basílica visigoda*) a. 1789–1790 institutis A. TAVIRA et J. A. FERNÁNDEZ titulos nonnullos protulerunt, inter quos eos ad episcopos Segobrigenses referendos (n. 13, 896–901), illos in oppidum *Saelices* e Segobriga tum iam translatos et lapides plurimos e foro et sepulchris Segobrigensibus extractos ad ipsum aedificium aetatis Visigothicae aedificandum (n. 13, 205. 216. 222. 225. 236. 244. 249. 270. 273. 277–278. 281. 295. 308–309. 313–314. 323. 338. 345. 366. 383. 400. 406. 418. 425. 428. 441. 443. 458. 464. 468–469. 477. 483. 499. 505. 516. 532. 535. 545. 571. 575. 579. 584. 591–592. 602. 611. 613. 634. 651. 660. 664. 677. 686. 705. 707. 713. 715. 721. 724. 752. 760–761. 763. 775. 785. 896–901. 909. 911). Relatio a FERNÁNDEZ redacta et descriptiones effossionum (*Diarios de excavación*) servantur *Madrid* in R. A. H. (FERNÁNDEZ 1790, ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 et 11/8109/4b). Fragmenta tria tituli Christiani 13, 880 primum servabantur in oppido *Montalbo* (CU), km 10 ab oppido *Saelices* (CU) in meridiem versus; deinde *Saelices* in domum V. MARTÍNEZ FALERO venerunt sed latebant; nuperrime reperta sunt eodem loco. Post effossiones J. CORNIDE a. 1794 Segobrigam adiit et titulos tres reperit (n. 13, 231. 708. 747). Etiam ex iussu Regiae Academiae Historicae Matritensis (R. A. H.) J. DE D. DE LA RADA et F. FITA Segobrigam venerunt a. 1888 et sedecim tituli ibi detexerunt (n. 13, 297. 300. 310. 320. 332. 442. 498. 503. 521. 531. 546. 694. 730. 733. 765. 780). Postea effossiones a R. GARCÍA SORIA saec. XIX ex. institutae et a P. QUINTERO publici iuris factae denuo titulos septendecim protulerunt (n. 13, 214. 220. 306–307. 311–312. 319. 403. 405. 422. 433. 436. 484. 515. 537. 542. 710). Inter a. 1960 et 2012 in effossionibus perseveranter institutis imprimis a M. ALMAGRO BASCH, M. ALMAGRO-GORBEA, J. M. ABASCAL et R. CEBRIÁN in teatro, amphitheatro, foro, thermis, areis sepulcrorum tam septentrionali quam occidentali, *basílica visigoda*, et alibi plus quam sescenti

tituli in lucem venerunt. Tituli quasi omnes Segobrigenses in voluminis duobus publici iuri facti sunt (ALMAGRO BASCH 1984; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a). Lapidés, inter quos etiam aliquot locis vicinis reperti, in museo ibi nuper constructo servantur.

Studia epigraphica ad hoc opus scribenda iniit Géza ALFÖLDY a. 1975, cum Segobrigam adiit et schedas titulorum nonnullorum paravit. Annis insequentibus 1979, 1983, 1985 et 1992 denuo in eum locum venit et titulos in locis vicinis notos et in *Museo de Cuenca* adservatos etiam descripsit, magno cum auxilio Manuel OSUNA RUIZ, tum *Director del Museo de Cuenca*, A. FUENTES DOMÍNGUEZ et S. PALOMERO PLAZA praestito. Annis 1983 et 1985 Wolfgang KUHOFF imagines photographicas sumpsit. Inter a. 1982–1983 et postea a. 1989 et 1991 ego Segobrigam frequenter adii et schedas alias composui, imprimis ex titulis nuperrime effossis sub cura M. ALMAGRO BASCH. In eas labores nos semper adiuvit Gerardo HERAS, *Guarda de Segobriga*. Post a. 1995 et usque ad a. 2012, in quo sub moderatione mea et socio-

rum, inter quos M. ALMAGRO-GORBEA, A. J. LORRIO et postea R. CEBRIÁN, effossiones perpetuavimus, titulos nonnullos descripsi et imagines photographicas sumpsit, frequenter adiuvantibus collegis et amicis. A. 2004 et 2005 G. ALFÖLDY et ego regiones hodiernarum provinciarum *Cuenca*, *Ciudad Real* et *Albacete* peragravimus et inscriptiones nonnullas ad Segobrigam pertinentes contulimus; in eas labores Concepción GONZÁLEZ RUZA et Juan Manuel MILLÁN (*Museo de Cuenca*) magno auxilio fuerunt. Titulos nonnullos in vicinia Segobrigae servatos descripsimus, adiuvantibus amicis compluribus, imprimis eis, qui lapides *Uclés* (CU) adservatos nobiscum communicaverunt, inter quos Margarita VALLEJO, Ana GÁLVEZ, Luis BERMEJO et Juan TORRES. Martín ALMAGRO-GORBEA, e longo tempore socius laborum meorum et amicus optimus, consilia nonnulla mecum communicavit et imagines photographicas titulorum in effossionibus patris sui M. ALMAGRO BASCH repertorum mihi dedit. Omnibus gratias maximas ago. J. M. A.



Tabula geographica a G. GARCÍA ATIÉNZAR et J. M. A. del.

Tituli externi ad Segobrigam spectantes
(13, E 10–21)

13, E 10 (VI 1446 a, cf. 31656. p. 4699; ILS 936) tit. honorarius viri ordinis senatorii, Romae.

L(ucio) Livio L(uci) f(ilio) Ocellae | q(uaestori) | Segobrigenses

HENZEN VI 1446a, cf. HUELSEN VI 31656 et ALFÖLDY VI p. 4699, qui amplissime tractavit (DESSAU, ILS 936). – Cf. SALINAS 1983, 34 n. 11; GARCÍA MARTÍNEZ 1991, 285.

J. M. A. – G. A.

13, E 11 (= XII 4536) tit. sepulcralis, Narbone

C(aius) Iulius C(ai) f(ilius) | Gal(eria) Italus | eques Romanus | ex Hispania | citeriore | Segobrigens(is)

HIRSCHFELD XII 4536; DELLONG 2003, I p. 278. – Cf. ALMAGRO BASCH 1982b, 31; GARCÍA MARTÍNEZ 1991, 281; WIERSCHOWSKI 2001, 226 n. 295.

J. M. A. – G. A.

13, E 12 (= VI 2454 et p. 3835; ILS 2060) tit. sepulcralis, Romae

D(is) M(anibus) | C(ai) Aeli C(ai) f(ilius) Gal(eria) Aeliani Segobrigensis | libratoris et tesserar[um] | coh(ortis) II praetoriae | evocato Augus[ti] | item libertis eius libertab[us] | posterisque eorum | t(estamento) f(ieri) i(ussit)

HENZEN VI 2454 cf. HUELSEN VI p. 3835 (DESSAU, ILS 2060). – Cf. RICCI 1982, 121.

J. M. A. – G. A.

13, E 13 (= II²/14, 1112 = II 4191) tit. honorarius, Tarracone

L(ucio) Annio L(uci) f(ilio) | Gal(eria) Cantabro | flam(ini) Romae et divorum August(orum) | p(rovincia) H(ispaniae) c(terioris) | omnibus honoribus | gestis Segobrigae | decreto ordinis pecunia publica Segobrigenses

HÜBNER II 4191; ALFÖLDY II²/14, 1112. – Cf. GONZÁLEZ GERMAIN – CARBONELL 2012, 109–110 n. 74.

J. M. A. – G. A.

13, E 14 tit. sepulcralis, Castulone

L(uci) Anni | Capellae | Segobrigens(is)

CONTRERAS – D'ORS 1977, 16 cum im. phot. tab. 4; BLÁZQUEZ 1979, 324 cum im. phot. tab. XXXIII.4; ALMAGRO BASCH 1982b, 32 cum im. phot. tab. IV; GONZÁLEZ ROMÁN – MANGAS 1991, I 110 cum im. phot.

J. M. A. – G. A.

13, E 15 tit. sepulcralis, Caparrae

Caecilius | Vetto | Cantisico(m) | Segobrigens[is] |

ESTEBAN – SALAS 2003, 97 n. 98 cum im. phot. (HEp 13, 2003/04, 249).

J. M. A. – G. A.

13, E 16 (= II²/14, 1142 = II 4220) tit. honorarius, Tarracone

L(ucio) Grattio | C(ai) f(ilio) Gal(eria) | Glauco | Segobrigensi | flam(ini) p(rovincia) H(ispaniae) c(terioris) | M(arcus) Atilius | Fraternalis | amico optim(o)

HÜBNER II 4220; ALFÖLDY II²/14, 1142.

J. M. A. – G. A.

13, E 17 (= II²/14, 1144 = II 4222) tit. honorarius, Tarracone

C(ai) Iulio C(ai) f(ilio) | Gal(eria) Pilae | Segobrigensi | flamini Romae | Divorum et August(orum) | p(rovincia) His[paniae] c(terioris) | p(rovincia) H(ispania) c(terior)

HÜBNER II 4222; ALFÖLDY II²/14, 1144.

J. M. A. – G. A.

13, E 18 tit. sepulcralis, Augustae Emeritae

T(itus) Manlius L(uci) f(ilius) | Segobrigens(is) | hic s(itus) e(st)

MÉLIDA 1925/26, n. 922; GARCÍA IGLESIAS 1972, n. 192; HALEY 1986, 192 n. 115. – Cf. ALMAGRO BASCH 1982b, 31 cum im. phot. tab. III.

J. M. A. – G. A.

13, E 19 (= VI 21956) tit. sepulcralis, Romae

D(is) M(anibus) m(emoriae) | Manli | Saturnini | Segobrigensis | v(icit) a(mnos) XVI m(enses) VI d(ies) V | Callistus | lib(ertus)

HUELSEN VI 21956. – Cf. RICCI 1982, 114; GARCÍA MARTÍNEZ 1991, 283

J. M. A. – G. A.

13, E 20 (= II²/14, 1185 = II 4252; ILS 6941) tit. honorarius, Tarracone

Val(eriae) G(ai) V(alerii) Fidi fil(iae) | Fidae Segobrigens(is) ex conventu Carthaginensi | flaminicae uxori L(ucii) Caecili Porciani flam(inis) | p(rovincia) H(ispaniae) c(terioris) p(rovincia) H(ispania) c(terior)

HÜBNER II 4252 (DESSAU, ILS 6941); ALFÖLDY II²/14, 1185.

J. M. A. – G. A.

13, E 21 (= VI 39136) tit. sepulcralis, Romae

[D(is)] M(anibus) | [- -]nio Q(uinti) f(ilio) | [- -]rno | Segobrigensi | [par]entes | [f(ilio) v(icit) a]n(nos) XXIII | [in fr(onte) p(edes) - - -]n a(gro) p(edes) X

HUELSEN VI 39136. – Cf. RICCI 1982, 115; GARCÍA MARTÍNEZ 1991, 285.

J. M. A. – G. A.

Tituli falsi vel alieni
(13, 28*–36*)

13, 28* (= II 300*) tit. fictus

En un despoblado cerca del lugar de Truguncos en el qual se hallan rastros de poblacion Antigua llamose municipium triumchense ROMÁN DE LA HIGUERA (hodie Tresjuncos, CU), en Trejuncos, lugar de los confines de la Carpentana ROJAS.

herculi patri deo manticlo | et alexicaco cui in summo | municipi iugo ut toletani templum | aedificarunt iivir c. lucillio t. man^lio cotta cum ludis scaenicis | et epulo munici.p. triunchensls d d.

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, I 80 r. (ANONYMUS MONTFAUCONII, ms. saec. XVII 170); ex eis HÜBNER II 300*, qui damnavit.

Municipium Triunchense a ROMÁN DE LA HIGUERA commentum ac ementitum est. Cf. etiam tit. sequentem et 13, 30*.
J. M. A. – G. A.

13, 29* (= II 301*) tit. fictus

En Trejuncos ... vi una gran piedra à la puerta de la casa de un labrador ... estava la piedra a la puerta de una casa abaxo de la iglesia ROMÁN DE LA HIGUERA.

herculi patri toleta deo manticlo | praesentiss. et alexicaco cui in summo urbis clivo ob cives servatos | coloni et incolae unum templum |^l alterum in circo suscep. voto d. d. | municipes triumchenses deo | metropoli tutelari sancto ac bolno. ludos circenses quo die quotannis toleta. celebrant. aram et epul^lum ex vot.

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, I 107 r. (ANONYMUS MONTFAUCONII, ms. saec. XVII 170; ROJAS 1654, 171–172); ex eis HÜBNER II 301*, qui damnavit (PIERNAVEJA 1977, 244 n. 4*; CEBALLOS 2004, 654, qui titulum *Valeria, CU*, tribuit).

3 ex. vide nummum SUTHERLAND, RIC I² 75a et alios.
Cf. tit. praecedentem et insequentem. J. M. A. – G. A.

13, 30* (= II 302*) tit. fictus

Una inscripcion de Trejuncos que es basa de una columna de estatua ROMÁN DE LA HIGUERA.

g.n. ponpeio gn. ponp. f. pap. | peregrino fausto civi col. | tolet. cos. qui munus redilitium laudabiliter apud eos |^l administravit in eoq. feliciss. | diem iiii id. iuni. natalis herculis patris dei tutellar. | datis bic. et in sua patria xx | parib. gladiatorum octo pal^lsseribus marinis xxx tauris | municipes. triunchenses ludos scenicos quotannis b. m.

ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, I 109 r. (HÜBNER II 302*, qui damnavit, ex eo PIERNAVEJA 1977, 245–246 n. 8*; CEBALLOS 2004, 654, qui titulum *Valeria, CU*, tribuit).

ROMÁN DE LA HIGUERA hunc tit. cum tit. 13, 44 (= II 3076) et II²/14, 1056 (= II 4164) adulteratis et cum II 310* conferre voluit (ibid. f. 109–110). De municipio ficticio Triunchensi cf. tit. 13, 28* et 13, 29*.
J. M. A. – G. A.

13, 31* (= II 380* = II²/14, 3* = II²/14, 37*) tit. fictus

“Segobrigae extat haec tabula” STRADA; inter Tarraconenses METELLUS; *Segorbe, que es la antigua Segobrica* JUSTINIANO, ESCOLANO, DIAGO; *Segovia* BOURDELOT.

l. aemil. l. f. gallo | flam. rom. et divor | augg. statuum aer. | e pub. patriae decr |^l e pub. etiam pecun | segobricens. erexere

Titulus, quem ANTIQUIORUM complures exhibent (inter quos METELLUS, ms. 1546 f. 2v; STRADA 1575, 132 n. 3; BOURDELOT, ms. 1581 f. 160; ESCOLANO 1610/11, II 793; DIAGO, ms. 1613 f. 138; JUSTINIANO, ms. saec. XVII ex. n. 53 ab HÜBNER laudatum) haud dubie fictus est (vide ALFÖLDY 1987a, 77 adn. 244). Ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 380*, qui damnavit (ad quos ab HÜBNER laudatos adde DÍAZ DE RIVAS, ms. saec. XVII f. 6).

Est exemplum interpolatum tit. genuini Tarraconensis II²/14, 1112 (= II 4191), quod METELLUS inter Tarraconenses descripsit et quod inde ab ESCOLANO et DIAGO a plurimis AUCTORIBUS, qui sincerum putabant, *Segorbe (CS)* attributum est; quos errore secuti sunt inter recentiores FLETCHER – ALCÁCER 1956, 31 n. XCII; RIPOLLÉS 1977, 109; cf. WIEGELS 1985, 132 adn. 18. Contradixerunt P. BELTRÁN 1953, 242–243 (= 1972, 848); F. BELTRÁN 1980, A 8; ARASA 1992, 135–136 n. 13, 2. – De titulo vide ALFÖLDY II²/14, 3* et II²/14, 37*; GONZÁLEZ GERMAIN – CARBONELL 2012, 109–110 n. 74.

G. A. – J. M. A.

13, 29* (= II 464* cf. p. 51* = XVII/1, 46* p. 236) tit. fictus

En una calçada de Romanos desde Alconchel (i. e. Alconchel de la Estrella, CU) a la Cabeza del Griego ai dos columnas grandes algo maltratadas que dicen ... VALENZUELA.

imp. caesar d. nervae | traiani f. nervae n. | hadrianus traianus aug. | dacicus maximus britan^lnicus maximus germanicus |^l maximus pontif. maximus trib. | potest. ii cos. ii p. p. praeterquam | quod provinciis remisit decies | novies centena millia n. | sibi debita a munda et fluvio |^l sigila ad certimam usque | xx m. p. p. s. restituit

VALENZUELA, ms. 1626 f. 1, e quo pendent ANTIQUIORES omnes, inter quos fuit MARTÍNEZ FALERO 1805, 12–14; ex ANTIQUIORIBUS, quos omnes laudavit, HÜBNER II 464*. Adde RADA – FITA 1889, 139; BLÁZQUEZ Y DELGADO-AGUILERA 1896, 45 n. 28, qui sincerum putabant. Contradixerunt PALOMERO 1987, 79–80; LOSTAL 1992, 223–224 n. 273 cum bibliographia ampliore. Ex PRIORIBUS, SCHMIDT XVII/1, 46*.

VALENZUELA vel is, e quo hausit, hunc tit. et insequentem (13, 30*) quasi testimonia ad oppidum Certimam spectantia confinxit. Sed hunc tit. e nummis Hadriani RIC II n. 590–593 interpolatum atque etiam tit. insequentem (13, 30*) spurium esse iam vidit J. H. ECKHEL, *Doctrina numorum veterum* vol. 6, 1796, 478, cf. W. HENZEN in ORELLI 1828 ad n. 806.

J. M. A. – G. A.

13, 33* (= II 465* cf. p. 51* = XVII/1, 47* p. 236) tit. fictus

En una cañada que ai entre el cammino de Almonacirejo y el Villarejo (i. e. Villarejo de Fuentes, CU) a media legua, ai otra columna con una inscripcion semexante a la retrospectiva con los mismos titulos asta PONTIFEX MAXIMUS TRIB. VALENZUELA, i. e. tit., qui praecedit.

imp. caesar d. nervae | traiani f. nervae n. | hadrianus traianus aug. | dacicus maximus britan^lnicus maximus germanicus | maximus pontifex maximus trib. | pot. iiii imp. iii cos. iiii | p. p. a certima m. p. d. x | restituit impensa sua

VALENZUELA, ms. 1626 f. 1, e quo pendent ANTIQUIORES omnes, inter quos fuit MARTÍNEZ FALERO 1805, 12–14; ex ANTIQUIORIBUS, quos omnes laudavit, HÜBNER II 465*. Adde RADA – FITA 1889, 140; BLÁZQUEZ Y DELGADO-AGUILERA 1896, 45 n. 28, qui sincerum putabant. Contradixerunt CURCHIN 1985a, 246 n.


10a; PALOMERO 1987, 79–80; LOSTAL 1992, 223 n. 272 cum bibliographia ampliore. EX PRIORIBUS, SCHMIDT XVII/1, 47*.

Cf. tit. praecedentem. Hadrianus trib. pot. IV habuit a. 119/120, sed numquam fuit imp. III et numquam cos. IV.

J. M. A. – G. A.

13, 34* (= II 5877) tit. sacer

Ara ex lapide granato infra fracta, undique levigata, superne paululum laesa, corona volutis tribus praedita 70 × 36 × 33. Litt. rude insculptae 6–8; puncta desunt. Ubi et quo tempore in lucem pervenerit, nescimus, sed in ms. R. A. H. sign. 9/7363/78 tribuitur oppido *Garrovillas (CC)*, i. e. municipio Caparrae in Lusitania; *encontrada cerca del castillo de Uclés* RIVERO minus recte. Inde a saec. XIX Matriti in *Museo R. A. H.* servabatur, ubi descripserunt HÜBNER, RADA et FITA; a. 1907 translata est in M. A. N. et deinde a. 1974 in M. S. pervenit, ubi servatur inter reposita. Ibi descripserunt G. A. a. 1985 et J. M. A. a. 1999.



[-----]

s(anctae) Tur(ibrigensi) A(taecinae)

Ulen-

es ara(m)

5 *posûer-*

unt +

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ANONYMUS, ms. R. A. H. sign. 9/7363/78 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – CEBRIÁN 2004/05, 202–203 cum im. del. [relatum apud AE 2004, 726]; IID. 2005, 75); RADA – FITA 1889, 141; HÜBNER II 5877, qui vidit et ectypo a FITA misso usus est (VIVES, ILER 738 et 1008; CORTIJO 1986/89, 47; EAD. 1990, 125–126); QUINTERO 1913/2007, 108–109; RIVERO 1933, n. 21; BLÁZQUEZ 1962, 144; ALMAGRO BASCH 1984, 80–82 n. 14 cum im. phot. (BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT 1988/91, 168); ABASCAL – GIMENO 2000, 116–117 n. 50 cum im. phot. – Cf. ABASCAL 1995b, 91 n. 19; EUND. 2000, 28–29 cum im. phot.; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – MARCO 2009, 69 (*HEp* 18, 2009, 79).

6 + litt. M fuisse consideraverunt ANONYMUS in im. del. et ALFÖLDY, qui ipse vidit.

Ante v. 1 versus alium evanidum inseruit HÜBNER sine idonea causa, aliter FITA. – 1 [D]o[*minae*] RADA – FITA, ALMAGRO BASCH, CORTIJO; OI[- -] HÜBNER; *Dominâe* QUINTERO, RIVERO, BLÁZQUEZ. – 2 *s(anctae) Tur(ibrigensi) A(daeginae)* solverunt RADA – FITA, quos secuti sunt ALMAGRO BASCH, CORTIJO; STVRA HÜBNER, qui solutionem a RADA – FITA propositam repugnavit. – 3–4 *Uliensles* FITA, qui litt. *LI* coniunctas cogitavit, quem secuti sunt QUINTERO, RIVERO, BLÁZQUEZ, CORTIJO; *Uliensles* HÜBNER recte. – 5–6 *posuerunt* HÜBNER; *-unt ex v(oto)* RADA – FITA et AUCTORES ceteri.

Dea Sancta Turibrigensis (vel Turobrigensis) *Ataecina* saepe occurrit in Lusitania et Hispania Baetica, sed alibi aliter scripta. In v. 1 sine dubio supplendum est *D(eae), domin(ae)* vel similia; cf. titulos deae *Ataecinae* dedicatos in huius templo *Santa Lucía del Trampal (CC)* sito (quod amplius tractavit ABASCAL 1995b). In v. 2 ex *A(taecinae)* vel *A(daecinae), A(taeginae), A(daeginae)* considerandum est. – V. 3–4 clare legitur *Ulienses*; ex lectione falsa *Ulienses* titulum coniunxit civibus municipii *Uliae Fidentiae (Montemayor, CO)* CORTIJO. Sane *Ulienses* ceterum non inveniuntur.

Titulus ex genere saec. I–II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 35* (= II 4977) tit. sacer

Tabula ex lapide calcario infra fracta, in fronte et a tergo levigata (16) × 29 × 12. Litt. minus accurate insculptae circ. 2,5 (v. 2 litt. T longa 3; v. 4 litt. O minuta 1,5). Rep. ante a. 1628 prope ecclesiam *San Valerio* intra fines oppidi *Mondragón (Guipúzcoa)*, ubi VARGAS PONCE eam invenit. A. 1804 in R. A. H. (ubi in museo vidit HÜBNER) et a. 1907 in M. A. N. translata est; ibi servabatur primum in *Sala VII* exposita, deinde inter reposita (inv. n. 1907/32/70) usque a. 1974, in quo denuo translata est in M. S., ubi servatur hodie inter reposita (*referencia S-236*). Ibi descripsimus G. A. a. 1985 et J. M. A. a. 1999, qui iterum contulit a. 2009.



*Valerius Tir-
o Dialco votu-
m libe(n)s me-
rito m[- -]*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

J. VARGAS PONCE, ms. 1804 R. A. H. sign. 9/4206/59/a cum im. del. (vide ABASCAL – CEBRIÁN 2010a, 116–120. 285. 390. 464 cum im. del.); HÜBNER II 4977, qui vidit in Museo R. A. H. (VIVES, *ILER* 801); RIVERO 1933, 15 n. 42; BLÁZQUEZ 1962, 210 cum im. phot. tab. XLVIII fig. 92; ALMAGRO BASCH 1984, 90–92 n. 20 cum im. phot. (BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT 1988/91, 169); ABASCAL – GIMENO 2000, 115 n. 147 cum im. phot.; ABASCAL 2010a, 127–131 cum im. phot., qui lapidis originem veram eruit, ita ut constet ad Segobrigenses non pertinere (cf. *AE* 2010, 716; *HEp* 19, 169). – Cf. GARIBAY 1628, I 218–219; J. VARGAS PONCE epistula a M. FERNÁNDEZ DE NAVA-

RRETE data d. 2 m. Mart. a. 1804 (*Biblioteca del Museo Naval*, ms. 2009 f. 30r [apographum ex parte in: DURÁN 1997, 134 n. 88]; J. VARGAS PONCE, ms. R. A. H. sign. 9/4230/10 (postea a FERNÁNDEZ DURO 1894, 523 editum); FLORES 1817, III; CLEMENCÍN 1832, 18; BLÁZQUEZ 1975a, 80; ALBERTOS 1983, 481; EAND. 1986, 266.

Dialcus nomen numinis indigeni sine dubio fuit, sed aliunde non novimus, quod tractaverunt amplius BLÁZQUEZ et ALBERTOS.

Ex genere et ex formulis saec. II vel III videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 36* tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, infra fracta, undique levigata, acroteriis praedita, quorum sinistrum periit, in parte antica attrita (85) × 60 × 29. In media parte superiore area excavata, in qua caput defuncae effictum est, in parte media series arcuum insculpta est. Infra extat area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta. Litt. satis accurate insculptae ex parte quasi evanidae 5 (v. 3 litt. N minuta 3); v. 3 ex. litt. E extra marginem sculpta; puncta triangularia deorsum directa. Rep. *Trillo (GU)* BARBAS et AL. ex notis in *Colección Cerralbo* servatis, de *Cabeza del Griego* ALMAGRO BASCH minus recte. Lapis saec. XX in. servabatur *palacio de la Marquesa de Villabuerta en Santa María de Huerta (SO)* in collectione *Marqués de Cerralbo*. Circ. a. 1926 aut a. 1940 lapis cum aliis nonnullis antiquitatibus pervenit in *M. A. N.*, ubi servatur inter reposita (inv. n. 38312); ibi descripsit A. U. S. a. 1984, qui schedam mihi dedit. Contuli ex scheda ab A. U. S. confecta et ad im. phot. a G. KUNTZ sumpta.

Lucretia
Parthenope
C(- -) ° E(- -) ° +(- -) ° Materne
+++++

Im. phot. a G. KUNTZ sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 257–258 n. 119 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 318); BARBAS et AL. 2011, 170–172 cum im. phot. (*AE* 2011, 521; *HEp* 20, 2011, 387).

3 + est hasta recta; litt. MA coniunctas clare legit A. U. S., qui ipse vidit. – 4 +++++ litt. incertae sunt.



3 *Cell(iae) Materne* ALMAGRO BASCH; 3–4 C(- -)°E(- -) °+(- -)°*Paterni*+ BARBAS – 4 sq. F[- -] ALMAGRO BASCH, qui ita supplevit: *f(aciendum) [c(uravit) | s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)]*. V. 4 inscriptum erat fortasse nomen patris vel patroni; post v. 4 desunt formulae et laudationes sepulcrales.

Nomen Graecum Parthenope (SOLIN 2003, 433–434) recurrit in Hispania in titulo Valentino II²/14, 93e. De cognominibus Paterni, Materni, Fraternali cet. in Hispania frequentissimis vide ea, quae amplissime disseruit ABASCAL 1984, 219–259.

Ex genere et ex litterarum formis saec. II. J. M. A.

Miliaria (13, M 3 – M 16)

13, M 3 (= XVII/1, 287)

Rep. a. 1985 apud parietinas villae Romanae *La Tejonera* intra fines oppidi *Villasviejas (CU)* et *El Hito (CU)* LOSTAL minus recte. Servatur in *M. S.* inter reposita (*Villasviejas-2*).

Imp(erator) Caesa[r Divi f(ilius)]
August[us, co(n)s(ul) XI],
tribun(icia) [pot(estate) XVI],
[imp(erator) XIII], pont(ifex)
5 [max(imus, - -)]

PALOMERO 1987, 105; LOSTAL 1992, 30–31 n. 22 cum im. phot. (*HEp* 5, 1995, 327); SCHMIDT XVII/1, 287.

Fragmentum miliarii Augusti a. 8–7 a. C. n. positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 4 (= XVII/1, 288)

Rep. a. 1985 *Villasviejas (CU)* apud locum *Fosos de Bayona* (ubi Contrebia Carbica fuisse putatur). Servatur in *M. S.* inter reposita (*Villasviejas-1*).

Ti(berius) Caesar divi Aug(usti) f(ilius)
d(omi)ni Iuli n(epos) Augustus,
[po]ntifex max(imus) (!),
[co(n)s(ul) V], imp(erator) VIII,
5 [tri]bunic(ia) potestat(e)
XXXIII,

LOSTAL 1992, 48–49 n. 41, cum im. phot. 318 fig. 39 (*HEp* 5, 1995, 328); ABASCAL – LORRIO 1999, 561–568 (*AE* 1999, 951; *HEp* 9, 2003, 317); SCHMIDT XVII/1, 288.

Fragmentum miliarii Tiberii a. 32–33 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 5 (= XVII/1, 294)

Rep. a. 2006 in ecclesia *Nuestra Señora de Entresieras* apud oppidum *Huelves* (CU) parieti insertum. Servatur ibid.

Ti(berius) Ca[esa]r divi Aug(usti) [f(ilius)],

divi Iuli n(epos) Augustus,

pontifex maxumu[s] (!),

co(n)s(ul) V, imp(erator) VIII,

5 *tribuni[ci]a] potestat(e)*

[XXXVIII].

Ab Carthag(ine) m(ilia) [p(assum) CCXXX (?)].

ABASCAL – CEBRIÁN 2007b, 257–260 n. 1 (*AE* 2007, 807; *HEp* 16, 2007, 421); SCHMIDT XVII/1, 294.

Fragmentum miliarii Tiberii inter a. 31–37 probabiliter a. 32–33 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 6 (= XVII/1, 295)

Rep. a. 2006 in ecclesia *Nuestra Señora de Entresieras* apud oppidum *Huelves* (CU) parieti insertum. Servatur ibid.

[Ti(berius)] Caesar [divi Aug(usti) f(ilius)]

[di]vi Iuli n(epos) Au[gustus],

[p]ontifex m(ax(imus), co(n)s(ul) V),

[i]mp(erator) VIII, [trib(unicia) potestat(e)]

5 *[X]XXXIII. Ab [Carth(agine)]*

m(ilia) p(assum) CCX[XX]I.

ABASCAL – CEBRIÁN 2007b, 257–260 n. 2 (*AE* 2007, 808; *HEp* 16, 2007, 422); SCHMIDT XVII/1, 295.

Fragmentum miliarii Tiberii a. 32–33 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 7 (= XVII/1, 289)

Rep. a. 1985 apud parietinas villae Romanae, q. d. *La Tejonera*, intra fines oppidorum *Villasviejas* (CU) et *El Hito* (CU) LOSTAL minus recte. Servatur in M. S. inter reposita (*Villasviejas-3*).

Ti(berius) Claudius Caesar

[A]ug(ustus), Ger[mani]cus,

[pontifex maximus],

PALOMERO 1987, 105; LOSTAL 1992, 55–56 n. 50 cum im. phot. tab. XXX (*HEp* 5, 1995, 329); SCHMIDT XVII/1, 289.

Fragmentum miliarii Claudii a. 41–54 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 8 (= EE VIII 478 n. 253 = XVII/1, 293)

Rep. a. 1892 a QUINTERO in *Huelves, en la falta de una colinilla* ab oppido ad meridiem versus sita FITA, i. e. prope monticulum ecclesiae *Nuestra Señora de Entresieras*. Dominus fundi *Conde de Vigo* donavit Museo R. A. H.; deinde servabatur *Madrid* in M. A. N. Nunc servatur in M. S. inter reposita.

Imp(erator) Nerva

Caesar Aug(ustus)

Traianus, Germ(anicus),

pontif(ex) max(imus), trib(unicia)

5 *potestat(e) II, co(n)s(ul) II*

r[e]stituit.

QUINTERO in epistula ad F. FITA d. 14 m. Sept. a. 1892 data, apud FITA 1892f, 248–250; FITA 1892g, 533 (HÜBNER, *EE* VIII 478 n. 253); QUINTERO 1913/2007, 70; RIVERO 1933, 37 n. 117; FUIDIO 1934, 139. 154 n. 81; ALMAGRO BASCH 1978, 97. 136 fig. XXX, 152 fig. XLVI cum im. phot.; PALOMERO 1983, 252; ALMAGRO BASCH 1984, 119–121 n. 37 cum im. phot.; ID. 1986, 97. 136 fig. XXX. 152 fig. XLVI cum im. phot.; PALOMERO 1987, 77 cum im. phot. n. 4 fig. II,1 cum im. phot.; LOSTAL 1992, 76–77 n. 73 cum im. phot. tab. XXIX fig. 43; SOLANA – SAGREDO 2008, 327 n. 17. – Cf. OSUNA – SUAY 1974, s. p.; ABASCAL – CEBRIÁN 2007b, 257; SCHMIDT XVII/1, 293.

Miliarium Traiani a. 98 positum.

J. M. A. – G. A.

13, M 9 (= XVII/1, 296)

Rep. a. 1969 a M. ALMAGRO BASCH prope Segobrigam in loco q. d. *El Castillejo*, prope *Fuencaliente* a Segobriga ad orientem versus. Servatur hodie in M. S. inter reposita.

[Imp(erator) Caes(ar) divi]

[Traiani Parthici f(ilius)]

di[vi] Nervae ne-

pos Trai[anus]

5 *Hadrian[us Aug(ustus)],*

pont(ifex) m(ax(imus), trib(unicia)]

pot(estate) XV[- - -?] co(n)s(ul) III],

[p(ater) p(atriciae)] re[fecit?]

ALMAGRO BASCH 1978, 97. 152 fig. XLVI cum im. phot.; PALOMERO 1983, 252; ALMAGRO BASCH 1984, 121–122 n. 38 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 314); ID. 1986, 97. 152 cum im. phot. fig. XLVI; PALOMERO 1987, 78 cum im. phot. fig. II.2; LOSTAL 1992, 91–92 n. 89 cum im. phot. tab. XLVI fig. 49 (*HEp* 5, 1995, 334); SOLANA – SAGREDO 2006, 63 n. 11; ID. 2008, 351 n. 72; SCHMIDT XVII/1, 296.

Fragmentum miliarii Hadriani a. 130–135 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 10 (= XVII/1, 292)

Rep. *Uclés* d. 22 m. April. a. 1905 prope praedium, q. d. *Campo de la Defensa*, ab oppido ad occidentem versum. Latet aut periit.

Imp(erator) Caes(ar)

[C(aius) I]ul[ius] Verus Maxim[inus]

[Piu]s Fel[ix] Aug(ustus), G[erm(anicus)]

[max(imus), - - -]

FITA 1906, 428–429; QUINTERO 1913/2007, 71–73; FUIDIO 1934, 139. 154 n. 83; ALMAGRO BASCH 1984, 122–123 n. 39; LOSTAL 1992, 112–113 n. 109; CEPAS 1997, 97 n. 133; SCHMIDT XVII/1, 292. – Cf. ALLENDE 1905, 149; SOLANA – HERNÁNDEZ 2002, 159 n. 125.

Fragmentum miliarii Maximini a. 235–238 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 11 (= XVII/1, 290)

Rep. a. 1952 in effossionibus Segobrigae institutis, servabatur *Ermita de San Bartolomé del Cerro de Cabeza del Griego* usque a. 1961. Nunc servatur *Cuenca* in M. P. C. inter reposita.

 (vac.) et (vac.)
 Flavius
 Clau{d}-
 dius Co(n)s-
 5 tantin`u`s
 Caesa[r]

OSUNA 1976a, 47; ID., 1976b, 1–2 fig. I cum im. phot.; PALOMERO 1983, 252; ALMAGRO BASCH 1984, 124–125 n. 40 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 315); PALOMERO 1987, 77–78 cum im. phot. fig. II. 3; LOSTAL 1992, 182–183 n. 177 cum im. phot. tab. CIII fig. 101; SOLANA – SAGREDO 1997, 129 n. 123; SCHMIDT XVII/1, 290.

Fragmentum miliarii Constantini II a. 335–337 positi.

J. M. A. – G. A.

13, M 12 (= XVIII/1, 291)

Rep. a. 1982 Segobrigae in effossionibus amphitheatri. Servatur in *M. S.* inter reposita. Fragmenta duo miliarii cum reliquiis minimis tituli.

Iimmpp(eratoribus) scil. duobus)
 [- - - pp(iis) ff(elicibus) (?) Au[gg(ustis) (?) - - -]
 [- - -]++[- - -]
 -----?

LOSTAL 1992, 218 n. 263, tab. XIV (*HEp* 5, 1995, 332); SCHMIDT XVII/1, 291.

Saec. III–IV.

J. M. A. – G. A.

13, M 13 (= XVII/1, 1, 38*)

Rep. ante a. 1986 in loco q. d. *El Castillejo*, prope *Fuencaliente* a Segobriga ad orientem versus. Servatur in *M. S.* inter reposita. Columna fortasse miliaria cum reliquiis minimis tituli.

PALOMERO 1983, 252 cum im. phot. fig. IV.1; ID. 1987, 78 cum im. phot. fig. I.2 (LOSTAL 1992, 218–219 n. 264, inde *HEp* 5, 1995, 333); SCHMIDT XVII/1, 38*.

[[N[- - -]]
 [[[- - -]L[- - -]]
 [[[- - - - -]]
 [[T[- - -]]
 5 [[[- - - - -]]
 [[[- - - - -]]
 [[[- - - - -]]

J. M. A. – G. A.

13, M 14 (= XVII/1, 42*)

Rep. ante 1987 intra fines oppidi *Villar de la Encina*, prope *Camino Murciano* PALOMERO. Latet aut periit. Fragmentum fortasse miliarii sine titulo.

PALOMERO 1987, 80 (LOSTAL 1992, 215 n. 247); SCHMIDT XVII/1, 42*.

J. M. A. – G. A.

13, M 15 (= XVII/1, 45*)

Rep. ante saec. XVIII prope *Saelices* CORNIDE, 1799, 156. Ubi servetur, nescimus. Miliarium satis probabiliter sine titulo.

PALOMERO 1987, 79 (LOSTAL 1992, 214 n. 245); SCHMIDT XVII/1, 45*.

J. M. A. – G. A.

13, M 16

Fragmentum miliarii (?) rep. Segobrigae a. 1970 prope rivum *Yuncar* ALMAGRO BASCH. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Dedi ex scheda a G. A. confecta.

 [- - -]IN[- - -]
 [- - -]I[- - -]
 -----?

ALMAGRO BASCH 1984, 321–322 n. 186.

J. M. A. – G. A.


Tituli sacri
 (13, 204–242)

13, 204 tit. sacer

Ara ex lapide calcario in duas partes fracta, corona crepidineque undique prospicientibus praedita, corona pulvinis et foco tympanoque exornata, in fronte, a tergo et ab utroque latere levigata 42 × 21 × 20. Litt. ex parte ad actuaris transgredientes 4 (v. 1), 2,5 (v. 2), 4 (v. 3), 1,5 (v. 4); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1963 in effossionibus theatri (*Zona A*; inv. n. 162220; S-151). Servatur *Cuenca* in *M. P. C.*, ubi descripsit G. A. a. 1979 et W. K. im. phot. sumpsit, G. A. recognovit a. 1983 et 1985; contulit J. M. A. a. 1998.

Ammâe
sacr(um)
Amatq
ex voto

Im. phot. a W. K. sumpta.



LOSADA – DONOSO 1965, 10–11 n. 1 tab. IX 1 cum im. phot. (HAE 2575; BALIL 1969, 150–151 n. 9; BLÁZQUEZ 1972, 83 n. 10); ALMAGRO BASCH 1984, 89–90 n. 19 cum im. phot. (BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT 1988/91, 169); GAMER 1989, 225 CU-1 cum im. phot. tab. 50a; ABASCAL 2013a, 26–27 n. VIII cum im. phot. a KUHOFF sumpta – Cf. BLÁZQUEZ 1975a, 25; OSUNA 1976a, 53 n. 3; ALBERTOS 1983, 477; EAND. 1986, 263; BLÁZQUEZ 1986a, 245; VALLEJO 2005a, 129; GIMENO 2008b, 285. 287 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 18.

1 *Amma* omnes AUCTORES. – 3 *Amma* BALIL, ALMAGRO BASCH; [- -] LOSADA – DONOSO, BLÁZQUEZ; *Ama*[- -] OSUNA. – 1–3 correxit nuperrime ABASCAL.


Amma numen indigenum fuisse videtur, quod amplius tractavit BLÁZQUEZ 1975a, 25 (cf. ALBERTOS 1983, 477). Nomen dedicantis non *Amma*, sed *Amata* fuit (de cognomine Latino *Amata* cf. KAJANTO 1965, 284; SOLIN – SALOMIES 1994, 291). Cognomen *Amatae* aliunde in titulis Hispanicis non novimus, sed vide *Amatus* in titulis II²/5, 548 (*Montilla*, CO) et *HEp* 14, 2005, 222 (*Carthagine Nova*).

Ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 205 (= II 3095) tit. sacer

Ex genere tituli et ex versuum ordinatione veri simillime parallelepipedum, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus compositae. Rep. circ. a. 1789 *en la esquina de un corral a la entrada del lugar de Sabelices* FERNÁNDEZ, ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k, *en una casa a la entrada del lugar de Sabelices, a donde fue trasladada del d(ic)ho territorio* (i. e. Segobriga) FERNÁNDEZ, ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(39). Latet aut periit. Descripsi ex im. a FERNÁNDEZ et PALOMARES del.



Bono
Eventui
sacrum

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 48; ID. 1790, ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(39) n. 1 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 119 n. 158; e FERNÁNDEZ pendet DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 122 n. 1, [ex eo B. CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 1; WICKERT, sched.]); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 70 cum im. del.; J. CAPISTRANO, ms. R. A. H. sign. 9/5939 f. 87r n. 1 (a. 1792 scriptum) et ID. 1792, 105 n. 1 (MASDEU 1783/1805, XVII 404 n. 12; XIX 10 n. 1359); CORNIDE 1799, 181 n. 1 tab. 5 n. 1 cum im. del., qui vidit; e PRIORIBUS HÜBNER II 3095 (VIVES, *ILER* 429) et ALMAGRO BASCH 1984, 76–77 n. 11 cum im. a FERNÁNDEZ, PALOMARES, CAPISTRANO et CORNIDE del.

Basis statuae certe sita erat eodem loco quo seviri Augustales libertique ceteri cultum divorum imperatorum colebant. Vide titulum *Bono Eventui Augusto* dicatum II 4612 Ilurone repertum, quem amplius tractaverunt FABRE – MAYER – RODA 1984, 140–142 n. 97.

Saec. I ex. vel II.

J. M. A.

13, 206 (= II 3090) tit. sacer

Ara (vel tabula?), quam LUCENA tradit. V. 2 litt. V postrema minuta; puncta fortasse rotunda. Segobrigae cum aliis titulis inventam et in oppidum *Uclés* ad muros coenobii Sancti Iacobi reficiendos translata esse cogitavit LUCENA. “In oppido Ucles” LUCENA. Latet aut periit. Contuli ex im. a LUCENA del.

[Con]cordiae ◦ Au[gustae]

[- Ae]milius ◦ Aestivus

-----?

Im. a LUCENA del. ex Cod. Vat. Lat. 6039 f. 204r.

LUCENA, ms. 1546 f. 204r (olim f. 436r) ex quo HÜBNER II 3090 (QUINTERO 1913/2007, 48. 51 n. 6; RODRÍGUEZ COLMENERO 1982, 235 n. 89; ALMAGRO BASCH 1984, 78–80 n. 13) cum apographo Matritensi R. A. H. sign. 9/6002/10 f. 298 (B. CANO, in: MORALES – CANO 1792, 106 n. 1; WICKERT, sched.; CORNIDE 1799, 179 n. 1; FITA 1888, 396 n. 6; LÓPEZ 1949/53, II 264 n. 1).

1 supplevit HÜBNER, qui intellexit *Concordiae Augustae* restituendum esse potius quam *Concordiae Augusti* ex singularitate huius formulae, de qua cf. PEKÁRY 1966/67, 126–128 et STYLOW 2006, 302 ad II 465 (*Augustae Emeritae*). – 2 [*Caec*]ilius HÜBNER, quem secuti sunt RODRÍGUEZ COLMENERO et ALMAGRO BASCH.

Tit. saec. I vel II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 207–211 tit. sacri (= II 3091. 3092–3093 a–e. II 5874 b–e)

Tituli sacri quinque in fano vel luco Dianae rupe insculpti loco q. d. *El Almudejo*, a Segobriga ad meridiem versus circ. 900 m. Quo loco nunc agresti et inculto prima aetate Romana lapicidinae circ. 200 × 340 exstiterunt. Tituli sub quinque aediculis positi sunt, quae sine dubio omnes olim Dianae signis exornatae erant; tertia et quarta aediculae in medio fano superne tympano praeditae, quinta rotundata, reliquae coronis nunc evanidis. Lapidinae in usu erant ab aetate Augusti usque ad tempora Hadriani, deinde aediculae quinque et eorum tituli insculpti sunt et arae alterae Dianae dedicatae adportatae sunt in fanum. Aediculae tituli apud homines doctos inde a saec. XVI noti erant. Primus A. DE MORALES, qui regionem Alcarriam et regionem Segobrigensem peragravit, a. 1572 fanum descripsit in manuscripto, quod nunc in *Biblioteca del monasterio de San Lorenzo de El Escorial* servatur (apographum *Madrid*, R. A. H. sign. 9/5648/1, olim D 38; cf. HÜBNER II p. 419). Inter a. 1792 et 1794 titulos recognoverunt J. CAPISTRANO DE MOYA et J. CORNIDE magno auxilio a M. DE PRADO Y MARIÑO praestito, qui reliquias fani delineavit. Saec. XX in. titulos descripsit QUINTERO et saec. XX ex. M. ALMAGRO BASCH omnia reliqua accuratissime descripsit et publici iuris fecit. A. 1983 G. ALFÖLDY inscriptiones Segobrigenses contulit et titulos fani maxima cum cura indagavit. Recognovimus iterum iterumque inter a. 1985 et 2010 et im. phot. nonnullas sumpsimus.

Titulos supplevit ALFÖLDY 1985a. ANTIQVIQRES haud dubie minus recte legerunt edideruntque; lectiones AUCTORVM omnium, qui titulos ante ALFÖLDY tractaverunt, recensuerunt ALMAGRO BASCH 1984, 58; ALFÖLDY 1985a, 153–154. Quorum varias lectiones non repetimus nisi potiores. Praebemus titulos a sinistra ad dextram.



Fig. a



Fig. b



Fig. γ

Fig. α: Im. a M. DE PRADO Y MARIÑO del. a. 1794. Lithographia a T. LÓPEZ ENGUIÑANOS confecta (apud CORNIDE 1799, tab. 3).

Fig. β: Im. phot. a R. C. a. 2009 sumpta.
Fig. γ: Im. phot. a W. K. a. 1983 sumpta.

13, 207 = II 3092 = II 3093 a

Area titulo inscribendo destinata excavata circ. 50 × 33. Superne in aedicula exstat corona adesa circ. 43 × 33, imago canis superest. V. 1-2 desunt. Litt. accurate insculptae circ. 4/4,5 quasi evanidae; punctum triangulare v. 3.



Fig. δ1

MARGARITE
V S L L M

Fig. δ2

Dianae
Cassia
Ma[r]ga[rit]e
v(otum) s(olvit) o(l)ibens [l(aeta)] m(erito)

Fig. δ1: Im. phot. a G. A. a. 1985 sumpta.

Fig. δ2: Im. a G. A. del.

ANTIQUIORES, inter quos H. JUAN, ms. saec. XVI prioris (apud GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 128r vel secundum numerationem aliam f. 139r); J. ZURITA, ms. saec. XVI posterioris, apud GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris, f. 21r vel secundum numerationem aliam f. 29r; MORALES, ms. circ. 1572/77 (MORALES – CANO 1792, 102; CORNIDE 1799, 175. 230; MARTÍNEZ FALERO 1805, 20-21); ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 2. 5. 18 f. 284v (CORNIDE, ms. 1794 [ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 215]; ID. 1799, 176; MARTÍNEZ FALERO 1805, 21); GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 21; ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3092 (VIVES, *ILER* 332) et 3093 a; RADA – FITA 1889, 119; QUINTERO 1913/2007, 61; ALMAGRO BASCH 1984, 37-38. 41. 56 n. 1a cum im. phot.; ALFÖLDY 1985a, 147 n. 1 cum im. phot. atque del. (*AE* 1985, 616). – Cf. GIMENO 1997, 150 n. 212. 182 n. 560.

Supplevit ALFÖLDY 1985a. Errores et lectiones AUCTORUM omnium, qui titulum ante ALFÖLDY tractaverunt (de quibus vide ALMAGRO BASCH 1984, 58; ALFÖLDY 1985a, 153-154), recensere noluimus.

13, 208 = II 3093 *b* = 5874 *b*

Area titulo inscribendo destinata excavata circ. 43 × 33. Aedicula coronam nunc aderam 43 × 33 habet, reliquia minima imaginum – inter quas canes – recognovimus. Litt. accurate insculptae circ. 3,5/4,5 a sinistra evanidae, in parte media partim servatae, a dextra supersunt reliquiae minimae; puncta triangularia deorsum directa.



Fig. 83

DIANÆ SACRVM LIB T I
TVRNIA ARTE MONISTIT
VRNI POSTVMI LIB V S

Fig. 84

[Dia]næe ◦ sacrum ◦ li[b(ens)] ◦ Tī-
[turn]ia ◦ Arte[mo]nis ◦ Tīt-
[u]rni ◦ Postumi ◦ [li]b(erta) ◦ v(otum) ◦ s(olvit) ◦

Fig. 83: Im. phot. a G. A. a. 1985 sumpta.

Fig. 84: Im. a G. A. del.

MORALES, ms. circ. 1572/77 (MORALES – CANO 1792, 103; CORNIDE 1799, 230–231); ALSINET 1765, ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(3) (ID. 1888, 353–355); FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 1r. 28r. 32r et 9/7953/1(34) cum im. del. (MASDEU 1783/1805, XVII 403 n. 9; XIX 36 n. 1402); CAPISTRANO 1792, 115 (CORNIDE 1799, 176); M. DE PRADO Y MARIÑO, R. A. H. sign. 9/4130/16 a. 1794 del. (ab ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 218 edita); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3093 *b*; RADA – FITA 1889, 120 (HÜBNER II 5874 *b*); QUINTERO 1913/2007, 62; ALMAGRO BASCH 1984, 37–38. 41. 56 n. 1b cum im. phot.; ALFÖLDY 1985a, 147 n. 2 cum im. phot. atque del. (AE 1985, 617).

13, 209 = II 3091 = II 3093 *c* = 5874 *c*

Area titulo inscribendo destinata excavata circ. 30 × 58. Aedicula circ. 75 × 58 superne tympano praedita e toto adesa est. Litt. circ. 3,5/4,5 quasi evanidae.



Fig. 85

*Dianae**Quintia*

◁Mani▷ [- -]

Valeriani (?)5 *serva**ex voto*

Fig. 85: Im. phot. a G. A. a. 1985 sumpta.

ANTIQUIORES, inter quos H. JUAN, ms. saec. XVI prioris (apud GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 128r vel secundum numerationem aliam f. 139r); J. ZURITA, ms. saec. XVI posterioris, apud GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 21r vel secundum numerationem aliam f. 29r; MORALES, ms. circ. 1572/77 (MORALES – CANO 1792, 102; CORNIDE 1799, 175. 230); ROMÁN DE LA HIGUERA, ms. circ. 1596, 2. 5. 18 f. 284v (CORNIDE, ms. 1794 f. 172 [ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 215]; ID. 1799, 176; MARTÍNEZ FALERO 1805, 21); FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 1r. 28r et 9/7953/1(34) cum im. del. (CORNIDE 1799, 175); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3091 (VIVES, *ILER* 331) et 3093 *c*; RADA – FITA 1889, 120 (HÜBNER II 5874 *c*); QUINTERO 1913/2007, 62; ALMAGRO BASCH 1984, 37–39. 41. 56 n. 1c cum im. phot.; ALFÖLDY 1985a, 147 n. 3 cum im. phot. atque del. (AE 1985, 618). – Cf. GIMENO 1997, 150 n. 213. 183 n. 561.

13, 210 = II 3093 *d* = 5874 *d*

Area titulo inscribendo destinata excavata circ. 36 × 40. Aedicula superne tympano praedita circ. 36 × 40 habet imaginem Dianae cum canibus sculptam. Litt. accurate insculptae circ. 3,5/4,5; supersunt vestigia tituli minima; puncta desunt.



Fig. 86

DIANA E
FRUGIFERAE
PTVLLIVSPARIS
LIB·V·S·L·M

Fig. 87

*D[i]anae
Frugife[r]ae
P(ublius) Tull[ius] [Par]is
lib(ertus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

Fig. 86: Im. phot. a G. A. a. 1985 sumpta.

Fig. 87: Im. a G. A. del.

ALSINET 1765, ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(3); ID. 1888, 353–355; FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 1r. 28r et 9/7953/1(34) cum im. del. (CORNIDE 1799, 176; MASDEU 1783/1805, XVII 403 n. 9; XIX 19 n. 1370); CAPISTRANO 1792, 115; M. DE PRADO Y MARIÑO, R. A. H. sign. 9/4130/16 cum im. del. a. 1794 (ab ABASCAL – CEBRIÁN 2009, 218 edita); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3093 d; RADA – FITA 1889, 120 (HÜBNER II 5874 d); QUINTERO 1913/2007, 62; ALMAGRO BASCH 1984, 37–39. 41. 56 n. 1d cum im. phot.; ALFÖLDY 1985a, 147 n. 4 cum im. phot. atque del. (AE 1985, 619).

Dianae agnomen “Frugifera” ceterum non invenitur (agnomen attribuitur Cereri tit. XI 3197; AE 1963, 174, Isidi tit. VI 351). De epitheto vide *ThLL* VI 1 (1912/26), col. 1404; Wis-

SOWA 1912, 208; de hoc titulo cf. ea, quae disseruit ALFÖLDY 1985a, 157–158.

13, 211 = II 3093 e = 5874 e

Area titulo inscribendo destinata excavata circ. 43 × 43. Nihil recognovimus in aedícula superne rotundata circ. 43 × 43. Litt. accurate insculptae circ. 3,5/4,5; punctum triangulare in v. 4, deforme in v. 5.



Fig. 88

DIANA E
NICEPHORIS
SEMPRON·ME
RVLAE·A
CATI·LIB·V·S

Fig. 89

*[Dian]ae
Nice[phoris?]
Semp[ron(iorum) Me-]
rulae · A[- -]
s Cati · l[ib(erta) v(otum) s(olvit)]*

Fig. 88: Im. phot. a G. A. a. 1985 sumpta.

Fig. 89: Im. a G. A. del.

ALSINET 1765, ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(3) (ID. 1888, 353–355); FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 1r. 28r et 9/7953/1(34) cum im. del. (MASDEU 1783/1805, XVII 403 n. 10; publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117–118 n. 154); CAPISTRANO 1792, 115 (CORNIDE 1799, 176); M. DE PRADO Y MARIÑO, R. A. H. sign. 9/4130/16 a. 1794 (ab ABAS-

De tit. vide etiam ALMAGRO BASCH 1976, 187–214; ALMAGRO-GORBEA 1995, 61–96; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 126–127. – Cf. MAYER 1995a, 39 n. 16; ABASCAL 1998a, 131. 183; FERNÁNDEZ NIETO 2010, 539. Si titulos recte intellegimus, omnes devoti Dianae Segobrigensis liberti vel servi fuerunt, quam rem amplius tractavit ALFÖLDY 1985a, 157. Tit. 13, 207 Cassia Margarite laudata, ex eo quod cognomen Graecum habet (PAPE – BENSELER 1863/70 s.v. Μαργαρίτης; SOLIN 2003, 1223), veri similiter liberta fuit. Titurnia Artemonis et P. Tullius Paris liberti scribuntur, Quintia serva atque Nicephoris liberta satis probabiliter esse videntur. Nomina eorum Graeca (Artemonis: SOLIN 2003, 310; Paris: ibid., 554; Nicephoris: ibid., 129) aliunde in titulis Hispanicis nota sunt. De nomine Titurnii (SCHULZE 1991, 244), quod extra Italiam (et Africam) rarissime occurrit et in Hispania solum in titulo Tarraconense

CAL – CEBRIÁN 2009, 218 edita); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3093 e; RADA – FITA 1889, 121 (HÜBNER II 5874 e); QUINTERO 1913/2007, 62; ALMAGRO BASCH 1984, 37–40. 42. 56 n. 1e cum im. phot.; ALFÖLDY 1985a, 147 n. 5 cum im. phot. atque del. (AE 1985, 620).

II²/14, 1686 (= II 6135 = I² 3462) redit, cf. ea, quae dixerunt HÜBNER II 6135 et ALFÖLDY 1975, 10 ad n. 16.

Rem divinam plene tractavit et fanum Dianae cum religione Celtiberica recte coniunxit ALMAGRO-GORBEA 1995.

Loci sacri, qui antea lapicidinae fuerunt in nonnullis provinciis Romanis noti sunt. Cf. inter al. exempla Gallica *Rapp* (*Saint Béat, Alt Garonne*), de quo vide SAPÈNE 1946, 283–325; LABROUSSE 1948, 485–497; RICO 1997, 121 et 267. Imagines Dianae complures in rupe insculptae erant Philippis in Macedonia iuxta viam Egnatiam saec. II–III (cf. COLLART – DUCREY 1975, 201; ABRAHAMSEN 1986; PILHOFER 2009, n. 174. 181. 183).

Tituli ex litterarum formis et ex eo, quod in lapicidinis insculpti erant, saec. II in. vel med. tribuendi videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 212 tit. sacer

Ara ex lapide calcario pallido undique levigata, superne a sinistra fracta, corona crepidineque undique prospicientibus praedita, corona olim pulvinis exornata, quorum supra a dextra supersunt vestigia 50 × 33 × 29; pars media 25 × 24. Litt. 3 ex parte a sinistra evanidae; puncta rotunda (v. 3) et triangularia (v. 5). Rep. Segobrigae a. 2000 in effossionibus aulae aetatis Flaviorum ad occidentem a foro versus sitae (UE 3231 n. 1; inv. n. 62611; S-289). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



[Fo]rtunae
[p]ro salute
= Manius = Cassius
[C]aecilianus
5 v(otum) = s(olvit) = l(ibens)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 151–152 n. 1 fig. 1 cum im. phot. (AE 2002, 810; *HEp* 10, 2000, 213); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 159–160 n. 148.

4 *Caecilianus* ABASCAL – CEBRIÁN 2002a minus recte.

M. Cassius [C]aecilianus fortasse aram posuit [p]ro salute (*sua*). Nomina dedicantis ex aliis titulis Segobrigensibus non novimus, sed cf. *Cassius* in titulo II 5895 (*Alarcón, CU*). Praenomen *Manius* frequenter in titulis Segobrigensibus recurrit.

Ex genere litterarumque formis et ex eo, quod ara reperta est in aula aetate Flaviorum aedificata, titulus saec. I ex. vel II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 213 tit. sacer

Arula ex lapide calcario albo undique levigata, corona plana sine foco sulco inciso delineata, pulvinis praedita crepidineque prospicienti 27,5 × 16,5 × 11,5. Litt. minus accurate insculptae paululum excavatae quasi evanidae circ. 1,5 sine dubio olim rubricatae; puncta rotunda vel deformia. Rep. Segobrigae a. 1995 in effossionibus frigidarii thermarum aetatis Flaviorum (sign. sala 3, C-163; inv. n. 40324; S-206) una cum tit. 13, 232 et 13, 757 et arulis hodie sine titulis, qui fortasse olim picti erant (ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, n. 154 et 156). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999 et ectypum sumpsit; recognovimus a. 2004.

F P T V N A E
^ A I I S
L A
V S L M

Fig. a



Fig. β

F[o]rtumae
[N]a[t]alis
L.(uci) ° +[.].a[.].
+[-5?-]
 5 *v(otum) ° s(olvit) ° l(ibens) ° m(erito)*

Fig. α: Im. a J. M. A. del.

Fig. β: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 199–200 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (*HEp* 10, 2000, 178); ABASCAL 2000, 28; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 160–161 n. 149 (*HEp* 20, 2011, 341).

3 + est hasta recta vel acclivis. – 4 + litt. H fuisse potest.

1 *D[.]sunae* ABASCAL – CEBRIÁN 2000, quos secuti sunt EDITORES *HEp* 10 ex lectione minus recta tituli *Olmillos (SO)* reperti (*AE* 1995, 868 rectius *AE* 2002, 790). – 2 [- - - - -] ABASCAL – CEBRIÁN 2000. – 4 *H[-3?-]A* ABASCAL – CEBRIÁN 2000.

In v. 3–4 sine dubio scripta erant tria nomina patroni Natalis.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. II vel III tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 214 (= *EE* VIII 434 n. 180) tit. sacer

Arula ex lapide calcario albo undique levigata, supra et a dextra fracta, infra laesa, corona deperdita crepidineque undique prospicienti praedita (17) × 12 × 18. Litt. minus accurate insculptae circ. 1 (v. 3 litt. E maior 1,3); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1892 in effossionibus a R. GAR-

CÍA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris) in loco q. d. *termas del teatro*, una cum titulis 13, 220 et 13, 311. Recognovit arulam QUINTERO saec. XX in *Madrid* in *colección de don Antonio Vives* et a. 1913 emit M. A. N., ubi servabatur usque ad a. 1972, tum translata est in M. S., ubi nunc servatur inter reposita. Ibidem descripsimus G. A. a. 1985 et J. M. A. a. 2011.



-----?
Ca[- - -]
Ver[- - -]
F'ortu[nae]
v(otum) s(olvit) l(ibens) [m(erito)]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FITA 1892d, 139 n. 3 ex im. a P. QUINTERO del. in epistula a R. GARCÍA SORIA ei missa (HÜBNER, *EE* VIII 434 n. 180 etiam ex ectypo a FITA misso); id. 1892f, 250; PARIS – QUINTERO 1902, 191 cum adn. 2 et cum im. del.; QUINTERO – PARIS 1902, 251 cum adn. 2; QUINTERO 1913/2007, 105 n. 18 cum im. del.; ALMAGRO BASCH 1984, 70–71 n. 8 cum im. phot.

1 post C vestigia litt. R exstare cogitavit HÜBNER. – 3 Litt. E pro F inscripta (“fuit primum E, sed cauda infra adiecta in F mutata est” HÜBNER).

1–2 *Cr[ispus]* | *Ver[anii]* aut *Cr[ispia]* | *Ver[ina]* supplevit HÜBNER exempli causa; *C[ornelia]* | *Ver[ina]* QUINTERO – PARIS 1902, PARIS – QUINTERO 1902. Supplendum est veri similiter v. 1 *Ca[ecil(ius)]*, *Ca[ecil(ia)]*, *Ca[dius]*, *Ca[elius]* vel sim.; v. 2 ex ordinatione cognomen *Ver[anus]*, *Ver[ana]*, *Ver[dula]* vel sim., i. e. exempli causa *Ca[ecil(ia)]* | *Ver[ana]* suppleri potest.

Ex litterarum formis saec. II vel III in. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 215 tit. sacer

Arula ex lapide calcario in fronte olim expolita, nunc partim adesa, a tergo et ab utroque latere levigata, corona crepidineque prospicientibus, pulvinis exornata, infra laesa 32,5 × 18 × 15,5; pars media 11,5 × 14 × 12. Litt. minus accurate insculptae paululum excavatae quasi evanidae circ. 2. Rep. Segobrigae a. 1975 in effossionibus amphitheatri a M. ALMAGRO BASCH institutis (S-003). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. d. 18 m. Mart. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. 1995 et 1998.



*Herculi
Martialis
ex voto*

Im. phot. a M. ALMAGRO-GORBEA sumpta.

ALMAGRO BASCH 1982a, 346–348 cum im. phot. fig. 3 (*AE* 1982, 598); ALMAGRO BASCH 1984, 67–68 n. 6 cum im. phot. (ORIA 1996, 157–158 n. 13 cum im. phot. fig. III, 2); GÓMEZ-PANTOJA 2009, 194–195 n. 70. – Cf. ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 162 cum im. phot.

2 *Martialis*(s) ALMAGRO BASCH, ORIA, sed supersunt vestigia litt. S, cf. etiam GÓMEZ-PANTOJA.

Saec. I–III.

G. A. – J. M. A.

13, 216 (= II 3096) tit. sacer

Ara ex lapide calcario (?) infra fracta, corona recta in fronte et ab utroque latere prospicienti. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti (S-001), *entre estas ruinas se ha descubierto tambien una pequeña ara quebrada erigida è Hercules Sempiterno* FERNÁNDEZ, *en la iglesia gotica* CORNIDE nescimus, an recte. Latet aut periit. Descripsimus ad im. a FERNÁNDEZ et a M. DE PRADO Y MARINO del.



Fig. a




Fig. b

*Hercûl[i - - -]
(vac.) Semp[ron- - -]
[- - -]OS[- - -]
- - - - - ?*

Fig. a: Im. a FERNÁNDEZ a. 1790 del.

Fig. b: Im. a M. DE PRADO Y MARINO a. 1794 del. et a CORNIDE a. 1799 publici iuris facta.

FERNÁNDEZ 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 71 cum im. del. (CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 2; WICKERT, sched.); CORNIDE 1799, 181 n. 2 et tab. 5 n. 2 cum im. a M. DE PRADO Y MARINO del.; e FERNÁNDEZ et CORNIDE pendent HÜBNER II 3096 et ALMAGRO BASCH 1982a, 342–344 et cum im. del. fig. 1 a CORNIDE tradita; id. 1984, 63–65 n. 4 cum im. del. a FERNÁNDEZ et CORNIDE traditis (e HÜBNER et ex ALMAGRO BASCH pendent ORIA 1996, 158 n. 14, fig. III,4).

3 omisit FERNÁNDEZ.

1 ex ordinatione fortasse *Hercul[i sacr(um)]* aut *Hercul[i Aug(usto)]* aut sim. – 2 in. ex imaginibus vacat. – 3 fortasse continet cognomen dedicantis vel *[p]os[uit]*.

Tit. ex genere veri similiter saec. I–II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 217 tit. sacer

Arula ex lapide calcario undique levigata, corona crepidineque prospicientibus superne pulvinis praedita, supra in medio et infra a dextra fracta 19,5 × 19 × 12. Litt. accurate insculptae 3 (v. 1–2), 2,5 (v. 3) v. 1–2 ex parte laesae; v. 3 in. hedera, cet. puncta rotunda. Rep. Segobrigae circ. a. 1953–1955 in effossionibus a G. LA CHICA in theatro institutis (inv. n. S-002). Servatur *Cuenca* in M. P. C. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1979, recognovit a. 1983 et a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



*Herculi
Virgīa sêr(va)
v(otum) ◦ l(ibens) ◦ m(erito) ◦ s(olvit)*

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1982a, 344–346 cum im. phot. fig. 2 (*AE* 1982, 597); RODRÍGUEZ COLMENERO 1983, 321–322 n. 3 cum im. phot. (*AE* 1984, 589); ALMAGRO BASCH 1984, 66–67 n. 5 cum im. phot. (ORIA 1996, 159 n. 15 cum im. phot. fig. II, 3). – Cf. OSUNA 1976a, 53; GAMER 1989, 225 n. CU-3; GIMENO 2008b, 286 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 17; VALLEJO 2005a, 451; NAVARRO et AL. 2011, 142.

2 *Virria s(e)r(va)* ALMAGRO BASCH, ORIA; *Vibbia Se(vera)* RODRÍGUEZ COLMENERO; *Virria* aut *Vibbia Se[- -]* VALLEJO, *Virria Se[- -]* NAVARRO et AL., *Vibbia Sec(unda)* proponitur in *AE* 1984, 589 haud recte.

Cognomen Virbiae recurrit in tit. 13, 546 (= *EE* VIII 439 n. 189) in Segobrigae vicinis reperto; cf. tit. Segobrigensem 13, 884 stilo scarifatum, in quo *Vir[- -]* legitur.

Titulus ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 218 (= II 3113) tit. sacer (?)

Ara (vel tabula?), sine dubio pars monumenti in foro Segobrigae siti (vide titulum insequentem). Ubi et quo tempore fragmentum in lucem pervenerit, nescimus. *Una piedra que con otras muchas ha consumido el edificio de Uclés* MORALES – CANO, *llevada de Cabeza del Griego* CORNIDE. Ex apographo dissertationis a MORALES redactae (nunc R. A. H. servato) hauriens B. CANO Segobrigae tribuit, quem secutus est CORNIDE. Nescimus, an recte. Perit.

 [- -] magister Lar[var]um [- -]

MORALES, ms. circ. 1572/77 versibus non divisus (MORALES – CANO 1792, 100–101; CORNIDE 1799, 180–181. 228 [e CORNIDE pendent HÜBNER II 3113; CAPISTRANO 1802, 128; MARTÍNEZ FALERO 1805, 42]); ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 171–172 n. 54. – Cf. CICCOTTI 1891, 21; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245; ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 256.

MAGISTER LARVARVM MORALES, quem secuti sunt AUCTORES saec. XVIII; *Magister Larum Aug.* proposuit HÜBNER, i. e. *magister Larum Aug(ustorum)*, de quo vide ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 256.

De officio magistri Larum Augustorum Segobrigensium vide titulum insequentem. J. M. A. – G. A.

13, 219 tit. sacer (?)

Tabula ex lapide calcario pallido ex tribus fragmentis coniuncta, undique fractis excepta parte postica fig. a et b. Frg. a + b (42) × (34) × 13, frg. c (26) × (18) × (10). Versus congruenter in medio ordinati erant (vide v. 1 et 4). Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 8 (v. 2–3), 7 (v. 4 litt. I longa circ. 9,5); puncta desunt. Frg. a et b in lucem prodierunt d. 8 m. Oct. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori (UE 5776 n. 25; S-375/86105); servantur in M. S. inter reposita. Frg. c repertum est d. 9 m. Oct. a. 1990 in effossionibus cryptoporticus septentrionalis fori (*cuadrícula* B4, US 1; S-375/62612); servatur in M. S. inter reposita. Frg. c a. 2001 descripsimus; fragmenta tria recognovimus a. 2002.




Fig. a



Fig. b

 (vac.) Lq[- -]
 [mag(ister)] Larum Augu[storum]
 [Sego]brigensium [dono dedit (?)]
 (vac.) ide[mq(ue) dedicavit]
 -----?

Fig. a: Im. a J. M. A. del.

Fig. b: Im. phot. a J. M. A. sumptae et machina computatoria compositae.

Frg. c: ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001, 126 n. 2 cum im. phot. fig. 13 (*AE* 2001, 1248).

Frg. a–c: ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 255–257 n. 1 cum im. phot. (*AE* 2003, 977; *HEp* 10, 2000, 292); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 25–26 n. 1. – Cf. ABASCAL et AL. 2007, 692 cum im. phot. fig. 4. 693.

1 litt. L cornibus longis praedita, litt. secunda neque M neque X, sed A fuisse videtur; versus nomen dedicantis e. g. *La[tinus]* vel simile sine dubio continet. – 3 litt. G cum lineola curva loco hastae rectae.

De cultu Larum Augustorum Romae instituto Augusti aetate, vide WISSOWA 1912, 172–173; ALFÖLDI 1973, 18–35. *Magistri Larum Aug(ustorum)* in Hispania noti sunt in titulo Segobrigensi praecedente et in titulo Cordubensi II²/7, 323, ubi [*mag(ister) Laru]m Aug(ustorum) c(olonorum) c(oloniae) P(atriciae)* memoratur, praeterea II 1133; II²/7, 204. 327; II²/14, 1253. 1261 et alibi.

Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 220 tit. sacer (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario in fronte levigato, undique fractum (23) × (17) × (20). Litt. 7,5. Rep. Segobrigae a. 1999 in effossionibus iuxta turrem medii aevi in arce oppidi sitam (UE 602 n. 82; titulus S-270/40168). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



[Laribus?]
[Via]libu[s? -?]
[- -]riu[s]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 164 n. 28 cum im. phot. fig. 27 (*HEp* 10, 2000, 240; *AE* 2002, 830, inde *HEp* 12, 2002, 148); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 334 n. 402 (*HEp* 20, 2011, 360).

2 in. supersunt vestigia litt. L; *Libu[rmius/-o]*, ABASCAL – CEBRIÁN 2002a minus recte.


Monumenta Laribus Vialibus provinciis Hispanicis dedicata amplissime tractaverunt PORTELA 1984, 163–167 et MANTAS 2010.

Ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 221 (= II 3097) tit. sacer

Arula corona recta undique prospicienti praedita 39 × 20,5 × 14; pars media 26 × 18. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae circ. 4 (v. 1), 3 (v. 2–3), 6,5 (v. 4; litt. M minor 4). Rep. Segobrigae inter m. Oct. a. 1789 et m. Ian. a. 1790 in effossionibus aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti, i. e. loco q. d. *basilica visigoda*, “dicitur provenisse ex *Cabeza del Griego*” HÜBNER. Latet aut periit. Descripsi ex ectypo a FERNÁNDEZ del. *Madrid* servato.



Leiosse (!)
C(- -) Bessuca
pro filio
v(otum) l(ibens) r(- -) m(erito)

Im. a FERNÁNDEZ del. apud ABASCAL – CEBRIÁN.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 17r cum im. del. (apud ABASCAL – CEBRIÁN 2004/05, 203–204 cum im. del.); HÜBNER II 3097 cf. p. 944 ex ectypo a FERNÁNDEZ del. *Madrid* a P. DE GAYANGOS servato (e HÜBNER pendent RADA – FITA 1889, 127. 141; BLÁZQUEZ 1962, 213; VIVES, *ILER* 863; ALMAGRO BASCH 1984, 86–87 n. 17 [BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT 1988/91, 169]). – Cf. BLÁZQUEZ 1975a, 117; ALBERTOS 1983, 482; EAND. 1986, 270; BLÁZQUEZ 1986a, 249; OLIVARES 2002, 130; NAVARRO et AL. 2011, 154.

1–4 *Leiosse? C(ornelia)? Bessuca pro filio v(otum) l(ibens) r(eddidit) m(erito)?* HÜBNER ex ectypo versibus non divisis.

2 *C(aecilia)* vel *C(ornelia)* cogitari potest, res tamen in dubio manet.

Nomen deae Leiossae aliunde non novimus (vide OLIVARES 2002, 130), sed fortasse numen Celticum est. Nomen *Bessuca* aliunde ignotum est (sed cf. *Bessus* LÓRINCZ 2005, 290), de quo vide NAVARRO et AL. 2011, 154 cum adn. 269. Breviatio *V L R* occurrit etiam in tit. *AE* 1992, 995; *HEp* 17, 2011, 220.

Titulus ex genere et ex litterarum formis saec. II–III tribuendus videtur.

J. M. A.

13, 222 (= II 3098) tit. sacer

Tabula (?) vel ara, ex ANTIQUIORIBUS, qui inde a saec. XVI ediderunt quasi tabulam del.; mensurae ignotae sunt. V. 1 litt. I maior. Rep. Segobrigae loco incerto ante saec. XVI. *En la Cabeça del Griego* OCAMPO (apud GALCERÁN DE CASTRO), quem secuti sunt AUCTORES omnes (inter titulos sacelli Dianae rupe insculptos – supra n. 13, 207–211 – descripsit OCAMPO, errore). Sine dubio periit ante saec. XVIII ex., cum FERNÁNDEZ et A. TAVIRA effossiones ibi fecerunt.

LVMiis
EXS VOTO
PRIMICENIVS
LITIO

Lumiis
exs voto
Primi^rg^enius
Liti^rq^(um) (?)

Exemplum tituli apud GALCERÁN DE CASTRO f. 21r praebitum.

F. DE OCAMPO, in GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 21r (cf. GIMENO 1997, 150 n. 210; ex OCAMPO pendent J. ZURITA in GALCERÁN DE CASTRO, *ibid.* f. 94v versibus aliter divisus [cf. GIMENO 1997, 175 n. 485] et STRADA 1575, 156, 2); GRUTER 1603, 107 n. 4 “Schotti schedis”; PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8729/1 f. 30 (vide HERNANDO 2017, 257); DÍAZ DE RIVAS, ms. saec. XVII f. 19; ex ANTIQUIORIBUS (praeter DÍAZ DE RIVAS) HÜBNER II 3098 (BLÁZQUEZ 1962, 213; VIVES, *ILER* 871); ALMAGRO BASCH 1984, 77–78 n. 12. – Cf. HOLDER 1896/1913, II 246; ALBERTOS 1966, 133, quae amplius de

nomine *Litio* disseruit; BLÁZQUEZ 1975a, 119; ALBERTOS 1983, 483, quae dubitat de nomine dearum; OLIVARES 2002, 130.

2 Ex STRADA, GRUTER. – 3 *Primicenius* traditur. – 4 *Litio* traditur; *Litio* pro *filio*? MOMMSEN apud HÜBNER, *Litio(n)* proposuit HOLDER, qui lectionem traditam in dubium vocavit.

Nomen *Litio* aliunde non novimus; vide nomina gentilia *Velitius*, *Olitius*, cet. et nomen Graecum *Litus* (SOLIN 2003, 926–927). Etiam cogitari potest de cognatione Celtiberica *Litiq(um)*, aliunde ignota, sed vide titulum sepulcralem Segobrigensem 13, 491, in quo defunctus *Privatius Liticus* appellatur. *Liticus* formam Latinam cognationis *Litiqum* esse veri simillime est.

Lumiae aut *Lumii* ignoti sunt inter numina Celtiberica, vide OLIVARES 2002, 130.

Tit. ex genere saec. II–III tribuendus esse videtur. J. M. A.

13, 223 tit. sacer

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus compositae, nunc ita fractum, ut supersint fragmenta dextrum sinistrumque, dum desit medium nonnullis litteris deperditis in medio versuum, in fronte expolitum, in lateribus et a tergo quoque levigatum 57,5 × 45 × 95. In facie sursum versa anathyosis scabra in formam parallelogrammi redacta intra margines scabros. Area titulo inscribendo destinata excavata, cymatio inverso cincta 52,5 × circ. 34. Versus congruenter ac concinne ordinati. Litt. accurate insculptae 4,5 (v. 1), circ. 3,2–3,5 (v. 3–8); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus coemeterii aevi Visigothicae, ubi parallelepipedum tunc fractum in usum posteriorem in sepulcro 189 immissum erat (inv. n. 48443; S-170), de quo amplius egit ALMAGRO BASCH. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 1990.



Mer[ur]io
[Aug(usto)]
M(arcus) [-7?]-s
B[- -]
 5 *M(arcus) Val[er]ius*
Eu[- -]us
Vivir[i] Aug(ustales)
d(e) s(ua) [p(ecunia) f(ieri)] i(usserunt)

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1975a, 91, 123–124 cum im. phot. fig. XXIV 1–2, XXV; ID. 1984, 117–118 n. 36 cum im. phot.; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 244 (*HEp* 2, 1990, 380); ABASCAL 1990a, 271–272 n. 1 cum im. phot. fig. 11 (*AE* 1990, 595; *HEp* 4, 1994, 365), inde pendet BARATTA 2001, 26–28 n. T9 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 11. – Cf. ABASCAL 2000, 30 cum im. phot.; ABASCAL et AL. 2007, 692 cum im. phot. fig. 5. 693; MOYA 2009, 113 n. 49.

7–8 supplevit ALFÖLDY.

1 *M(arco) F(abio?) [Pedan?]io* ALMAGRO BASCH 1975a; *M(arco) Fr[ontini]o* ALMAGRO BASCH 1984; correxit ABASCAL, quem secuta est BARATTA. – 4 *Ba[- -]* ALMAGRO BASCH. – 6 *Iu[- -]us* ALMAGRO BASCH, ABASCAL, quem secuta est BARATTA. – 8 *d(e) s(e) [b(ene)] m(erenti)* ALMAGRO BASCH, correxit ALFÖLDY 1987.

De invocatione Mercurii in titulis Hispanicis vide BARATTA 2001.

Ex genere et ex literarum formis saec. II in. vel med. videtur. J. M. A. – G. A.

13, 224 (= II 3099) tit. sacer

Tabula (?) supra a dextra fracta. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in edificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Latet aut periit. Contuli ex im. a FERNÁNDEZ del.



Mercur[io]
Tib(erius) Claudi(us)
Prosodus
v(otum) ◦ s(olvit) l(ibens) ◦ m(erito) ◦

Im. a FERNÁNDEZ del.

FERNÁNDEZ 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 151 cum im. del. (CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 3; CORNIDE. circ. 1794, ms. R. A. H. sign. 9/3895/10; CORNIDE 1799, 183 n. 14 tab. 6 n. 14 cum im. del.; WICKERT, sched.); e FERNÁNDEZ et CORNIDE pendet HÜBNER II 3099 (VIVES, *ILER* 263; PIERNAVIEJA 1977, 176); ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 61–62 n. 3 cum im. a FERNÁNDEZ et CORNIDE del.; BARATTA 2001, 28–29 n. T.10 cum im. ab eis del. fig. 12–13. – Cf. WEAVER 1972, 24; CURCHIN 1987, 80; LOZANO 1998, 173; MOYA 2009, 110 n. 6.

2 *Claudi* CORNIDE 1799; *Claudi[us]* BARATTA.

Nomen Graecum *Prosodi* (SOLIN 2003, 1341) aliunde in titulis Hispanicis non novimus, sed vide nomen gentile *Proso-dia* in tit. Emeritensi *EE* VIII 373 n. 50. In Italia et in provinciis transmarinis nomen saepius occurrit.

Cum nomen et cognomen eum, qui votum solvit, libertum Augusti fuisse monstrare videatur, tit. saec. I med. esse videtur.

J. M. A.

13, 225 tit. sacer

Arula ex lapide calcario, in parte sinistra supra infraque fracta, corona prorsus deperdita, crepidine undique prospicienti praedita, in lateribus et a tergo quoque levigata (11,3) × (9) × (7). Litt. minus accurate et minus profunde insculptae, ex parte evanidae circ. 0,9/1,1. Rep. Segobrigae d. 27 m. Iul. a. 2009 in effossionibus inter theatrum et forum institutis (UE 13133 n. 1, *punto* 34; S-731/175440). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. d. 8 m. Iul. a. 2010; recognovimus m. Sept. a. 2010.



Fig. a



Fig. b

[Mi]nerve (!)

++TO

ex vot(o)

Fig. a: Im. a J. M. A. del.

Fig. b: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL et AL. 2010, 71 n. 1 cum im. phot. (*AE* 2010, 738; *HEp* 19, 2010, 135); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 145–146 n. 127 cum im. phot., qui editionem priorem correxerunt.

Litt. E v. 1 ex. et 3 in. duabus hastis rectis indicata. – 1 in. supersunt lineolae duae ad litt. N pertinentes.

1 ++RV+ ABASCAL et AL. 2010.

Titulus ex usu II pro E veri simillime saec. I tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 226 tit. sacer

Arula ex lapide calcario infra fracta, corona undique prospicienti praedita, olim pulvinis instructa, superne a dextra mutila, undique levigata, in fronte satis laesa ex parte adesa (14) × 17 × 14. Litt. circ. 2/2,5. Rep. Segobrigae m. Nov. a. 1982 in effossionibus inter theatrum et forum institutis (sign. SG-1982-TEA; S-152). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. d. 19 m. Mart. 1985. Recognovit J. M. A. d. 14 m. Apr. a. 2011.



Silvan-

o [- -] deo

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 92–93 n. 21 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 311). – Cf. VÁZQUEZ 1991, 109 n. 9.

1–2 *Silvan(o) | [- -] deo* ALMAGRO BASCH.


Tit. ex genere monumenti saec. I–II esse videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 226a tit. sacer

Ara ex lapide calcario pallido ex duobus fragmentis coniuncta superne fracta, crepidine undique prospicienti praedita, in parte antica laesa (51) × 36 × 32. Pars media (29) × 23,5. Litt. accurate insculptae 3 (v. 2–4), 2,5 (v. 5–7), 1,8 (v. 8–9). Hederae in v. 2 et 4, punctum triangulare

deorsum directum v. 3. Rep. Segobrigae a. 1995 in effossionibus thermarum aetatis Flaviorum, ubi lapis in usum posteriorem in muro medii aevi immissus erat (sign. 1996, sala 4, muro 31, C-388; 40186; S-219) prope domum Romanam privatam dedicantis (cf. FERNÁNDEZ DÍAZ – CEBRIÁN 2004); a. 1996 translata est in M. S., ubi servatur inter reposita. Ibi descripsimus a. 1998; iterum iterumque recognovimus a. 2001, 2004, 2005.



[Δ]ι
 Θεῶ ◦ Με-
 ◦ γίστω
 Γ(άιος) ◦ Ἰούλιος
 Σιλουα-
 νός
 κατ' εὐχῆν
 ἱερὸν
 εἰδρύσατο.

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY 1998, 157–168 cum im. phot. (AE 1998, 778; SEG XLVII 1997, 433 n. 1540; HEP 8, 1998, 278); ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 201 n. 3 cum im. phot. fig. 3; LEFEBVRE 2006, 279–280; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 161 n. 150 cum im. phot.; DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2013, 227; EAD. 2014, 513–514 n. 461 cum im. phot.; DOMERGUE 2014, 241–245. – Cf. ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 164 cum im. phot. fig. 116; ABASCAL 2000, 25–26 cum im. phot. fig. 1; ALFÖLDY 2005, 61; RUIZ DE ARBULO – CEBRIÁN – HORTELANO 2009, 97; HIRT 2010, 133 cum adn. 161; ALFÖLDY 2011c, 205.

Litt. capitales, sane litt. quaedam cursivae (E in forma E, Σ in forma C), Ω et capitalis et cursiva (in forma Ω et G).

C. Iulius Silvanus haud dubie idem est ac C. Iulius Silvanus Melanio (PIR² I 581; affirmant ABASCAL – ALFÖLDY 1998; dubitat P. LE ROUX ad AE 1998; cf. DE HOZ 2014; GARCÍA BELLIDO; bibliographia amplior extat apud ABASCAL – ALFÖLDY 1998), qui fuit tribunus cohortis I Vardullorum in Britannia, flamen Pomonalis Romae, procurator Augusti ferrariarum et argentariarum per provincias XXIII, procurator Augusti rationis privatae per provincias [- -], procurator ferrariarum Galliarum, procurator Augustorum provinciae Hispaniae citerioris, vide ABASCAL – ALFÖLDY 1998.

De voce ἱερὸν εἰδρύειν (sacellum condere) vide DE HOZ GARCÍA-BELLIDO 2014. Sacellum, de quo agitur, ignotum est.

Ara cum titulo posita esse videtur eo tempore, quo C. Iulius Silvanus Melanio officia in Hispania gessit, i. e. inter annos 198 et 211. Convenit forma litt. G. A. – J. M. A.

13, 227 tit. sacer

Arula ex lapide arenario undique attrita, corona crepidineque undique prospicientibus praedita, pulvinis instructa 15 × 10,5 × 7; pars media 7 × 9,5 × 5/5,8. Litt. circ. 1,5. Rep. ante a. 1989 in effossionibus in teatro institutis (inv. n. 62603; S-286). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2002; recognovimus a. 2004.



Ti[- -?]
 +[- -?]
 [- - - -?]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 152 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (HEP 10, 2000, 214); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 153 n. 139.


1 in. litt. T, quam secuta est litt. I neque E. – 2 + est hasta acclivis ad litt. A vel M pertinens.

2 A[- -] ABASCAL – CEBRIÁN 2002a.

Post v. 2 litterae fortasse depictae erant. J. M. A. – G. A.

13, 228 tit. sacer (?)

Fragmenta tria tabulae ex lapide calcario flavo in fronte expolitae et a tergo levigatae, margo nusquam servata. Frg. *a* (8) × (10) × 2,5. Frg. *b*, *c* inter se coniuncta (19) × (16) × 2,5. Litt. satis accurate insculptae 4,2. Puncta triangularia sursum directa. Frg. *a* in lucem prodiit d. 9 m. Sept. a. 2009 in effossionibus cryptoporticus ad orientem versus a loco q. d. *termas del teatro* institutis (UE 13292, n. 2, punto 67; 175443; S-734) una cum tit. 13, 771 et 13, 804. Frg. *b*, *c* in lucem prodierunt in eodem loco d. 4 m. Sept. a. 2009 (UE 13266 n. 1, punto 56; 175442; S-733). Servantur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2010.



Ex ordinatione fuit fere:

[- -]ae ° A[- -]
 [- -]us [..]
 [- -]aedil[is]
 [d(e) s(uo) ?] ° p(osuit?)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

Frg. *a*: ABASCAL et AL. 2010, 77 n. 9 cum im. phot.

Frg. *b-c*: ABASCAL et AL. 2010, 72–73 n. 4 cum im. phot. (AE 2010, 739).

Frg. *a-c*: ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 146–148 n. 130 (HEp 19, 2010, 138). – Cf. CURCHIN 2015a, 105 n. 1195.

Fuisse videtur: [- -]ae ° A[ugustae?] | [- -]us [- f(i)lius] | [- -]aedil[is] | [d(e) s(uo) ?] ° p(osuit?)


1 cogitari potest de [Fortun]ae A[ugustae] vel [Minerv]ae A[ugustae] vel sim. – 2 latent praenomen et nomen dedicantis. – 4 [d(e) s(uo)] p(osuit) aut [d(e) s(ua)] p(ecunia).

Aediles Segobrigenses redeunt etiam in tit. 13, 230. 246–247. 287. 291–292.

Tit. ex litterarum punctorumque formis ad imperatorem quendam saec. I prioris spectare videtur. J. M. A. – G. A.

13, 229 tit. sacer (?)

Tabula ex lapide calcario albo supra, infra et a sinistra fracta, ex duobus fragmentis coniuncta (21) × (24) × 2,6. Litt. satis accurate insculptae 5,3 (v. 1), 5 (v. 2–3); v. 3 punctum triangulare sursum directum. Fragmenta in lucem prodierunt m. Dec. a. 2002 in effossionibus partis septentrionalis fori iuxta cryptoporticum (S-382. Frg. sinist.: UE 5912 n. 1; 85630. Frg. dext.: UE 903 n. 1; 76082). Servantur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsimus a. 2003.



-----?

[- -]? Au]gu[sto]

[- -]? Va]lerius

[- -]us ° ae[d(ilis)?]

-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 229 n. 24 cum im. phot. (AE 2003, 998; HEp 10, 2000, 315); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 26–27 n. 2. – Cf. CURCHIN 2015a, 105 n. 1194.

1 fuit [Marti Au]gu[sto], [Divo Au]gu[sto] vel sim. De vocibus *Augustus* vel *Augusta* in titulis sacris vide amplius PANCIERA 2003/06. – 2 in. supplendum esse videtur verbum *sacrum* et praenomen dedicantis. – 3 ex. hasta recta satis probabiliter ad litt. E pertinet, sed cogitari potest etiam de litt. D, P, R cet. De aedilibus Segobrigensibus vide titulum antecedentem.

Tit. ex litterarum punctorumque formis ad imperatorem quendam saec. I prioris spectare videtur. J. M. A. – G. A.

13, 230 (= II 3100) tit. sacer

Parallelepipedum (fortasse fragmentum arae) ex lapide calcario supra et infra et a sinistra fractum, undique levigatum, in fronte pectine ferreo dolatum (33) × (36) × 26. Versus dextrorsum ordinati. Litt. accurate insculptae 5,5 (v. 1; litt. L longa 6,5), 5 (v. 2; litt. I longa 6), 4,5 (v. 3; litt. L longa 5). V. 3 hederæ. Rep. Segobrigae ante a. 1799, sed ubi in lucem pervenerit, nescimus. Servabatur *Madrid* in R. A. H. (vide ABASCAL – GIMENO 2000, 115–116), ubi inter al. viderunt CORNIDE et postea HÜBNER a. 1861; deinde translatum *Madrid* in M. A. N., a. 1907 (exp. 1907/32/64; inv. n. 38359) et a. 1973 in *M. S.*, ubi servatur inter reposita. Ibi descripsit G. A. a. 1985. Recognovit J. M. A. a. 1999.



[- -] Albanus
 [- -] Melmaniq(um)
 [- -]us ° v(otum) ° l(ibens) ° m(erito)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

CORNIDE 1799, 185 n. 41 cum adn. 2 tab. 7 n. 41 cum im. del., qui habuit ex ms. a C. M. TRIGUEROS conscripto, quod nunc latet aut periit (e CORNIDE pendet WICKERT, sched.); HÜBNER II 3100 (VIVES, *ILER* 707); FITA, ms. *R. A. H.* sign. 9/7581 (apud ABASCAL 1999a, 89. 184–185 n. 37/7. 187 fig. 49); RIVERO 1933, 15 n. 43; BLÁZQUEZ 1962, 218 cum im. phot. in *M. A. N.* sumpta fig. 102; ALBERTOS 1975, 15 n. 123, quae vidit (RIVERO 1984, 410; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 131. 158 n. 147; EAD. 1986b, 72 n. 147); ALMAGRO BASCH 1984, 87–19 n. 18 cum im. phot. (BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT 1988/91, 169 cum im. phot.); ABASCAL – GIMENO 2000, 115–116 n. 148 cum im. phot. – Cf. HOLDER 1896/1913, I 50; UNTERMANN 1975, I 254; BLÁZQUEZ 1975a, 124; EUND. 1986a, 249; UNTERMANN 1997, 597; WODTKO 2000, 254; VALLEJO 2005a, 361. 573. 608; NAVARRO et AL. 2011, 110.

1 in. sine dubio cernitur pes litt. A. – 2 in. litt. M fuisse iam vidit ALBERTOS, quae etiam v. 2 ex. litt. Q (non O) intellegendam esse percepit. 2–3 [A]elmanio | v(otum) s(olvit) v(otum) l(ibens) m(erito) BLÁZQUEZ 1962; Melmaniq(um) (??) [- -] [fili]us ALBERTOS; Melmaniq(um) | v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) GONZÁLEZ RODRÍGUEZ; [A]elmanio | v(ivus) s(olvit) v(otum) l(ibens) m(erito) ALMAGRO BASCH, BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT. – 3 v(otum) l(ibens) m(erito) [s(olvit)?] ABASCAL – GIMENO.

Titulus sacer sine dubio fuit, ut monstrant formulae v. 3 ex. “In ... aelmanio dei alicuius nomen videtur latere” HÜBNER ad v. 2 haud recte. Nomen dei sive deae omissum esse videtur, quod occurrit in titulis nonnullis in templis vel sacellis privatis positus, de qua re vide ENCARNACÃO 1987, 305–310. Melmaniq(um) est nomen cognationis Celtibericae, quod occurrit etiam tit. *AE* 1987 642, *Riba de Saelices (Guadalajara)* rep. Id e nomine Melmanios derivatum esse opinatus est UNTERMANN 1997, 597 monstrans tit. Celtibericum, q. d. *Botorríta III* col. I–27; cf. etiam WODTKO 2000, 254. Nomen Melmani (casu gen.) etiam occurrit tit. II 2803; *AE* 2005, 752. Nomen dedicantis ergo fuisse videtur [- -] Albanus [- -] Melmaniq(um).

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I esse videtur.
 J. M. A. – G. A.

13, 231 (= *EE VIII* 434 n. 181) tit. sacer

Arula ex lapide calcario undique levigata, corona prospicienti praedita, infra fracta, nunc opere gypseo restituta (9) × 8 × 7,5, a sinistra ex parte laesa, ubi litterae sine dubio perierunt. Versus sinistrorsum ordinati. Litt. inter lineas ad delineandum ductas leviter insculptae 0,7 (v. 1) 1 (v. 2–5); puncta rotunda. Rep. Segobrigae a. 1892 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris), en la cámara principal del columbario QUINTERO, i. e. in apodyterio thermarum, q. d. *termas del teatro*, una cum titulis 13, 214 et 13, 311. Primum servabatur *Madrid* in *M. A. N.*, deinde in *M. S.* a. 1973 translata est. Ibid. servatur inter reposita (*referencia S-019*), ubi descripsit G. A. a. 1985. Recognovit J. M. A. a. 2011.



Elvia (!)
 Máuca
 pro ° Elv-
 [i]a (!) ° Marce-
 5 [ll]a ° v(otum) ° s(olvit)
 - - - - - ?

Im. phot. a W. K. sumpta.

FITA 1892d, 139 ex im. a P. QUINTERO del. in epistula a R. GARCÍA SORIA missa; id. 1892f, 250 (HÜBNER, *EE VIII* 434 n. 181, qui ex ectypo et delineatione a FITA missis descripsit); PARIS – QUINTERO 1902, 191 adn. 2; QUINTERO – PARIS 1902, 251 (*AE* 1903, 185); QUINTERO 1913/2007, 104–105 n. 17 cum im. del.; ALMAGRO BASCH 1984, 71–74 n. 9 cum im. phot. (BLÁZQUEZ – GARCÍA-GELABERT 1988/91, 168). – Cf. PALOMERO 1987, 81.

Litt. A v. 1–2, 4–5 loco hastae libratae hasta declivis ex hasta altera exorta; litt. L v. 1, 3 cum hasta acclivi insculpta.

1 *L(aribus) via(libus)* OMNES. – 2 *Amauca* FITA, PARIS – QUINTERO; *Mauca* (sive *Amauca*) HÜBNER; *Mauca* ALMAGRO BASCH. – 3 *pro fi(lia)* FITA. Lectionem v. 1 nobis dedit J. VELAZA per litteras.

Nomen Maucae recurrit in tit. XI 2361, nomen Amaucae nusquam invenitur.

Ex litterarum formis saec. II tribuit HÜBNER, fortasse recte.
 G. A. – J. M. A.

13, 232 tit. sacer

Arula ex lapide calcario (ex lapicidinis ad montem *Buixcarró*, *V* sitis; *giallo antico* ABASCAL – CEBRIÁN minus recte), corona crepidineque undique prospicientibus praedita, superne fracta, in fronte, a tergo et ab utroque latere expolita 11 × 8,5 × 7,5; pars media 3 × 5,6 × 5,2. Litt. circ. 0,6/0,8; puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae a. 1995 in effossionibus frigidarii thermarum aetatis Flaviorum (*Sala* 3, C-160; inv. n. 62298; S-207) una cum tit. 13, 213 et 13, 757 et arulis hodie sine titulis, qui fortasse olim picti erant (ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, n. 154 et 156). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999 et R. C. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004.



C(aius) ◦ H(- - -) ◦ E(- - -)
v(otum) ◦ l(ibens) ◦ s(olvit) ◦

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 200–201 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (*HEp* 10, 2000, 179); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 162 n. 151. – Cf. ABASCAL 1998a, 131.

Ex eo, quod ara nomine dei caret (vide ENCARNÇÃO 1987, 305–310; ABASCAL 1995b, 50–51), satis probabiliter ad sacellum domesticum pertinuit.

Titulus ex genere et ex litterarum formis et ex usu lapidis calcarii ex lapicidinis ad montem *Buixcarró* (*V*) sitis (cf. CEBRIÁN 2008, 101–113) saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 233 tit. sacer

Ara ex lapide calcario pallido, superne resecta et a sinistra fracta, crepidine undique prospicienti praedita atque levigata (22) × 31 × 25; pars media (10,5) × 28 × 22. Litt. accurate insculptae 3 (v. 2), 2,5 (v. 3); punctum rotundum. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus in theatro a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 88548; S-004). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985, recognovit J. M. A. a. 2004, contulimus a. 2004.



[Pu]b[li]ci[us]
[Ve]recu[nd]us
ex ◦ voto

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1982a, 348–350 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 1982, 599); ALMAGRO BASCH 1984, 68–69 n. 7 cum im. phot.

1 *Her[cl]i* ALMAGRO BASCH 1982a; *G. Licini[us]* ALMAGRO BASCH 1984.

Tit. ex litterarum formis saec. II videtur. J. M. A. – G. A.

13, 234 tit. sacer

Arula ex lapide calcario pallido ex duobus fragmentis coniuncta, superne resecta, a tergo et ab utroque latere fracta, in fronte minus levigata (12,5) × (19) × (8). Litt. 3; punctum rotundum. Rep. a. 1995 in effossionibus frigidarii thermarum aetatis Flaviorum (*Sala* 3, n. C-159; inv. n. 40171; S-208). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999; recognovimus a. 2004.



Pu[si]n-
na ◦ ex vo-
to

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 201–202 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (*HEp* 10, 2000, 180); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 162–163 n. 152.

1–2 [*P*]usinna, ABASCAL – CEBRIÁN 2000.

Cognomen mulieris Latinum *Pusinna* (KAJANTO 1965, 78. 299) simile est ac nomina quaedam Celtica et Lusitanica (PALOMAR 1957, 93; ALBERTOS 1966, 188; EAD. 1977a, 48; EAD. 1979,

145), recurrit in nonnullis titulis Hispanicis (ABASCAL 1994a, 475).

Tit. ex litterarum formis saec. II-III videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 235 tit. sacer

Arula ex lapide calcario albo, superne fracta, in fronte et ab utroque latere laesa et adesa, crepidine undique prospicienti praedita (13) × 16 × 12. Litt. 1,5; punctum rotundum v. 4. Rep. a. 2001 inter lapides cumulos prope locum q. d. *basílica visigoda*, in effossionibus circ. a. 1980 institutis (sign. PBAVIS/2001/2; 62602; S-313). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



-----?
[- - -]+[- - -]
[S]empron[- - -]
Tuc[- - -]
ex ° vq[to]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 152–153 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (AE 2002, 811; HEP 10, 2000, 215); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 302–303 n. 346 cum im. phot.

1 + est hasta recta. – 2–3 *Sempron(ia) | Tuc[be]* ABASCAL – CEBRIÁN 2002a.

Tit. ex litterarum formis saec. II-III videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 236 (= II 3101) tit. sacer

Arula ex lapide calcario pallido, superne et a tergo et ab utroque latere fracta, in fronte levigata, crepidine prospicienti praedita (26) × (26) × (27,5); crepido alta circ. 12. Litt. 4; puncta rotunda. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Deinde latebat. Denuo in lucem prodit a. 1982 in effossionibus a M. ALMAGRO BASCH eodem loco institutis (S-117; inv. n. 162194). Servatur M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004.

[- - -]us
[v(otum)] s(olvit) ° l(ibens) ° m(erito)

Im. phot. a W. K. sumpta.



FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 14v; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(35) n. 3 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 155; e FERNÁNDEZ pendet J. DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 100 n. 3 cum im. del.); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 151 cum im. del.; CORNIDE 1799 tab. 7 (ante p. 185) n. 32 cum im. del.; ex PRIORIBUS, HÜBNER II 3101; ALMAGRO BASCH 1984, 277–278 n. 135 cum im. a PRIORIBUS del. et im. phot.

Tit. ex litterarum formis saec. I-II videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 237 tit. sacer

Ara ex lapide calcario pallido, in fronte et a tergo levigata, undique fracta (22) × (18,5) × 17. Litt. circ. 6,5; puncta rotunda v. 2. Rep. a. 1999 in effossionibus moenium ad orientem a theatro versus (UE 8 n. 123; 19653; S-268). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001.



[- - -?] (vac.) + V[- - -]
[v(otum)] s(olvit) ° l(ibens) ° m(erito)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 153 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (AE 2002, 812; HEP 10, 2000, 216); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 331 n. 396 cum im. phot.

1 + est hasta recta.

Tit. ex litterarum formis saec. I-II videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 238 (= II 3094) tit. sacer

Arula superne fracta, reperta ab A. DE MORALES circ. a. 1572 prope fanum Dianae loco q. d. *El Almudejo* (vide supra tit. 13, 207–211). *Un pedazuelo de piedra de una arula muy pequeña, y no tenia mas que estas letras MORALES* apud MORALES – CANO et CORNIDE. Perit. Contulimus e MORALES.

 ex vot(o)
 -----?

MORALES, ms. circ. 1572/77 (MORALES – CANO 1792, 103; CORNIDE 1799, 231; HÜBNER II 3094); ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 93–94 n. 22; ALFÖLDY 1985a, 155 (*HEp* 1, 1989, 339). – Cf. QUINTERO 1913/2007, 62–63.

EX VOT MORALES.

G. A. – J. M. A.

13, 239 tit. sacer

Ara ex lapide calcario, superne et infra a tergo et a sinistra fracta, crepidine undique prospicienti praedita, in fronte et ab utroque latere levigata (32) × 32 × (22); punctum rotundum. Litt. circ. 3/3,5. Rep. a. 1971 in effossionibus proscenii theatri institutis (inv. n. 195076; S-790). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. d. 19 m. Mart. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2010.



 [- -]++[- -]
 ex ° vot(o)

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 94 n. 22 bis (*HEp* 1, 1989, 312)

1 + prior est pes litt. E aut L, altera est hasta recta.

Tit. ex litterarum formis saec. II vel III esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 240 tit. sacer (?) vel sepulcralis (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario ex duobus fragmentis coniunctum, infra et ab utroque latere laesum, undique pectine ferreo dolatum 46,5 × (68) × 33. Sub v. postremo spatium altum circ. 23 non inscriptum extat. Litt. 9,5 (v. 1), 8 (v. 2); punctum rotundum v. 2. Frg. minor rep. est in parte meridionali fori, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat (*UE* 5657) prope monumentum magnum porticus meridionalis (infra 13, 243); frg. maior prodiit in lucem m. Aug. a. 2002 in effossionibus in parte meridionali fori institutis (*UE* 5657 n. 1; 86099; S-366). Servantur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



[- -]L(- -) Pr[i]s[cus]
 [- -]+am ° uxor[-?]
 [- - - - -?] (vac.)
 [- - - - -?] (vac.)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 257–258 n. 2 cum im. phot. (*AE* 2003, 978; *HEp* 10, 2000, 293); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 27–28 n. 3.

2 + est hasta recta ad litt. E vel L pertinens.

1–2 [- - Ga]ll(eria) (?) Pr[i]s[cus] | [per - -]+am ° uxor(em)

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN, ubi amplius de genere tituli egimus.

Ex mensuris excludere potest parallelepipedum basim statuatae fuisse.

Tit. ex litterarum formis saec. I esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 241 tit. sacer

Arula ex lapide calcario superne fracta, crepidine undique prospicienti praedita, quae ex parte perit, (21) × 22,5 × (15,5); pars media (10,5) × 16,5 × 12,3. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 3,5. Rep. a. 1997 in effossionibus in palaestra thermarum aetatis Flaviorum institutis, ubi lapis in usum posteriorem muro recentioris aevi immissus erat (*Sala* 4, *muro* H1 n. 6; inv. n. 19339; S-224). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999; recognovimus a. 2004.



 BACQ

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 202 n. 5 cum im. phot. fig. 5 (*HEp* 10, 2000, 181); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 163 n. 153.

Baco pro Baccho aliunde non novimus, [- -]baco ergo pars nominis dedicantis fuisse potest, res tamen in dubio manet.

J. M. A. – G. A.

13, 242 tit. sacer (?)

Ara ex lapide calcario supra fracta, crepidine praedita, quae ex parte periit, undique pectine ferreo dolata (28) × (19) × (18,5). Rep. Segobrigae d. 10 m. Iul. a. 2009 in effossionibus inter theatrum et forum institutis (*UE* 13021 n. 1, *punto* 7; inv. n. 175436; S-727). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2010 et R. C. im. phot. sumpsit.

[- -]++[- -]

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL et AL. 2010, 72 n. 2 cum im. phot. (*HEp* 19, 2010, 136); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 146 n. 128.

1 ++ sunt hastae acclives fortasse ad litt. V pertinentes.

J. M. A. – G. A.



Tituli imperatorum domusque eorum
(13, 243–266)

13, 243 tit. sacer imperatori (?) dedicatus

Monumentum magnum (probabiliter ara) e parallelepipedis calcariis compluribus constructum, quorum supersunt parallelepipeda duo (alterum inscriptum, alterum sine tit.) et insuper monumenti crepido in fronte et ab utroque latere prospiciens, sed monumenti pars superior e toto deperdita est. Crepido 43 × 370 × 250, parallelepipedum inscriptum a dextra fractum, pectine ferreo dolatum 83 × (75) × 46,5. Litt. 6,2 (v. 1) 6,5 (v. 2); v. 2 ex. punctum triangulare deorsum directum. Monumenti integri magnitudo olim 126 × 370 × 250, partis mediae magnitudo 83 × circ. 322 × circ. 226 fuisse computatur. Rep. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori (pars media inscripta: *UE* 5520 n. 1, inv. n. 86092; S-363; crepido: *UE* 5519). Servatur in situ, ubi descripsimus a. 2002.

pot[estate - -]
sacr(um) ° d[ecreto decurionum (?)]




Fig. a




Fig. β

Fig. a: Im. a J. M. A. machina computatoria del.

Fig. β: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 258–260 n. 3 cum im. phot. et im. del. (*AE* 2003, 979; *HEp* 10, 2000, 294, ubi J. GÓMEZ-PANTOJA de tempore, quo monumentum factum est, dubitavit sine idonea causa); ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 221 cum fig. 3 n. 27. 222. 230 cum fig. 13–14. 236 n. 27. 242; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 28–30 n. 5 cum im. phot. et im. del. – Cf. ABASCAL et AL. 2007, 695–697 cum im. del. fig. 8; VELAZA 2012, 406.

Fuisse videtur: [*Imp(eratori) Caesari Divi f(ilio) Augusto | pontifici maximo | imp(eratori) X- - co(n)s(uli) XIII tribuni- cia] | pot[estate XX- - patri patriae] | sacr(um) ° d[ecreto decurionum (?)].*

De honoribus Augusti vide KIENAST – ECK – HEIL 2017, 53–58; de ordine honorum in titulis tradito cf. ALFÖLDY 1991a, 295 cum adn. 10; EUND., 1992, 22–23.


Invocatio *sacr(um)* in titulis imperatorum undique recurrit (ALFÖLDY 1990, 84 cum adn. 97; ID., 1991a, 303) ex eo, quod principes se numen habebant et cultum gentium populique in formam deorum receperunt.

De forma arae vide nummos Augustae Emeritae et Tarracone cusos (RPC I 28, 35, 36, 45, 218, 221, 225, 231), de quo amplius tractavimus ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 258–260.

Titulus dedicatus est non ante d. 4 m. Febr. a. 2 a. C. n., in quo Augustus pater patriae fuit, et non post a. 14 (vide KIENAST – ECK – HEIL 2017, 56–57). G. A. – J. M. A.

13, 244 (= II 3102) tit. honorarius mulieris domus imperatoriae (?)

Lapis cuius generis fuerit, nescimus. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda; visto y reconocido el día 9 de nov(iembr)e de (17)89* FERNÁNDEZ. Descripsimus, ut potuimus, ex imaginibus a FERNÁNDEZ et CORNIDE del. Periit.



Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 15r. 27r; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(32) n. VI (apographum a DE SANTIAGO PALOMARES factum ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 98 n. VI; publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117 n. 153); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 151 cum im. del.; CORNIDE 1799, 181 n. 3 tab. 5 n. 3 cum im. del., ubi *dedicación hecha por algun sugeto à una tia suya, llamada Livia* esse putavit; ex eis HÜBNER II 3102; ALMAGRO BASCH 1984, 95–96 n. 23 cum im. del. a PRIORIBUS tradita. – Cf. RADA – FITA 1889, 123; ÉTIENNE 1958, 400 cum adn. 5; HURLET 1997, 493, 597.


1–2 *Livia[e Drusi filiae] uxori Caesaris Aug(usti) matri Ti. Caesaris] aviae [Germanici et Drusi Iuliorum Ti. filiorum] [---]* supplere proposuit HÜBNER et tit. Iuliae Augustae tribuit, sed adnotavit etiam cogitare licere de Livia quadam privata agi.

Tit. saec. I tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 245 tit. honorarius imperatoris

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus compositae, nunc superne fractum, in fronte pectine ferreo dolatum, in lateribus et a tergo quoque levigatum 32 × 60 × (54). In parte antica

media foramen profundum ad usum quandam posteriorem excavatum. Litt. minus accurate insculptae circ. 4,5 (v. 2 litt. T longae). Rep. Segobrigae a. 1970 in effossionibus amphitheatri a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 162222; S-153), *en las tierras que cubrían la base del muro norte del anfiteatro* ALMAGRO BASCH, ubi lapis in usum posteriorem adhibitus erat. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2006, iterum a. 2010.



co(n)s(uli) III imp(eratori) V[III]
tribun(icia) o potest(ate) XIX

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 107 n. 30 cum im. phot. (HEP 1, 1989, 313); ALFÖLDY 1987a, 80–81 cum im. phot. tab. VI.2 (HEP 2, 1990, 383); ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1995, 154; ID. 1997, 81–82.

1 omisit ALMAGRO BASCH. – 2 [trib. potest.] XIX ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA.

Titulus ex iteratione honorum imp. Tiberio pertinet. Ex eo, quod titulus nomen dedicantis tacet, fortasse donum municipii decreto decurionum basis fuit.

Tiberius fuit cos. III ex d. 1 m. Ian. a. 18, et tribuniciam potestatem XIX e d. 26 m. Iun. a. 17 usque ad d. 25 m. Iun. a. 18 gessit, qui fuit imp. VIII ex a. 16 (KIENAST – ECK – HEIL 2017, 72). Ergo tit. inter menses Ian. et Iun. a. 18 inscriptus esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 246 (= II 3103)

Fortasse parallelepipedum, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus compositae. Puncta ubique fere posita. Servabatur saec. XVI medio *Uclés*, quamquam sine dubio e Segobriga asportatum est cum titulis compluribus ad mura reficienda coenobii Sancti Iacobi. Periit. Contulimus ex ANTIQUIORIBUS.

DRVSO . CAESARI
TI . AVG . F . DIVI
AVGVSTI . N
DIVI . IVLI . PRON
L . TVRPILIVS . L . F
GEMINVS

Fig. a




Fig. β

Druso ° Cae-
sari ° Ti(berii) ° f(ilio) ° Au-
gusti ° n(epoti) ° Divi
pron(epoti)

- 5 L(ucius) ° Turellius
L(uci) ° f(ilius) ° Geminus
aed(ilis) ° d(e) ° s(uo) ° p(osuit)

Fig. α: Exemplum tituli a GRUTER 236, 6 praebitum.

Fig. β: Exemplum tituli a GRUTER 236, 7 praebitum.

ANTIQUIORES, inter quos LUCENA, ms. 1546 Vat. Lat. 6039 f. 204r (olim f. 436r), qui vidit et duas schedas tradidit versibus aliter divisus (e LUCENA pendent inter alios PANVINIO 1558, comm. fast. ad a. 776 (p. 190); OCCO 1596, 37 n. 13; CANO, in: MORALES – CANO 1792, 106; CORNIDE 1799, 179–180 n. 2; FITA 1888, 396 n. 5 et 9; QUINTERO 1913/2007, 47–48. 51 n. 5. 52 n. 9); F. DE OCAMPO, ms. saec. XVI prioris (servatum in GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 12v (vel f. 20v), cf. GIMENO 1997, 99 n. 112); HONORATO JUAN, ms. saec. XVI prioris (servatum in GALCERÁN DE CASTRO, ibid. f. 261r (vel 313r); cf. GIMENO 1997, 196 n. 784); J. ZURITA, ms. saec. XVI, qui habuit a *Secretario del Duque de Camerino* (servatum in GALCERÁN DE CASTRO, ibid. f. 94r (vel 101r) cf. GIMENO 1997, 174 n. 474); STRADA 1575, 155, 9; SMETIUS 1588, 153 n. 19 (e PANVINIO et e CAROLO CLUSIO, qui tit. vidit); GRUTER 1603, 236 n. 6 “ex Panvinio” et 7 “ex Onufrio et Schotti schedis”; PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 6548 f. 238 (vide HERNANDO 2017, 207); id., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8729/1 f. 65 (HERNANDO 2017, 257); id., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8914 f. 412 (HERNANDO 2017, 300); id., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 13369 f. 31 (HERNANDO 2017, 306); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3103. Ex HÜBNER pendent VIVES, *ILER* 1056 et RODRÍGUEZ COLMENERO 1982, 231–232 n. 81; ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 96–100 n. 24–25, qui tit. duos similes existisse putat haud recte. – Cf. ALFÖLDY 1987a, 77–78 cum adn. 246; CURCHIN 1990, 223 n. 882; ABASCAL 1996b, 66; HURLET 1997, 492; ABASCAL 2003, 143; ABASCAL 2007, 292–293.

2 *TI AVG F* PANVINIO, SMETIUS, OCCO et GRUTER 236, 6. – 2–3 *DIVI AUG. N.* PANVINIO, similiter SMETIUS, OCCO, GRUTER 236, 6. – 3–4 *DIVI IVLI PRON* OCCO et GRUTER 236, 6; *DIVI IVLI PRON vel DIVI PRON* SMETIUS. – 4 *PRO N COS* LUCENA in scheda secunda, CANO, CORNIDE, FITA n. 9, QUINTERO n. 9, ALMAGRO BASCH n. 25 versibus aliter divisus e scheda LUCENAE secunda et e CORNIDE; Drusi consulatus in tit. sine dubio defuit, sed ex tit. Germanici insequente AUCTORES addiderunt, ut postulavit ALFÖLDY recte. – 5 *Turpillius* PANVINIO, *Turpillius* OCCO et GRUTER 236, 6; *Turpillius* vel *Turellius* SMETIUS.


Aediles Segobrigenses redeunt etiam in tit. 13, 229–230. 247. 287. 291–292.

Honoratur Drusus minor (*PIR*² I 219), consul a. 15. Titulus positus est post a. 4 med., quo Tiberius ab Augusto adoptatus est, sed ante a. 14 med., cum Augustus nondum divus et Tiberius nondum Augustus appellatus sit. Ita potissimum

eodem tempore ac tit. insequens positus est, i. e. inter a. 12 et 14.
J. M. A. – G. A.

13, 247 (= II 3104) tit. honorarius

Fortasse parallelepipedum, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus compositae. V. 2 litt. T longa; puncta ubique fere posita. Servabatur saec. XVI medio *Uclés*, quamquam sine dubio e Segobriga asportatum erat, vide titulum antecedentem. Perit. Contulimus ex ANTIQUIORIBUS.



Germanico
Caesari ° Ti(berii) ° f(ilio)
Augusti ° n(epoti)
divi ° pron(epoti)

- 5 c(on)s(uli)
L(ucius) ° Turellius
L(uci) ° f(ilius) ° Geminus
aed(ilis) ° d(e) ° s(uo) ° p(osuit)

Exemplum tituli a GRUTER praebitum.

ANTIQUIORES, inter quos LUCENA, ms. 1546 Vat. Lat. 6039 f. 204r (olim f. 436r), qui vidit, versibus aliter divisus (e LUCENA pendent inter alios PANVINIO 1558, comm. fast. ad a. 765 (p. 187) [OCCO 1596, 37 n. 12]; FITA 1888, 395 n. 3; QUINTERO 1913/2007, 51 n. 3); STRADA 1575, 155, 8; SMETIUS 1588, 153 n. 17 (e PANVINIO et e CAROLO CLUSIO, qui tit. vidit); GRUTER 1603, 236 n. 3 “ex Onufrio et Schotti schedis”; F. de OCAMPO, ms. saec. XVI prioris (servatum in GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris, f. 12v (vel 20v), cf. GIMENO 1997, 98 n. 111); HONORATO JUAN, ms. saec. XVI prioris (servatum in GALCERÁN DE CASTRO, ibid. f. 261r (vel 313r); cf. GIMENO 1997, 195–196 n. 783); J. ZURITA, ms. saec. XVI, qui habuit a *Secretario del Duque de Camerino* (servatum in GALCERÁN DE CASTRO, ibid. f. 94r vel 101r, cf. GIMENO 1997, 174 n. 473); PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 6548 f. 238 (vide HERNANDO 2017, 207); id., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8729/1 f. 65 (HERNANDO 2017, 257); id., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 8914 f. 411 (HERNANDO 2017, 300); id., ms. saec. XVIII B. N. E. sign. 13369 f. 34 (HERNANDO 2017, 306); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3104 (adde DÍAZ DE RIVAS, ms. saec. XVII f. 19); ex HÜBNER pendent VIVES, *ILER* 1050 et RODRÍGUEZ COLMENERO 1982, 232 n. 82; ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 100–102 n. 26. – Cf. ÉTIENNE 1958, 400 adn. 1; ALFÖLDY 1987a, 77–78 cum adn. 246; CURCHIN 1990, 223 n. 882; ABASCAL 1996b, 66; HURLET 1997, 492; ABASCAL 2003, 143; ABASCAL 2007, 292–293.

3 *DIVI AVG N PANVINIO*, similiter *SMETIUS, OCCO*. – 4 *DIVI IVLI PRON PANVINIO, OCCO*; *DIVI IVLI PRON vel DIVI PRON SMETIUS*. – 6 *TVRPILIVS PANVINIO, OCCO*; *TURPILIUS alias TURELLIUS SMETIUS*.

Aediles Segobrigenses redeunt etiam in tit. 13, 229–230. 246. 287. 291–292.


Honoratur Germanicus (*PIR*² I 221), qui a. 4 a Tiberio adoptatus est, cum ipse ab Augusto adoptatus sit. Titulus positus fuisse videtur in foro vel area sacra municipii Segobrigensis inter a. 12, quo Germanicus consulatum primum iniit, et d. 17 m. Sept. a. 14, quo die imperium proconsulare accepit (KIENAST – ECK – HEIL 2017, 74). Cf. tit. praecedentem certe eodem tempore positum. J. M. A. – G. A.

13, 248 tit. honorarius imperatoris (?)

Tabula marmorea cineracea (*bardiglio di Carrara*) a dextra et infra fracta, in angulo superiore sinistro mutila, in fronte et a tergo expolita (26,4) × (29) × 2,7. In faciebus angustis superiore et sinistra extant foramina terebrata ad uncus recipiendos, in quibus vestigia ferrea supersunt. Litt. accurate insculptae 6,5; v. 1 *bedera* deorsum directa. Rep. Segobrigae a. 1989 in effossionibus cryptoporticus septentrionalis fori a G. SESÉ et M. ALMAGRO-GORBEA institutis (*cuadrícula B1, US 6; 42611; S-202*). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1990 et G. A. a. 1992; recognovit J. M. A. a. 2001.

Ti(berio) ° Ç[laudio vel Caesari - - -?]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.



Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 153–154 n. 7 cum im. phot. fig. 5 (*AE* 2002, 813; *HEp* 10, 2000, 219); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 30 n. 6 cum im. phot.


De [G. Iulio?] G. f. G[al. - -]no probabiliter a Segobriga oriundo vide amplius ALFÖLDY 2011a, 357–360 et 382. Qui fuit praefectus equitum ante tres militias ab imperatore Claudio institutas (DEMOUGIN 1988, 340–342), postea adlectus in senatum fortasse ab eodem imperatore, deinde legatus pro praetore Baeticae, legatus legionis I quasi certe in Germania inferiore (RITTERLING 1924/25, col. 1375–1380) et proconsul provinciae, quam titulus tacet.


Titulus saec. I medio tribuendus videtur, i. e. vir veri similiter primus senator ex Segobriga ortus laudatur.

G. A. – J. M. A.

13, 273 (= II 3109) tit. honorarius viri ordinis senatorii

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. satis probabiliter pars media basis statuae equestris ex tribus partibus compositae, undique fractum exceptis faciebus antica et dextra in fronte pectine ferreo dolatum (28) × (18) × (24). Litt. satis accurate insculptae 5,5. Sub v. postremo spatium altum circ. 10 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae inter a. 1789 et 1790 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito (*UE* 11036 n. 12, *punto* 177; inv. 162229; S-175), i. e. loco q. d. *basílica visigoda*, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus est. Deinde latebat. Denuo

in lucem prolatum est d. 23 m. Aug. a. 2006 in effossionibus eodem loco unde a saec. XVIII manebat. Titulus ex foro Segobrigae sine dubio translatus est. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006 et a. 2007.



[- - - co(n)s(uli)?] VII^o vir(o)
[epulonum - - - patr]ono
[d(ecreto) d(ecurionum)?]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k f. 20r et 9/7953/1(31) n. 6 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117 n. 152 edita), inde pendent apographa a DE SANTIAGO PALOMARES del. apud ms. *R. A. H.* sign. 9/5939/16 f. 108 et CORNIDE 1799, tab. 7 n. 30 (post p. 184) cum im. a M. DE PRADO Y MARIÑO del. a. 1794; e FERNÁNDEZ etiam pendet HÜBNER II 3109, qui apographa laudata vidit; ex PRIORIBUS sumpsit ALMAGRO BASCH 1984, 116–117 n. 35 cum im. del. ab eis traditis, qui cum tit. 13, 660 (= II 3110) coniunxit sine idonea causa; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 297–298 n. 341 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 355). – Cf. HOWE 1904, 42 n. 53; ENGESSER 1957, 112 n. 291; ALFÖLDY 1987a, 84 cum adn. 278; ABASCAL 2000, 31 cum adn. 5; EUND. 2003, 153; RÜPKE 2005, 679; LE ROUX 2008, 1008 cum adn. 18; ALFÖLDY 2011a, 392 cum adn. 143.

I VII VII DE SANTIAGO PALOMARES indiligenter; VII vir[o] epulonum patr]ono versibus non divisus HÜBNER, quem secuti sunt ceteri AUCTORES.

Veri similiter monumentum ab ordine decurionum positum est, ita ut in parte nunc deperdito fortasse *d(ecreto) d(ecurionum)* supplendum sit, cf. tit. 13, 267–268.

VIIvir epulonum hic honoratus veri similiter consularis et fortasse legatus Augusti pro praetore Hispaniae citerioris fuit ac tum a Segobrigensibus patronus adoptatus est, cf. tit. 13, 267. Patroni Segobrigensium statua equestri honorati etiam fuerunt C. Calvisius Sabinus (tit. 13, 267), M. Licinius Crassus Frugi (tit. 13, 268) et M. Porcius M. f. Pup. (tit. 13, 283).

Tit. ex genere et ex monumenti forma saec. I in. potius quam med. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 274 tit. honorarius viri ordinis senatorii (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. satis probabiliter pars media basis statuae ex tribus partibus compositae,

undique fractum in fronte levigatum (15) × (18) × (11). Litt. accurate insculptae 4,5; v. 1 in. punctum triangulare. Rep. Segobrigae a. 2001 in effossionibus fori, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat (UE 5000 n. 808; 62607; S-318). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001 et im. phot. sumpsit; recognovit a. 2010, contulimus a. 2011 ad im. phot.



Fig. a



Fig. b

[pro]v[inciae] ° His[pan(iae)]
(vac.) [Ba]etici[ae] - - -] (vac.)

Fig. a: Im. a J. M. A. del.

Fig. b: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 163 n. 26 cum im. phot. fig. 25 (AE 2002, 828 [HEp 12, 2002, 147]; HEp 10, 2000, 238); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 38 n. 16 cum im. phot. et im. del. (HEp 20, 2011, 333); ALFÖLDY 2011a, 382–383 n. 7 cum im. phot. et im. del. fig. 28–29. – Cf. ABASCAL 2013b, 120.

1 [- - - Fla?]v(- - -) His[panus/a?] ABASCAL – CEBRIÁN 2002a. – 1–2 [pro]v. His[pani-?] | ..? Ba]etic[a- - -] proposuit P. LE ROUX ad AE 2002.

Vir honoratus, qui officium senatorium in Hispania Baetica habuit, oriundus a Segobriga satis probabiliter fuisse putavit ALFÖLDY 2011a, 383.

Ex eo, quod provincia Hispania Baetica nominatur (vide ALFÖLDY 1969a, 271; EUND. 1998b, 367–399), titulus aetati Flaviorum vel saec. II in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 275 tit. honorarius viri ordinis senatorii

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. satis probabiliter pars media basis statuae ex tribus partibus compositae, superne et infra et a dextra fractum in fronte levigatum (17,8) × (21,2) × (10). Area titulo inscribendo destinata cymatio cincta. Litt. accurate insculptae 2,8; puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 11 m. Nov. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori (UE 5773 n. 18; 83294; S-384). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



IN+[- - - trib(uno) ple]-
bis ° q[uaestori praef(ecto)]
urb(i) ° f[eriarum Latina]-
rum [- - -]
5 V[ir]i[us] - - -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 267–268 n. 7 cum im. phot. et im. del. (AE 2003, 983; HEp 10, 2000, 298); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 38–39 n. 17 cum im. phot.; ALFÖLDY 2011a, 384 n. 8 cum im. phot. fig. 30. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 239 n. 60; ABASCAL 2013b, 120.

1 + est pars exigua pedis hastae rectae.

Cursus honorum viri senatorii ordine descendenti laudari videtur. Qui fuit post vigintiviratum probabiliter *V[ir]i[us] equitum Romanorum* (?), praefectus urbi feriarum Latinarum, quaestor et *trib(unus) plebis* (?); deinde officium quoddam in initio tituli laudatum gessit. De origine Segobrigensi senatoris vide ALFÖLDY 2011a, 384.

Bases statuarum Segobrigenses area titulo inscribendo destinata cymatio cincta quasi omnes post saec. I med. confectae sunt; ante aetatem Flaviorum in Tarracone desunt (cf. II²/14 p. CVI; vid. ALFÖLDY 1979, 185; ALFÖLDY 2011b, 429–471).

Tit. ex genere et ex monumenti forma saec. I ex. vel. II in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 276 tit. honorarius viri ordinis senatorii (?)

Fragmentum ex lapide calcario undique fractum in fronte expolitum postea pectine ferreo dolatum (30) × (32,5) × (17); titulus integrus fortasse circ. 70 latus. Pars media basis statuae ex tribus partibus compositae vel tabula olim basi statuae affixa fuisse videtur. Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) accuratissime insculptae 4,2. Puncta triangularia deorsum directa, v. 4 punctum posterior sursum directum. Rep. Segobrigae d. 4 m. Oct. a. 2005 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae, ubi lapis in muro medii aevi immissus est (UE 7814 n. 1, punto 192; 133924; S-527). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2005.



Fig. a



Fig. β

 [- - - f(ilio) Gal(eria) - - -]
 [- - -] B[la]n[do] IIIvir(o) cap(itali)
 [trib(uno) m]il(itum) ° leg(ionis) XI[III gem(inae) et leg(ionis)]
 [XIII? ge]m(inae) ° trib(uno) ° l[eg(ionis) VII gemin(ae)]
 5 [feli]cis qua[estori]

Fig. a: Im. a J. M. A. del.
 Fig. β: Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 37–38 n. 15 cum im.
 phot. et im. del. (AE 2011, 547; HEp 20, 2011, 95); ALFÖLDY
 2011a, 360–363 n. III. 382 n. 3 cum im. phot. et im. del. fig.
 3–4. – Cf. ABASCAL 2013b, 120.

1 [- - - F GAL - - -] satis probabiliter supplendum videtur. –
 2 pes litt. B superest, quam sine dubio secuti sunt pedes litt.
 I. A. N. Ex ordinatione melius B[la]n[do] (KAJANTO 1965, 282;
 vide ABASCAL 1994a, 301; LÖRINCZ 2005, 123) quam
 B[la]n[dino] vel B[la]n[diano] (KAJANTO 1965, 282). – 5 Litt. Q
 cauda longa praedita.


Vir polyonymus veri similiter Segobrigae natus Galeriae tribui adscriptus et adlectus in amplissimo ordine Vespasiano vel filiis imperantibus videtur. Qui homo novus ex ordinatione tituli fuit IIIvir cap(italis), tribunus militum legionum trium,

postea quaesturam gessit, de quo amplius tractavit ALFÖLDY 2011a, 360–363.

Titulus ex litterarum formis et ex officiis militaribus aetati Flaviorum tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 277 (= II 3126) tit. honorarius (?) viri ordinis senatorii

Lapis infra et a sinistra fractus; ex genere tituli et ex versuum ordinatione basis statucae vel pars eius ex tribus partibus compositae media fuisse videtur. Versus congruenter ac concinne ordinati. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat. *Revista en 9 de nov(iembr)e* [a. 1789] FERNÁNDEZ. Periit. Descripsimus ad im. del. ab ANTIQUIORIBUS traditas.



[- -] C(ai) f(ilio) ° Gal(eria)

[- -] XVvir(o) s[acr(is)] ° fa-

[c(iundis)? - -] d(ecreto) ° d(ecurionum) °

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 14r. 27r; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(32) n. IV cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117 n. 153; e FERNÁNDEZ pendent DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 98 n. IV [WICKERT, sched.]; CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 10); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 84. 150 cum. im. del.; CORNIDE 1799, 184 n. 24, tab. 6 n. 24 cum im. del.; e FERNÁNDEZ et CORNIDE pendent HÜBNER II 3126; ex PRIORIBUS pendent ALMAGRO BASCH 1984, 216–217 n. 86 cum im. del. ab eis tradita (inde et a PRIORIBUS pendent LE ROUX 2008, 1008 nota 18); ALFÖLDY 1987a, 84 adn. 278 (*HEp* 2, 1990, 379); ID. 2011a, 384–385 n. 9 fig. 31. – Cf. WIEGELS 1985, 134; ABASCAL 2003, 153; ABASCAL 2013b, 120.

1 [- -] F GAL DE SANTIAGO PALOMARES. – 2 [- -] AGR FA CORNIDE, WICKERT, HÜBNER; [s]acr(is) ° fa[c(iundis)] ALMAGRO BASCH, ALFÖLDY contra im. del. traditas, sane versus fa-cadens mirus est. – 3 [- -] P D CORNIDE.

Supplevit ALFÖLDY 2011a.

Ex ordinatione v. 2 solum cognomen viri honorati et partem priorem officii laudati continet. Ex eo, quod consulatum vel alia officia senatoria titulus tacet, senator in collegium sacerdotum cooptatus est ante quaesturam (cf. SCHUMACHER

1978, 769–773). Ex genere tituli et ex tribu senatoris virum oriundum a Segobriga habuit ALFÖLDY, fortasse recte.

Adlectiones ante consulatum in *quattuor amplissima collegia sacerdotum* Vespasiano imperante incipiunt (SCHUMACHER 1978, 769–770).

Titulus saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 278 (= II 3112) tit. honorarius viri ordinis senatorii (?)

Lapis infra et supra et a dextra fractus; ex genere tituli basis statucae vel pars eius ex tribus partibus compositae media fuisse videtur. Area titulo inscribendo destinata cymatio cincta. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. *Está en la iglesia gotica* CORNIDE. Periit. Descripsimus ad im. del. ab ANTIQUIORIBUS traditas.



leg(ionis) ° VI[- -]

Theop[- -]

sevir [Augustalis - -]

-----?

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 20r cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(31) n. 1 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117 n. 152; e FERNÁNDEZ pendent DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 108); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 149 cum im. del.; CORNIDE 1799, 184 n. 22 tab. 6 n. 22 cum im. del. (WICKERT, sched.); e FERNÁNDEZ et CORNIDE sumpsit HÜBNER II 3112; ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 114–115 n. 34 cum im. del. a PRIORIBUS traditis; ALFÖLDY 1987a, 84 adn. 278; ID. 2011a, 385 n. 10 cum im. del. – Cf. CICCOTTI 1891, 73; ÉTIENNE 1958, 256 cum adn. 3; ROLDÁN 1974, 451 n. 545; LE ROUX 2008, 1008 adn. 18.

1 ILGVI CORNIDE, WICKERT. – 3 SEVP CORNIDE, WICKERT.

Theop[hanes], Theop[hilus], Theop[ompus] cet. sevir Augustalis Segobrigensis satis probabiliter titulum fecit in honorem alicuius viri, qui potius senator vel legatus legionis a Segobriga ortus quam tribunus militum fuisse potest, de quo amplius tractavit ALFÖLDY 2011a, 385.

Tit. ex genere et ex cymatio partis anticae saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

Tituli virorum ordinis equestris
(13, 279–282)

13, 279 tit. honorarius viri ordinis equestris

Basis statuæ equestris ex lapide calcario e pluribus partibus composita, ex quibus supersunt parallelepipeda quattuor partis mediae 102,5 × 77,5 × 225 et crepido tribus lateribus prospiciens 30 × 138,5 × 256. Parallelepipedum titulo inscribendo destinatum a dextra fractum et supra a sinistra mutilum, in fronte expositum 50 × 78 × 93,5. Litt. satis accurate insculptae inter lineas ad delineandum ductas 4,5 (v. 1–4; v. 2 litt. T longa 6; v. 4 litt. I longa 5,5), 8 (v. 5). Puncta triangularia deorsum directa (v. 1–4) et *hederæ* (v. 3 et 5). Rep. Segobrigae d. 21 m. Aug. a. 2002 in effossionibus porticus orientalis fori (UE 5730 n. 1; 86091; S-361), ubi servatur *in situ*. Basis olim quasi murus lateralis scalae adhibita est, ut demonstrant vestigia graduum, quae in facie sinistra supersunt. Descripsit J. M. A. d. 22 m. Aug. a. 2002; recognovimus iterum iterumque a. 2002, 2003 et 2010.



Fig. a




Fig. b

[- Ma]nlio ◦ L(uci) ◦ f(ilio) ◦ Gal(eria) [-4/5-]
[pr]aefecto ◦ equ[itum]
ob ◦ pluruma (!) ◦ m[erita]
in ◦ rem ◦ publ[icam]
5 ex ◦ d(ecreto) [d(ecurionum)]

Fig. α–β im. phot. a J. M. A. sumptae.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 268–270 n. 8 cum im. del. et tab. III n. 8 cum im. phot. (AE 2003, 984; HEP 10, 2000, 299; ex PRIORIBUS pendet PEREA 2003, 431 cum im. phot. ex ALFÖLDY et AL. adquisita); ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 222. 230. 237 n. 34 cum im. phot. fig. 21; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 40–42 n. 19 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2003, 37 cum im. phot. fig. 28; ECK 2006, 501; NOGUERA – ABASCAL – CEBRIÁN 2008, 325–326.

Litt. Q cauda longa praedita.

Pluruma pro plurima ad sermonem vetustum spectat.

Vir ex Manliorum gente Segobrigensi ortus; alii eiusdem gentis sunt M. Manlius Crassus (13, 405 = II 6338 ee), Manlius Victorinus (13, 314), Manlia Eufes (13, 296) et T. Manlius L. f. Segobrigensis Augustae Emeritae defunctus (MÉLIDA 1925/26, 922; GARCÍA IGLESIAS 1972, n. 192). De nomine gentili tit. Hispanicis frequentissimo vide ABASCAL 1994a, 180.

[- Ma]nlius L. f. praefectus equitum fuit ante tres militias ab imperatore Claudio institutas (DEMOUGIN 1988, 340–342), postea honoratus ob plurima merita nobis ignota. In Hispania saepe occurrit formula *ob plurima erga rem p(ublicam) suam merita* (II 5837 [= II 3008] et AE 1995, 890), *ob plurima in rem publicam merita* (II 2822), *ob merita in rem p(ublicam)* (II 1271) cet.

Series graduum basi connexa circ. a. 15 a. C. n. extracta est.

Tit. ex officio a Manlio gesto et ex litterarum formis saec. I in. videtur. G. A. – J. M. A.

13, 280 tit. honorarius viri ordinis equestris

Basis statuæ ex lapide calcario ex tribus partibus composita, cuius pars media et crepido supersunt; pars media supra a dextra laesa, parte postica superiore fracta, a tergo levigata, ab utroque latere et in fronte exposita. Pars media 98 × 65 × 63. Crepido 45 × 89 × 88. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta (tit. A). Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) inter lineas ad delineandum ductas accuratissime insculptae 6,5 (v. 1; litt. T longa 7,5), 6 (v. 2–3), 5 (v. 4; litt. T longa 5,5), 3,5 (v. 5; litt. S minuta in fine 2), 4 (v. 6, litt. I longa). Puncta triangularia deorsum directa. In facie dextra superiore vestigia litterarum minus accurate stilo scarifatarum circ. 4/4,5 extant (tit. B). Alia vestigia similia supersunt in parte antica superiore ante v. 1 sed intellegere non potuimus. Rep. Segobrigae a. 1962 in effossionibus hyposcaenii theatri prope valvam regiam ALMAGRO BASCH (inv. n. 62597; S-331), ergo non in situ proprio. Servatur in M. P. C. inter reposita; ectypa gypsea duo extant in M. S. inter reposita et ante scaenam theatri. Descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2005 iterum iterumque usque ad a. 2009.

Tit. A:

◁Manio▷ ◦ Octavio
Titi ◦ f(ilio) ◦ Gal(eria)

Novato
praefecto ◦ fabrum

5 Q(uintus) ◦ Valerius ◦ Argaelus
Duitiq(um)



Fig. a



Fig. beta

Tit. B stylo scarifatus:

++++IS++++
L(- - -) NICO(- - -)

Fig. a: Im. phot. a J. GÓMEZ CARRASCO sumpta nobis dedit J. M. NOGUERA.

Fig. beta: Im. phot. a W. K. sumpta.

Tit. A: ALMAGRO BASCH 1974/75, 307–313 cum im. phot.; ID. 1975b, 59 tab. XXX cum im. phot. (= ID. 1978, 95 tab. XXXI; ID. 1986, 91 tab. XXXI); ID. 1983b, 132; OSUNA 1976a, 53 n. 1; JIMENO 1980, 194–195 n. 162; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 129. 156 n. 114; EAD. 1986b, 67 n. 114; ALMAGRO BASCH 1984, 112–114 n. 33 cum im. phot.; NOGUERA 2012, 303. 304 fig. 36. 305 cum im. phot. a J. GÓMEZ CARRASCO sumptis fig. 36–37. – Cf. ALBERTOS 1975, 15 n. 121; ALMAGRO BASCH 1983b, 131–132, 140–141; WIEGELS 1985, 134; ALFÖLDY 1987a, 82–83 cum im. phot. tab. V.2; UNTERMANN 1990b, 361–362; GÓMEZ-PANTOJA 1998, 190 n. 32; GONZÁLEZ ALONSO 1999, 790–791 n. 1583; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 68–69 cum im. phot. fig. 40; HURTADO 2003/04, 195; ABASCAL 2007, 295; LE ROUX 2008, 1008; GIMENO 2008b, 321 cum im. phot. a W. K. sumpta fig. 42. 322; NAVARRO et AL. 2011, 162; ALFÖLDY 2011a, 365; ABASCAL 2013b, 112.

Tit. B: Omiserunt omnes AUCTORES excepto ALMAGRO BASCH 1984.

Tit. A: 5 litt. G cum lineola incurvata loco hastae rectae. – 5–6 litt. Q cauda longa praedita.

Tit. B: 1 + sunt hastae rectae vel acclives, quas intellegere non potuimus. – 2 NICQ ALMAGRO BASCH.

M^r. Octavius Novatus satis probabiliter a Segobriga ortus pater senatoris [M^r.? Octavii M^r f.] Gal. Nova[ti] fuit putavit ALFÖLDY 2011a, 375. Qui equo publico donato praefecturam fabrum habuit. Nomina Celtiberica *Argaelus/Argaela* (i. e. *argailo/arkailikos*, cf. UNTERMANN 1997, 497) etiam redeunt in titulis sepulcralibus Segobrigensibus 13, 408. 500. 512; vide ABASCAL 1994a, 285. Cognatio Celtiberica *Duitium* ex nomine *Duitus* genita (UNTERMANN 1990b, 361) aliunde non novimus. In titulo B fortasse latet nomen eius, qui basim damnavit.

Tit. ex genere et ex cymatio in parte antica et ex litterarum formis aetati Flaviorum tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 281 (= II 3111 = II 5884) tit. honorarius viri ordinis equestris

Parallelepipedum ex lapide calcario infra et a dextra et a tergo fractum undique levigatum in fronte laesum (33) × (36) × (26). Litt. 7,5/6,5. Punctum triangulare v. 1. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda; á cuatro pasos de la entrada del ábside* RADA – FITA. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



C(aius) o Valer[ius - - -]
[A]vitu[s - - -]
trib(unus) [- - -]

Im. phot. a W. K. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 2r et 9/7953/1(31) n. 8 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117 n. 152; e FERNÁNDEZ pendet DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 108 cum im. del.); CORNIDE 1799, tab. 7 n. 33 cum im. del.; e ANTIQUIORIBUS sumpserunt HÜBNER II 3111 et ALMAGRO BASCH 1984, 110–111 n. 32 tit. deperditum putantes. Sane RADA – FITA 1889, 149 n. 2, qui fragmentum ipsum viderunt d. 26 m. Iul. a. 1888, quasi tit. novum ediderunt (ex eis et ex ectypo a FITA misso HÜBNER II 5884; QUINTERO 1913/2007, 102–103 n. 7; MAULEÓN 1983, 1571; vide ABASCAL 1999a, 92 n. 55/1. 185 n. 55/1. 187 fig. 49 ex scheda a FITA confecta). Lapidem servatum in M. S. ediderunt ALFÖLDY 1987a, 85 cum adn. 279 (*HEp* 2, 1990,

386); ALMAGRO BASCH 1984, 241–242 n. 106 cum im. phot.; ABASCAL 1990a, 272 n. 2 (AE 1990, 596; HEP 4, 1994, 366), qui primus vidit imagines a FERNÁNDEZ 1789/90 et AL. delinatas ad fragmentum servatum spectare. – Cf. ALFÖLDY 2011a, 388 cum adn. 115.

1 C M LE FERNÁNDEZ, PALOMARES, CORNIDE; *C(aio) Apule(io)* ALMAGRO BASCH n. 32. – 2 VITV FERNÁNDEZ, PALOMARES, CORNIDE; AV LV RADA – FITA, HÜBNER II 5884; AV ° LL QUINTERO; AVITA ALMAGRO BASCH n. 106. – 3 TRIBV FERNÁNDEZ, PALOMARES, CORNIDE; VAIF RADA – FITA, VALE HÜBNER II 5884, VAIF QUINTERO; LER ALMAGRO BASCH n. 106.


Nomina tribuni militum frequenter redeunt in tit. Hispani-
cis.

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 282 tit. operis a viro equestris ordinis exstructi (?)

Fragmentum tabulae ex lapide calcario infra et a sinistra fractae, supra paululum laesum, undique levigatum (25) × (38) × 15. Area titulo inscribendo destinata olim ex tabulis compluribus composita esse videtur, nam hic v. 1 pedes litterarum solum supersunt; quarum capita in tabulam aliam nunc deperditam inscripta esse debent. Sub v. altero in parte conservato spatium altum circ. 13,5 non inscriptum extat. Litt. 5,5; v. 2 punctum triangulare sursum directum. Rep. d. 25 m. Sept. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori, ubi fragmentum in usum posteriorem muro alicui immissum erat (UE 5299 n. 13, punto 278; 76208; S-459). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003; recognovimus a. 2004.



[- - leg]itume
[- - d(ono)] ° d(edit)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 52–53 n. 28 (AE 2011, 550; HEP 20, 2011, 98). – Cf. ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA 2011, 218.

Vox *legitume* sine dubio ad summam legitimam honoris refert (vide imprimis ad titulos Tarraconenses II²/14, 1119 et 1146; de *legitimus / legitima* cf. ThLL VII 2, col. 1114). Inde v. 2 [d(ono)] d(edit) potius quam [d(ecreto)] d(ecurionum) restituendus videtur.

Tit. ex forma litt. D saec. I priori tribuendus est.

G. A. – J. M. A.

Titulus apparitoris Augusti (13, 283)

13, 283 tit. honorarius scribae Augusti

Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere et in fronte expolitum superne a sinistra aliquantum laesum 108 × 77 × 56,5. In facie posteriore anathyrosis scabra in formam parallelogrammi redacta; unde constat lapidem ad basim statucae equestris ex pluribus lapidibus compositam pertinuisse. In media facie sursum versa foramen quadriangulum terebratum est ad unicum recipiendum, quo corona lapidi affixa erat. In parte antica sulcus accurate excavatus, ubi satis probabiliter litterae quaedam erasae sunt. Versus 4 et 6 dextrorsum, reliqui congruenter ac concinne in medio ordinati. Litt. accurate insculptae 6 (v. 1), 4 (v. 2), 5 (v. 3), 4,8 (v. 4), 5,5 (v. 5–6). Puncta triangularia sursum directa. Rep. Segobrigae d. 23 m. Aug. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui immissus erat (UE 5775 n. 1; 86090; S-364). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002, iterum a. 2003; recognovimus a. 2010.

M(arco) ° Porcio ° M(arci) ° f(ilio) °

«*Pup[in]i[a]*»

Caesaris ° Augusti


scribae

5 *Segobrigenses*

patrono

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 271–274 n. 10 cum im. phot. (AE 2003, 986; HEP 10, 2000, 301); ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 219. 222. 224. 240 n. 62; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 42–44 n. 20 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2003, 20. 24 cum im. phot. fig.



16; ECK 2006, 501; ABASCAL 2007, 291. 302 cum im. phot. fig. 1; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2007, 60–61. 75 tab. 3 cum im. phot.; ABASCAL 2007, 692; EUND. 2009a, 63–78; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA 2011, 218; ALFÖLDY 2011c, 193; VELAZA 2012, 406. 409 cum. im. phot. ab ABASCAL sumpta fig. 6; CURCHIN 2015a, 63.

2 fortasse ex eo explicari potest, quod v. 2–4 litt. *Gal(eria)* | *Caesaris Augusti* | *scribae*, i. e. tribum municipii Segobrigae sculptor tituli delineavit; deinde v. 2 *Gal(eria)* scripsit, postea damnavit et ibi inseruit litt. PVPINIA, ut demonstrant vestigia minima litt. I posterioris. – 3 Litt. G cum lineola curva loco hastae rectae.

Titulus nomen municipum municipii Segobrigae integrum memorat et ex eo, quod basis in effossionibus oppidi *Cabeza del Griego* siti in lucem prodiit, eodem loco sine dubio Segobriga fuit. De quo cf. praeterea ALMAGRO BASCH 1983a, 45–156; ALFÖLDY 1987a, 75 cum adn. 236–237.

Vir Pupinae tribui inscriptus haud dubie ab Italia vel a Baeterra colonia Narbonensi ortus est (vide KUBITSCHKE 1889, 207.

271), de quo amplius egimus ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 271–274 (contra J. GÓMEZ-PANTOJA ad *HEp* 10, 2000, 301 sine idonea causa). De Pupinia tribu civium coloniae Iuliae Gemellae Accitanorum conventus Carthaginiensis cf. inter al. WIEGELS 1985, 89 et ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 89. Pupinia tribus redit in titulo Segobrigensi 13, 328.

Porcius Caesaris Augusti scriba solus adhuc notus (sed vide Albinovanum Celsum scribam Tiberii nondum imperatoris, *PIR*² A 478). Considerandum est munus eius idem fuisse ac epistularum officium Horatio poetae oblatum *SUET.*, *vita Hor.*, p. 45,7–14.


Monumentum in honorem Porcii positum haud dubie in foro oppidi iam aetate rei publicae liberae exstructo satis probabiliter collocatum fuit inter a. 15 a. C. n. et 13 a. C. n., i. e. cum imperator Augustus in Gallia versatus est et fortasse Hispanias peragravit; cf. ALFÖLDY 2000, 189; ABASCAL 2009a, 63–78. Formae litterarum consentiunt. Cf. etiam tit. 13, 294.

G. A. – J. M. A.

Tituli magistratum, flaminum municipii et ex decreto decurionum positi et alii
ad res rei publicae Segobrigensis spectantes
(13, 284–299)

13, 284 tit. honorarius magistratus municipii

Parallelepipedum ex lapide calcario (*cantera del templo de Diana*), i. e. pars media basis statuae olim ex tribus partibus compositae, in fronte et in marginibus fracturis nonnullis fissurisque laesum 108 × 57 × 56. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatino inverso cincta 86 × 46. Versus congruenter ac concinne ordinati. Litt. 6 (v. 1, litt. L longa: 9), 7 (v. 2), 6 (v. 3–4), 5,5 (v. 5), 5 (v. 6), 3,5 (v. 7). Puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 30 m. Oct. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui immissus erat (*UE* 5796 n. 2; 86107; S-377). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



L(ucio) ° Iu[[i]o
Annian[i] f(ilio)
Gal(eria) ° Gall[us]
III ° vir(o) ° b[is]
5 *flamini A[ug(usti)]*
[[C(aius) ° Iulius - -]]
fratr[i]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 218 n. 12 cum im. phot. (*AE* 2003, 988; *HEp* 10, 2000, 303); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 45–46 n. 22 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240 n. 64; ABASCAL et al. 2007, 690. 693. 694 cum im. phot. fig. 7; CURCHIN 2015a, 105 n. 1202.

6 nomen dedicantis insculptum et deinde erasum esse recognovimus ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b.

Iulii et Annii frequenter redeunt in titulis Segobrigensibus, de Iuliis vide 13, 285. 331. 377 et al., de Anniis II²/14, 1112 et ALFÖLDY ad hunc tit. De iteratione officii ante flaminatum vide infra tit. 13, 285 et 13, 288.

Tit., qui in foro municipii positus est, ex genere et ex litterarum formis Flaviorum aetati vel saec. II in. tribuendus est; bases huius generis ante Vespasiani aetatem in Segobriga non novimus, vide ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 46.

G. A. – J. M. A.

13, 285 tit. honorarius magistratus municipii

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis statuae olim ex tribus partibus compositae, undique laesum in fronte levigatum, sed nunc attritum 100 × 69 × 68. Litt. 8 (v. 1), 7,5 (v. 2), 6,5 (v. 3; litt. I longa 7,5), 6 (v. 4), 5,5 (v. 5). Puncta rotunda. Rep. Segobrigae a. 2001 in effossionibus porticus meridionalis fori, ubi lapis in muro aetatis Visigotharum (*UE* 5299; 75946; S-343) immissus erat usque ad a. 2003. Ibi descripsimus a. 2001. Nunc servatur in *M. S.*, ubi recognovimus iterum iterumque a. 2003 et 2010.



[C(aio)?] Iulio C(ai) f(ilio) Gal(eria)
[M]ontano IIIIvir(o)
[b]is ° flaminì
divi Augusti
5 d(ecreto) ° d(ecurionum) °

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 217 n. 11 cum im. phot. (AE 2003, 987; HEp 10, 2000, 302); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 46–47 n. 23 cum im phot. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240 n. 63; ABASCAL et AL. 2007, 690. 693. 694 cum im. phot. fig. 7; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA 2011, 218; CURCHIN 2015a, 105 n. 1196.

De iteratione officii ante flaminatum divi Augusti vide tit. 13, 284 et 13, 288.


Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 286 tit. incerti generis IIIIviri designati

Parallelepipedum ex lapide calcario undique levigatum, in parte antica superne et a dextra laesum litteris parte dextra paene evanidis 43,5 × 41 × 39. Litt. 5 (v. 1; litt. T longa 5,5), 4,5 (v. 2–3); puncta triangularia sursum directa. Lapis ad monumentum ex pluribus partibus compositum pertinuit. Rep. Segobrigae a. 1990 in effossionibus cryptoporticus septentrionalis fori a M. ALMAGRO-GORBEA et G. SESÉ institutis (Cuadrícula C7; inv. n. 62649; S-249). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1992.

T(itus) ° Sempronius
M(arcus) f(ilius) Pullus
IIII ° vir desig(natus) [d]at

Im. phot. a J. M. A. sumpta.



ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 97 cum im. phot. fig. 58 (HEp 9, 1999, 306); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 44–45 n. 21 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 334). – Cf. ALFÖLDY 1999b, 484 adn. 32; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001, 126; ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240 n. 70; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2003, 23; EOSD. 2004, 210; CURCHIN 2015a, 105 n. 1197.

1–3. T. Sempronius | M. f. Pullus | IIIIvir des(ignatus) HEp. – 3 DESIG [D]AT probabiliorem ac DESIG[N]AT esse putamus.

Si recte intellegimus v. 3, tit. ad monumentum quoddam a M. Sempronio Pullo donatum spectat. Si res aliter se habet, veri similiter tit. sepulcralem esse considerandum est, cf. tit. 13, 287.

Cognomen Pullus (KAJANTO 1965, 259; cf. LÓRINCZ 2000, 172) aliunde in Hispania non novimus, sed cf. NAVARRO et AL. 2003, 274.

Tit. ex litterarum punctorumque formis saec. I priori tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 287 (= II 381*) tit. sepulcralis magistratus municipii (?)

Litt. supra a dextra evanidae. *Esta noticia la debo á Don Candido María Trigueros ... quien me ha franqueado la siguiente inscripcion copiada en un quaderno, que el famoso Pedro Chacon, Dominicano, envi6 á Morales n.º 7, y se halla inserto original al fol. 63 de la Coleccion de Inscripciones del Licenciado Porras de la Cámara y se conserva en la Biblioteca de San Isidro* TRAGGIA. Ubi repertus sit, TRAGGIA non cognovit; de origine Segobrigensi cogitaverunt omnes AUCTORES; res tamen in dubio manet. Latet aut perit.

**M. VALERI:::
M. F. GAL.
REBURRVS. SEGO
BRIGA. ED. III. VIR.**

M(arcus) Valeri[us]
M(arcus) f(ilius) Gal(eria)
Reburrus Segobrig(a)ensis <a>ed(ilis) IIIIvir

Im. a MASDEU tradita.

TRAGGIA 1792, 307, cui dedit C. M. TRIGUEROS, qui habuit ex ms. a P. CHACÓN saec. XVI (CHACÓN/TRIGUEROS, ms. saec. XVI n. 7 deperditum), inde pendent MASDEU 1783/1805, XVII 395 n. LXXVIII et HÜBNER II 381*, qui titulum damnavit; ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1983a, 103–104; ALFÖLDY 1987a, 79 cum adn. 251–254, qui amplius de titulo disseruit et genuinum esse recte vindicavit (AE 1987, 664; HEP 2, 1990, 382). – Cf. WIEGELS 1985, 132 cum adn. 18; VALLEJO 2005a, 386 n. 53; ABASCAL et AL. 2007, 690.

1 M. Valeri[- -] TRAGGIA; supplevit ALFÖLDY. – 3–4 SEGOBRIGA ED TRAGGIA; Segolbrig(ensis) aed(ilis) supplevit ALFÖLDY.

Cognomen *Reburus* tit. Hispanicis frequenter occurrit, cf. UNTERMANN 1965, 155–156, ABASCAL 1994a, 480–482.

Magistratus Segobrigenses IIIIviri aedilesque fuerunt. Quae res fortasse ex eo explicari potest, quod municipium usu Celtiberico insequente magistratus quattuor habebat, qui IIIIviri inter quos duos aediles nominabantur, ut nobis docuit M. ALMAGRO-GORBEA (cf. ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 217; ABASCAL et AL. 2007, 690).

Aediles Segobrigenses redeunt etiam in titulis 13, 229–230, 246–247, 291–292.

Tit. sepulcralem esse putamus imprimis ex eo, quod nomina M. Valeri Reburri casu nominativo insculpta sunt.

G. A. – J. M. A.

13, 288 tit. honorarius magistratus municipii

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis statuae olim ex tribus partibus compositae, a dextra et a tergo resectum, a sinistra fractum in fronte undique laesum ac attritum olim levigatum 54 × (52) × (69). In media facie sursum versa foramen terebratum 3 × 7 × 3 est unco recipiendo, quo corona lapidi affixa erat. Ante v. 1 spatium altum circ. 9 non inscriptum extat. Litt. circ. 6,5 (v. 3 litt. T longa: 7,5). Punctum rotundum (v. 2). Rep. a. 2000 in effossionibus porticus septentrionalis fori (sign. 62657; S-328), ubi lapis in usum posteriorem muro medii aevi immissus erat; servatur in situ muro immissus. Descripsimus a. 2004.



[Ti(berio)? - -] Ti(beri) f(ilio) Gal(eria)
[- - IIII]v[ir](o) II o fla-
[mini - -]et[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 47–48 n. 24 cum im phot. (AE 2011, 549; HEP 20, 2011, 97). – Cf. CURCHIN 2015a, 105 n. 1199.

1 in. superest hasta recta, quae ad litt. T sine dubio pertinet. – 2 in. hasta acclivis extat; antea in parte deperdito fortasse cognomen viri honorati positum erat. – 2–3 vocabulum *flamini* inter v. 2–3 divisum est; post vocabulum *flamini* fortasse nomen imperatoris alicuius inter divos relati secutum est. – 3 litt. E ante T longam.

Iterationes magistratuum ante flaminatum redeunt in tit. 13, 284–285.

Tit. ex monumenti litterarumque formis saec. I tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 289 tit. honorarius magistratus municipii (?)

Fragmentum parallelepipedum marmorei (*bardiglio de Carrara?*) superne et a sinistra et infra fracti, in fronte expoliti (46) × (11,5) × (29). In latere dextro anathyrosis scabra in formam parallelogrammi redacta inter margines satis levigatos. Litt. satis accurate insculptae 7 (v. 1), 5 (v. 2). Rep. Segobrigae d. 16 m. Aug. a. 2001 in effossionibus fori (UE 5208 n. 1; 42605; S-317). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2001.



-----?
[- -]N
[- -?]vir
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001, 125–126 n. 1 cum im phot. fig. 12 (AE 2001, 1247; HEP 10, 2000, 211); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 48–49 n. 25 cum im phot. – Cf. CURCHIN 2015a, 105 n. 1198.

2 fuisse potest [IIII]vir aut [VI]vir.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 290 tit. sepulcralis flaminis municipii

Tabula ex lapide calcario superne et infra et a sinistra levigata (nunc a sinistra in angulis laesa), unde constat ad monumentum ex variis partibus compositum pertinuisse, a dextra fracta, in fronte expolita 53 × (63) × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata olim cymatio recto nunc decusso praedita. Litt. accuratissime insculptae 7 (v. 1 litt. T longa 9). Puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae a. 1980 in effossionibus coemeterii aetatis Visigothicae, ubi lapis in usum posteriorem sepulcro quodam

immissus erat (inv. n. 42629; S-162). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2007.



[- -] ° C(ai) ° f(iliae) ° Avitae ° [- -]
 [- -]t ° flamen ° Rom[ae et Aug(ust)-?]°
 [- -] filiae ° et ° sib[i - -]

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 275–276 n. 134 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 329); ALFÖLDY 1987a, 77 adn. 244. – Cf. ABASCAL et AL. 2007, 693 cum im. phot. fig. 6.

1 in. periit nomen gentile Avitae, cui et sibi pater monumentum faciendum curavit; in fine versus fortasse nomen patris positum erat. – 2 in. [- -]t supplevit ALMAGRO BASCH, sed etiam cogitari potest de [- -]pa]t(er). Pater satis probabiliter *flamen Romae et Augusti* vel *Romae et Augustorum* fuit. – 3 sib[i fecit] ALMAGRO BASCH, sed ex ordinatione etiam *f(aciendum) c(uravit)* vel sim. supplere possis.

Tit. ex litterarum formis saec. I posteriori tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 291 tit. tesserae plumbeae magistratus

Tessera plumbea in formam parallelogrammi redacta, ansa rotunda perforata in latere sinistro praedita 4,5 × 7,6. Litt. punctis insculptae 1,5. Rep. Segobrigae inter m. Sept. et Nov. a. 1983 in effossionibus ab ALMAGRO BASCH institutis in via a foro ad septentrionem versus loco q. d. *Calle de las Termas*, inter rudera in parte orientali deposita (inv. n. 195077; S-964). Ubi servetur, nescio. Descripsi, ut potui, ad im. phot. inter schedas M. ALMAGRO BASCH in *R. A. H.* servatas.



C(ai-) ° T(- -) ° Gra[- -]
 aed(il-?) °

Im. phot. ex schedis ALMAGRO BASCH in *R. A. H.* servatis. ABASCAL 2014e, 303–304 n. 1 cum im. phot. (*AE* 2014, 724).

Litt. A loco hastae libratae hasta declivi praedita, quae ab hasta dextra incipit. Litt. G cum lineola curva inferiori loco hastae rectae. Scribendi modus cum punctis ex traditione Celtica novi.

Latent tria nomina magistratus cuiusdam certe casu generativo insculpta. Cognomen aedilis *Gratus*, *Gracchus* cet. fuisse potest.

Aediles Segobrigenses redeunt etiam in titulis 13, 229–230. 246–247. 287. 292.

Ex scribendi modo et ex genere tit. saec. I a. C. n. ex vel I p. C. n. in. tribuendus esse videtur. J. M. A.

13, 292 tit. operis publici (?) quo magistratus memoratur (?)

Fragmentum tabulae ex lapide calcario undique fractae a tergo scabrae in fronte levigatae (38) × (28) × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata olim cymatio inverso alto 7 cincta, quod partim superest in margine superiore. In facie sursum versa foramen excavatum 5,5 × 2,5 × 5, quo affixus erat uncus ad tabulam in pariete quadam affigendam. Litt. 14 (v. 1), 10,5 (v. 2); puncta desunt. Rep. Segobrigae d. 14 m. Nov. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori (taberna 1, *UE* 7587 n. 47, *punto* 719; 115360; S-490) una cum fragmento 13, 250, quod non ad eundem titulum pertinet. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003; recognovimus a. 2004.



[- -]JOM[- -]
 [- -] aed[il- - - ?]
 - - - - - ?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 53 n. 29 cum im. phot. (*AE* 2011, 551; *HEp* 20, 2011, 99). – Cf. CURCHIN 2015a, 105 n. 1200.

Tit. ad opus magnum spectavisse ex litterarum magnitudine constat. Fortasse v. 2 officium municipale memoratur. Si ita res se habet, fortasse v. 1 nomen scriptum erat. Titulum verisimiliter ad opus quoddam publicum spectare putamus, quod aedilis vel aediles duo aedificaverunt. Aediles Segobrigenses redeunt etiam in tit. 13, 229–230. 246–247. 287. 291. Sane v. 2 item supplementa ut *aedes* vel *aedificavit* vel etiam *aqueductus* consideranda sunt.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 293 tit. honorarius magistratus municipii (?)

Fragmentum parallelepipedum (?) ex lapide calcario undique fracti in fronte levigati (16,5) × (9) × (12,5). Litt. 4 (v. 1), 4,5 (v. 2). Rep. d. 5 m. Oct. a. 1990 in effossionibus cryptoporticus septentrionalis fori (*cuadrícula* A1, *US* 2; 62613; S-280). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2001.

-----?
 [- -]V+[- -]
 [- -]ED[- -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001, 126–127 n. 3 cum im. phot. fig. 14 (*AE* 2001, 1249; *HEp* 10, 2000, 212); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 53–54 n. 30 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 335). – Cf. CURCHIN 2015a, 105 n. 1201.

1 + est pars litt. C vel G vel O vel Q. – 1–2 [- -] A]ug[ust- -] | [- -] a]ed[il- -] ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001. – 2 [- -]ED[- -] ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a; quae litt. fortasse ad aedilem municipalem spectant, sed etiam cogitari potest de [- -]d]ed[it] cet.


Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus esse videtur.

G. A. – J. M. A.



13, 294 tit. monumenti alicuius decreto decurionum a. 15 a. C. n. positi

Parallelepipedum ex lapide calcario superne resectum, a dextra et a tergo fractum, infra a sinistra laesum, in fronte levigatum, pectine ferreo dolatum (34) × (21) × (27). Litt. inter lineas ad delineandum ductas accurate insculptae 5; v. 1 punctum triangulare deorsum directum. Rep. d. 3 m. Dec. a. 2003 in effossionibus tabernae 1 porticus meridionalis fori, ubi fragmentum in usum posteriorem muro immisum erat (*UE* 7645 n. 1, *punto* 839; 115985; S-491). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003, recognovimus a. 2004.



 M(arco) o Drus[o Libone L(ucio) Calpurnio Pisone co(n)s(ulibus)]
 decre[to decurionum - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 219 cum im. phot. fig. 1. 240 n. 71 (*AE* 2004, 809; *HEp* 13, 2003/04, 332); ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2007, 59–60. 74 fig. 2 cum im. phot.; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 51–52 n. 27 cum im. phot. – Cf. ABASCAL et AL. 2007, 688 cum im. phot. fig. 2; ABASCAL – CEBRIÁN 2007a, 529. 530 cum im. phot. fig. 5.

1 etiam *Drus[us - -]* aut *Drus[i - -]* supplere licere monet P. LE ROUX ad *AE*, sed iunctio “M. Drus...” quasi certe ad consulem a. 15 a. C. n. spectat atque iste potissimum anni indicandi causa memoratus est.

Nomina consulum a. 15 a. C. n. M. Livi L. f. Drusi Libonis et L. Calpurni L. f. Pisonis restituenda esse pro certo habemus,

i. e. monumentum haud dubie in foro oppidi iam aetate rei publicae liberae exstructo satis probabiliter collocatum est (cf. etiam tit. 13, 283).

Augustus inter a. 15 a. C. n. et 13 a. C. n. in Gallia versatus est et fortasse Hispanias visitavit (cf. supra ad 13, 283). Segobrigam tum ad dignitatem municipii iuris Latini provectam esse putant ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003a, 274; ABASCAL 2009a, 63–78. Obstat PLIN., *nat.* 3, 25, qui Segobrigenses inter stipendiarios enumerat (LE ROUX 2015, 155–177), qui autem fortasse erravit (sic iam KUBITSCHKE 1889/1972, 199); cf. ABASCAL 2009a, 71.


Formae litterarum anno 15 a. C. n. consentiunt.

G. A. – J. M. A.

13, 295 (= II 3122 cf. *EE* VIII p. 436) tit. honorarius decreto decurionum positus ?

Fuit fortasse basis statuae. *Un palmo y ½ de alta y aun no uno de ancha* FERNÁNDEZ (i. e. circ. [30] × [20] × ?). V. 3 hedera. *Hallose en la actual escabacion y es segun aqui se propone* FERNÁNDEZ, ms. R. A. H. sign. 11/8109/4b; *Vista el dia 7 de marzo* [a. 1790] *revista el dia 8 con el Sr. Prior*

en S(a)n Felices [i. e. *Sabelices*]; *vuelta á ver en 14 de Abril* [a. 1790] FERNÁNDEZ ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k; *en la pared divisoria de la capilla mayor, y cuerpo de la iglesia cimenterial, entrando en dicha capilla mayor a la derecha mirando al poniente* CORNIDE. Periiit. Descripsimus, ut potuimus, e PRIORIBUS.



-----?
 [---]PI[---]
 [---]Se]gobr[ig- - -]
 [---]de]c(urionum?) ° de]creto? - - -
 [---]I NVI[---]

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4i.
 FERNÁNDEZ 1790 ms. R. A. H. sign. 9/8109/4b cum im. del.; ID. 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 38 cum im. del.; ID. 1789 ms. A. H. N. sign. *Estado leg.* 3193 (apographum alterum a FERNÁNDEZ etiam del. servatur in R. A. H. sign. 11/8109/4i cum im. del.); e FERNÁNDEZ pendent CANO, in: MORALES – CANO 1792, 106; RADA – FITA 1889, 114–115 ex apographo a R. GARCÍA SORIA misso; TRAGGIA 1792, 301–302 sine dubio e schedis a FERNÁNDEZ missis; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 88 n. 9 et ed. 1792, 109 n. 9 (MASDEU 1783/1805, XVII 407 n. 18; XIX 124 n. 1717); LLORENTE 1790/1843, 188–189 ex epistula a FERNÁNDEZ missa d. 14 m. Mart. a. 1790; CORNIDE 1799, 184–185 n. 26, tab. 6 n. 26 cum im. del. (QUINTERO 1913/2007, 49–50 et WICKERT, sched., qui tamen C. M. TRIGUEROS et A. TAVIRA citat); ex ANTIQUIORIBUS pendet HÜBNER II 3122; FITA 1892d, 140–141 ex im. a QUINTERO del. in epistula a R. GARCÍA SORIA missa (HÜBNER, *EE VIII* p. 436); ALMAGRO BASCH 1982b, 9–17 cum im. del.; ID. 1984, 188–191 n. 66 cum im. del. – Cf. P. BELTRÁN 1953, 250–251; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 45.
 1 [---]P [---] CORNIDE; [---]RI[---] CAPISTRANO 1792. –
 2 “Ne cogitandum quidem esse necessario de Segobriga” HÜBNER minus recte. – 2–3 GOBR | DE TRAGGIA. – 3 C DF LLORENTE, CAPISTRANO, ms. – 1–3 [C. Iulio C. f.] | [Gal.] Pi[lae] | [Se]gobr[igensi] | C DEC FITA, “sed haec quoque supplementa prorsus incerta sunt” HÜBNER. – 4 INV L CORNIDE, BELTRÁN, HÜBNER.

1 nomina viri cuiusdam honorati dativo posita desunt. – 2–3 vir oriundus a Segobriga vel a Segobrigensibus decurionum decreto honoratus est. G. A. – J. M. A.

13, 296 tit. baseos statuæ accepto ab ordine loco positæ
 Parallelepipedum ex lapide calcario (*cantera del templo de Diana*), i. e. pars media basis statuæ olim ex tribus partibus compositæ, superne fractum, ab utroque latere levigatum, in fronte expositum, sed fissuris laesum (84) × 60 × 53. Litt. 5,6 (v. 1–2), 6 (v. 3), 5 (v. 4), 1,8 (v. 5), 4,5 (v. 6–7); puncta desunt. Rep. d. 21 m. Mart. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui immissus erat (*UE* 5554 n. 1; 86104; S-359). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



 [---]Val?]erii
 [---]r et +u-
 [---] et Man-
 (vac.) lia Eufes
 5 liberti
 accepto ab or-
 dine loco

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 218–220 n. 13 cum im. phot. (*AE* 2003, 989; *HEp* 10, 2000, 304); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 49–51 n. 26 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240 n. 65.

2 + est litt. I vel L. – 3–4 et *Manllia* EDITORES; de gente Manliorum Segobrigensium vide supra tit. 13, 279. – 5 versus totus inter v. 4 et 6 litteris minutis insertus est, certe postquam versus ceteri iam scripti erant.

Ante v. 1 nomina viri honorati dativo posita desunt. Titulum liberti tres dedicaverunt. Nomen Graecum *Eufes* aliunde non novimus, cf. nomina similia *Euphyes*, *Euaphes*, *Eupaes* (SOLIN 2003, 724. 838. 1024).

Vox *accepto ab ordine loco* solum recurrit in tit. II 1942; similiter II²/5, 3. 10; huius Corporis vol. VIII 8937; *AE* 1966, 183 cet.

Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. adscribitur.
 G. A. – J. M. A.

13, 297 (= II 5886 c) tit. seviri Augustalis (?)
 Lapis altus 27. Rep. Segobrigae ante a. 1889. Servabatur *En el mismo lugar* [i. e. loco q. d. *basílica visigoda*] RADA – FITA, qui viderunt a. 1888, deinde in oppidum *Uclés* translatus QUINTERO, postea servabatur *Madrid* in M. A. N. inter reposita (inv. n. 16578; S-053) ALMAGRO BASCH, ubi ipse frustra quaesivit. Descripsi ex eis et ex HÜBNER. Latet aut periit.

VCTVSAC

FRV

-----?

[- - -]uctus Aug(ustalis)?

[- - -]perp[et]u[us]?

-----?

Im. a RADA – FITA tradita.

RADA – FITA 1889, 149 n. 7 (ex eis HÜBNER II 5886 c); QUINTERO 1913/2007, 102 n. 10; e PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 172–173 n. 55. – Cf. ÉTIENNE 1958, 257 cum adn. 3; JORDÁN 2004, 341–342 (HEp 14, 2005, 170).

1–2 VOTVS AVG | FLV QUINTERO.

[A]uctus sevirum Augustalem fuisse putavit HÜBNER, id quod JORDÁN in dubium vocavit (cf. HEp 14, 2005, 170), nescio, an recte.

J. M. A.

13, 298 tit. fistulae aquariae

Fistula aquaria plumbea longa 120, diam. 10,7/6,5. Litt. 1,4 signaculo A primum impressae, litt. 1,8 signaculo B deinde impressae. Rep. d. 7 m. Nov. a. 2003 in effossionibus tabernae n. 6 porticus meridionalis fori (UE 7386 n. 39, puntos 636 et 662; 107320; S-740). Servantur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. m. Oct. a. 2010.




Fig. a

Signaculum A:

r(ei) p(ublicae) S(egobrigensis vel -egobrigensium)

Fig. b

Signaculum B:

r(ei) p(ublicae) S(egobrigensis vel -egobrigensium)

Fig. a: Im. phot. fistulae a J. M. A. sumpta.

Fig. b: Im. phot. tituli a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 72–73 n. 52 cum im. phot. (AE 2011, 555; HEp 20, 2011, 113); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011b, 292–293 cum im. phot.; CEBRIÁN – HORTELANO 2014, 146–147 n. 3 cum im. phot. (AE 2014, 725).

De appellatione *res publica*, quae in tit. Hispanicis inde ab aetate Domitiani occurrit, vide ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011b, 292–293 (cf. ALFÖLDY 1987a, 27–28; MÓCSY 1962, 367–384), ubi etiam de fistulis Hispanicis egimus.

Tituli ad aquas in Segobrigam perducendas pertinentes saec. I tribuendi videtur. G. A. – J. M. A.

13, 299 tit. laminae ad res aquarias spectantis

Lamina plumbea verticula a sinistra praedita 7,3 × 9,5 × 0,3. Litt. 1,2. Puncta rotunda. Rep. d. 6 m. Oct. a. 2010 in effossionibus regionis urbanae prope forum institutis (UE 14173 n. 9, punto 82; 183645; S-741). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2010.

*r(ei) p(ublicae) S(egobrigensis vel -egobrigensium)*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 142–144 n. 126 cum im. phot. (AE 2011, 565; HEp 20, 2011, 144); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011b, 291–292 cum im. phot.; CEBRIÁN – HORTELANO 2014, 150–151 n. 16 cum im. phot. (AE 2014, 725).

Titulus modo aliquo ad aquas in Segobrigam perducendas pertinens saec. I tribuendus videtur. Cf. tit. praecedentem.

G. A. – J. M. A.

Tituli collegiorum et officiorum privatorum (13, 300–315)

Tituli collegiorum societatumque (13, 300–310)

13, 300 (= II 5879) tit. sepulcralis mulieris a sodalibus collegii et filiis positus

Stela ex lapide calcario superne resecta undique levigata in fronte paululum laesa nunc infra a sinistra fracta 96 × 60 × 19. Supra in parte antica extat rosa diam. 22 ab utroque latere palmis praedita; sub eis duae series arcuum diam.

11. Area titulo inscribendo destinata excavata scabra cymatio cincta 48 × 42. Litt. 5,5/5 (v. 1–5; litt. E v. 3 in fine minuta 3), 3,5 (v. 6–7). Puncta rotunda. Rep. Segobrigae a. 1880 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA ad oppidi latus orientale institutis; iste post a. 1888 stelam donavit M. A. N., ubi servabatur inter reposita (inv. n. 16529) et

ubi descripsit HÜBNER. Deinde translata in *M. S.* a. 1972, ubi servatur (sign. 62577; S-054). Ibi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1990.



Baebia ° Ca-
lybe ° h(ic) ° s(ita) ° e(st)
Baebii ° Succe-
sus ° et ° Epapro-
5 ditus (!) ° mātri ° f(aciendum) ° c(uraverunt)
sod(ales) ° Claudiani
f(aciendum) ° c(uraverunt)

Im. phot. a W. K. sumpta.

RADA – FITA 1889, 126–127; HÜBNER II 5879 (VIVES, *ILER* 4006; WALTZING 1895–1900, III 12–13 n. 64; SANTERO 1978, 155 n. 39); QUINTERO 1913/2007, 101 n. 3 cum im. del.; RIVERO 1933, n. 240; ALMAGRO BASCH 1984, 177–178 n. 58 cum im. phot.; ABASCAL 1992, 313–314 n. 3. 335. – Cf. QUINTERO 1889, 76; D’ORS 1953, 185; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245; ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1995, 155.

6–7 litt. minores quam v. 1–5, quae alia manu adscriptae esse videntur.

4 *Epapro*- RADA – FITA, ALMAGRO BASCH, *Epap̄bro*- HÜBNER, *Epapro*- ABASCAL.

De *Calybe* nomine Graeco cf. SOLIN 2003, 600. De *Epaproditus* pro *Epaphroditus* vide ibid. 343–348.

Sodales Claudiani cultui imperatoris Claudii ante mortem eius veri simillime prospiciebant. Cf. tit. insequentem.

Tit. ex litterarum formis et ex formulis saec. II in. vel med. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 301 (= II 3114) tit. sepulcralis sodalis collegii

En el despoblado que dicen Cabeza del Griego, ¼ de legua de Saelices, de la provincia de La Mancha BURRIEL apud

VELÁZQUEZ. Veri similiter stela ex lapide calcario superne rosa exornata, cf. tit. antecedentem et insequentes. Latet aut periit.

En el despoblado de Cabeza del griego ¼ de legua de Saelices. Burriel, de quien la no, y copio.

filia. et. sibi. . . .

v. f. g.

t. octavio. saturnino

sod. claudiani. cont.

ad. funus. HS. CC.

i. t. t. l.

filiae ° et ° sibi [- -]

v(ivus) ° f(aciendum) ° c(uravit)⁷

T(ito) ° Octavio ° Saturnino

sod(ales) ° Claudiāni ° cont(ulerunt)

5 *ad ° funus ° HS (i. e. sestertium) ° CC*

s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. a VELÁZQUEZ tradita.

VELÁZQUEZ, ms. R. A. H. sign. 9/4106 ab A. M. BURRIEL, qui habuit ab amico, qui vidit, inde sumpsit HÜBNER II 3114; e quo pendent reliqui AUCTORES: SCHIESS 1888, 137; WALTZING 1895–1900, III 12 n. 62; VIVES, *ILER* 4821; SANTERO 1978, 155 n. 38; ALMAGRO BASCH 1984, 175–176 n. 57. – Cf. D’ORS 1953, 385; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245; ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1995, 155; MAIER – MANSO 2015, 622.

1 *fil(iis)* HÜBNER. – 2 *V F G* VELÁZQUEZ.

De sodalibus Claudianis cf. tit. antecedentem. De collationibus sodalium Segobrigensium in funera sodalium vide tit. 13, 302–305.

Tit. ex formulis saec. I ex. vel II in. esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 302 tit. sepulcralis sodalis collegii

Stela ex lapide calcario ex duobus fragmentis coniuncta, olim fortasse superne rotundata, nunc supra infraque fracta, in fronte et a tergo levigata (48) × 54 × 28. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. minus profunde insculptae circ. 5 (v. 1–2), 4,5/4 (v. 3–6); puncta desunt. Ubi et quo tempore fragmenta in lucem pervenerint, nescimus. Servabantur *en el sótano del Ayuntamiento de Saelices (CU)* ALMAGRO BASCH; a. 1964 in *M. P. C.* translata sunt, ubi partem sinistram descripsit G. A. d. 23 m. Sept. a. 1979, postea a. 1982 in *M. S.* pervenerunt (sign. S-006) et ibi denuo descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1999 et a. 2002.

Sempronio

Soterico

sodales

Io[vis]

5 *cult[ores]*

cont(ulerunt) HS (i. e. sestertium) - - -

-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.



RODRÍGUEZ COLMENERO 1983, 327–328 n. 8 cum im. phot., qui solum fragmentum sinistrum edidit (AE 1984, 594); ALMAGRO BASCH 1984, 184 n. 63 cum im. phot.; ALFÖLDY 1987a, 77 adn. 245 (HEp 2, 1990, 381); ABASCAL 1999b, 293 n. IV.5 cum im. phot. fig. 7 (AE 1999, 945; HEp 9, 1999, 315).

2 SO TR[- -] RODRÍGUEZ COLMENERO, *Soter[ico]* AE 1984. – 4 IO[- -] RODRÍGUEZ COLMENERO, ALMAGRO BASCH, *IO[- -]* vel *PO[sue(unt)]* AE 1984. – 5 CVL[- -] RODRÍGUEZ COLMENERO, ALMAGRO BASCH. – 4–5 supplevit ALFÖLDY 1987a. – 6 CO[- -] RODRÍGUEZ COLMENERO, *CO[- -]* ALMAGRO BASCH, *co+[- -]* ABASCAL, *coi[raverunt - -]*? GÓMEZ-PANTOJA ad HEp 9.

Nomen Graecum *Soterichus* (vel *Sotericus*) recurrit in titulis urbanis nonnullis (SOLIN 2003, 453–455) et alibi; cf. II²/14, 458. Sodales Iovis cultores aliunde non novimus.

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 303 tit. sepulcralis sodalis collegii

Stela ex lapide calcario ex duobus fragmentis coniuncta, superne olim rotundata nunc resecta, ab utroque latere aliquantum laesa, infra fracta, in fronte expolita et a tergo scabra (109) × (49) × (33). Superne in medio rosa exornata diam. 17,5 acroteriisque praedita, ex quibus dextra diam. 13 superest. Area titulo inscribendo destinata excavata, accurate levigata, cymatio inverso cincta 35 × 32; infra, spatium altum 39 non inscriptum extat. Litt. 5 (v. 4 ex. litt. C minuta 2 in litt. C altera inserta); punctum triangulare v. 4. Rep. Segobrigae d. 19 m. Maii a. 2011 in effossionibus ad meridiem ab aedificio q. d. *basilica visigoda* 100 m versus institutis, i. e. in area coemeterii sub circo (inv. n. 195044; S-795). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2011 et im. phot. sumpsit.

Atrio

Mistico (!)

sodâles

con(tulerunt) • SH (i. e. sestertium) CC



Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 196–197 n. 204 cum im. phot. (AE 2011, 572; HEp 20, 2011, 157).

Offendit usus litt. SH pro HS, sed cf. infra tit. 13, 304 et AE 1968, 153 et AE 1975, 617. De nomine gentili Atrii cf. SOLIN – SALOMIES 1994, 26; ABASCAL 1994a, 87–88. De cognomine Graeco *Mistici*, i. e. *Mysticus*, vide SOLIN 2003, 1100.

Sodalicia similia nonnulla redeunt in parte conventus Carthaginensis meridionali, vide ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 196–197. De sodalibus Segobrigensibus cf. D'ORS 1953, 385; ÉTIENNE 1958, 283; WALTZING 1968, III 12–13; SANTERO 1978, 77; SCHULZE-OBEN 1989, 177–179 et imprimis ALFÖLDY 1987a, 77 adn. 245. De collatione in funus vel sepulcrum sodalium vide tit. 13, 301–302 et 13, 304–305.

Tit. ex monumenti et ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 304 tit. sepulcralis sodalis collegii

Stela ex lapide calcario ex tribus fragmentis coniuncta, superne olim rotundata, nunc a dextra paululum fracta, in fronte levigata et a tergo scabra (137) × 66/68 × 31. In parte superiore rosa diam. 22 ab utroque latere palmis exornata. Infra rosam palmasque tres series arcuum. Area titulo inscribendo destinata excavata minus levigata cymatio cincta, in parte media nunc attrita 46,5 × 42. Inscripti sunt tit. A et B in duas columnas positi. Sub v. postremo spatium altum 25 non inscriptum extat. Litt. 4 (v. 1), 3,5 (v. 2–4); puncta triangularea deorsum directa. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus sub circo institutis (UE 9821 n. 1, punto 56; 162036; S-670). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007; im. phot. denuo sumpsit a. 2013.



Fig. a




Fig. β

Col. I:

Iullio
Euporo
sodales
ex ° S \overline{H} (i. e. sestertium) ° CC

Col. II:

Iullio
Eu[p]oro
liberti
ex ° S \overline{H} (i. e. sestertium) ° CCC

Fig. α-β: Im. phot. a J. M. A. sumptae.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 216–217 n. 223 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 172). – Cf. ABASCAL 2014d, 160 cum im. phot.

De litt. *SH* pro *HS* vide tit. 13, 303. *Iullius* pro *Iulius* (v. 1) recurrit in titulis nonnullis, vide II 2525, II 3901, huius Corporis vol. VIII 6924 cet. Nomen Graecum *Euphorus* (SOLIN 2003, 1369) vel *Euporus* (ibid., 765–766) in titulis Hispanicis non novimus, sed vide *Euporio* (II 175, rep. Olisipone).

Sodales una cum libertis in summa ad funus et sepulcrum contulerunt HS 500, monumentum unum posuerunt, sed titulos proprios inscripserunt; quod rare occurrit, sed vide tit. sepulcralem 13, 300 a sodalibus collegii una cum filiis positum. De collatione sodalium vide tit. 13, 301–303 et 13, 305.

Tit. ex genere et ex litterarum monumentique formis saec. II prioris esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 305 tit. sepulcralis sodalis collegii

Stela ex lapide calcario superne rotundata acroteriis praedita, ex novem fragmentis coniuncta, in fronte et a tergo faciebusque angustis levigata, deest acroterium sinistrum, fragmentum magnum a dextra, pars infima (65) × 54 × 36. In parte superiore rosa diam. 18 et sub ea duae series arcuum diam. 9. Area titulo inscribendo destinata excavata, levigata, cymatio inverso cincta 40 × 37. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 4,5 (v. 1–2), 4 (v. 3–4); v. 4 punctum triangulare deorsum directum. Pars inferior rep. Segobrigae d. 28 m. Iul. a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo, ubi exstitit in situ (*UE* 9568 n. 1, *punto* 17; *tumba* 54; 151697 et 147599; S-649), cetera fragmenta in lucem prodierunt immissa in usum posteriorem muro circensi (*UE* 9518 n. 2, *punto* 145). Fragmenta omnia nunc servantur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007, qui im. phot. sumpsit a. 2010.



Valerio
Rufin[o]
sodal[es]
cont(ulerunt) ° HS (i. e. sestertium) [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 235–236 n. 245 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 192).

Sodales Segobrigenses iterum iterumque ad sepulcrum sodalium contulerunt, vide tit. 13, 301–304 et infra 13, 309.

Tit. e genere monumenti et ex litterarum formis saec. II prioris esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 306 (= *EE* VIII 438 n. 186) tit. sepulcralis sodalis collegii (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum, in fronte levigatum (32) × (21) × (15). Litt. minus accurate insculptae circ. 4,5 (v. 2–3; v. 2 litt. I postrema minor 3), 5 (v. 4), circ. 4/4,5 (v. 5). Punctum rotundum. Rep. Segobrigae *en las zanjas que hicimos* QUINTERO 1913/2007, in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris) *anteayer día* 30 [m. Aug. a. 1892] QUINTERO in epistula a. 1892 scripta. Primum servatum *Madrid* in *M. A. N.*, a. 1972 iussu M. ALMAGRO BASCH in *M. S.* translatum est (sign. S-024), ubi servatur inter reposita. Ibi dem descripsit G. A. a. 1985; recognovit J. M. A. a. 2002.



-----?
[- -] A++ [- -]
[- -] Agat?]hopi lib(ert-) [- -]
[- -] soda[es]
[- -] Mînic[i - -]
5 [- -]E ° LI[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

P. QUINTERO in epistula ad F. FITA d. 1 m. Sept. a. 1892 missa, laudata apud FITA 1892f, 252 cum im. del.; HÜBNER, *EE* VIII 438 n. 186 cum im. del., qui descripsit ex ectypo a FITA misso (SCHULZE-OBEN 1989, 178); QUINTERO 1913/2007, 106–107 cum im. del.; RIVERO 1933, 67 n. 242, qui etiam vidit; ALMAGRO BASCH 1984, 180–181 n. 61 cum im. phot.; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245. – Cf. MANGAS 1971, 228; SANTERO 1978, 80. 156 n. 50.


1 ++ pedes litt. E vel L ad ALL vel AEL pertinentes HÜBNER, [- -]ALL[- -] FITA et ALMAGRO BASCH, ALI[- -] QUINTERO et RIVERO, [- -]AEL[- -] SANTERO et SCHULZE-OBEN. – 2 HOPNI[- -] QUINTERO et RIVERO, [Agat]hopi FITA, HÜBNER, [Agat]hopi lib(erto) ALMAGRO BASCH. – 3 SODAL QUINTERO et RIVERO, [- -] SODAL RIVERO, SANTERO, qui de cognomine Sodal[- -] cogitavit, sodal[es] (Claudiani?) ALMAGRO BASCH; idem intellegere voluit SCHULZE-OBEN 1989, 178, ut titulum sodales Claudiani posuissent. – 4 A (vel M) ° INC ° FITA et HÜBNER, sane HÜBNER punctum primum in dubium vocavit ex ectypo; I[.]INC QUINTERO et RIVERO, [- -]INC SANTERO, [- -]inc[- -] SCHULZE-OBEN, [- -] a inc[ola] ALMAGRO BASCH. – 5 E ° II[- -] FITA et ALMAGRO BASCH, E ° LI ° [- -] HÜBNER, E II V QUINTERO et RIVERO.

Fortasse latent nomina defuncti (liberti cuiusdam) et sodalium parentiumque, qui titulum dedicaverunt. V. 2 fortasse nomen patroni viri defuncti exhibetur.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. II tribuendus est.
J. M. A. – G. A.

13, 307 (= II 3115) tit. a sodalibus positus

Parallelepipedum ex lapide calcario supra infraque et a dextra fractum, a sinistra paululum laesum, in fronte levigatum (34) × (39) × (30). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso lat. 6 cincta. Litt. circ. 4,5/5. Rep. Segobrigae (Uclés AUCTORES ex HÜBNER minus recte) a. incerto ante a. 1907 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis, ab eo donatum in Museum R. A. H. pervenit. Deinde translatum a. 1907 Madrid in M. A. N. (inv. 38.358), iussu M. ALMAGRO BASCH in M. S. translatum, inde a. 1974 ibi servatur inter reposita. Ibi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2002.



Laur[- -]
sodales [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

HÜBNER II 3115 (SCHIESS 1888, 137 n. 335; WALTZING 1895–1900, III 12 n. 63; SANTERO 1978, 155 n. 40; RODRÍGUEZ COLMENERO 1982, 228 n. 72); RIVERO 1933, 69 n. 248; ALMAGRO BASCH 1984, 174–175 n. 56 cum im. phot.; ALFÖLDY 1987a, 77

cum adn. 245 et 249; ABASCAL – GIMENO 2000, 116 n. 149 cum im. phot.

1 Laur(enses?) SANTERO, [Accae] Laur[entinae] ALMAGRO BASCH sine idonea causa, “erit qui cogitaverit de Laurentibus Lavinatibus” HÜBNER, id quod ALFÖLDY in dubium vocavit. Sub litt. LAVR[- -] satis probabiliter latet cognomen defuncti, cui sodales titulum posuerunt, vide tit. antecedentes.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. II videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 308 (= II 3116) tit. sepulcralis sodalis collegii (?)

Rep. Segobrigae Dia 9 [m. Nov. a. 1789] FERNÁNDEZ in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. basilica visigoda. Latet aut periit.



[- -]VIS[- -]
[- -]T sod[ales - -]
-----?

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 14r; id. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(35) n. 5 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 155; e FERNÁNDEZ pendet DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 100 n. 5); id. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 151 cum im. del.; CORNIDE 1799, tab. 7 n. 35 cum im. del.; e FERNÁNDEZ et CORNIDE sumpsit HÜBNER II 3116 (WALTZING 1895–1900, III 12 n. 63); ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 178–179 n. 59 cum im. del. – Cf. ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245; ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1995, 155.

2 Supplere potest [- -]e[]t sod[ales - -] vel similia.

Tit. ex genere satis probabiliter saec. II tribuendus.

J. M. A. – G. A.

13, 309 (= II 3117) tit. sepulcralis sodalis collegii

Stela ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (21) × (15,5) × (11). Litt. circ. 4,7/5; punctum rotundum v. 2. Rep. Segobrigae inter a. 1789 et 1790 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. basilica visigoda, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immisus erat; quo loco vidit m. Iun. a. 1794 CORNIDE. Deinde latebat. Denuo in lucem prolatum est d. 8 m. Aug. a. 2006 in effossionibus eodem loco institutis (UE 11011 n. 27, punto 150; 162113; S-099), en el costado meridional del transepto, en los niveles superpuestos a los soportes de las laudas de los obispos Nigrino y Sefronio ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006.



Fig. a



Fig. β

 [---]r[o? ---]
 [--- sodal]les ° [---]
 [--- cont(ulerunt) ° HS (i. e. sestertium)] CC[---]

Fig. α: Im. del. a CORNIDE publici iuris facta.

Fig. β: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

CORNIDE 1799, 184 n. 25 tab. 6 n. 25 cum im. a M. DE PRADO Y MARINO a. 1794 del. (HÜBNER II 3117 [SCHIESS 1888, 137; WALTZING 1895–1900, III 12 n. 63; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245]; ALMAGRO BASCH 1984, 179–180 n. 60); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 298–299 n. 342 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 356).

1 LR CORNIDE, quem secuti sunt omnes AUCTORES praeter ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. – 2 [soda]les HÜBNER, quem secuti sunt AUCTORES. – 3 CO[---] AUCTORES praeter ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN.


Ut monstrant genus et formulae tit. antecedentium, veri simillime v. 1 continet cognomen defuncti, cui sodales titulum posuerunt. Sodales satis probabiliter ad sepulcrum faciendum contulerunt HS CC, vide tit. 13, 301–305.

Tit. ex genere et ex litt. formis saec. II prioris videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 310 (= II 5878) tit. sodalium collegii (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario ex duobus fragmentis coniunctum, superne infraque et ab utroque latere fractum, in fronte et a tergo levigatum (38) × (52) × 18; fragmenta caemento rude coniuncta sunt, ita ut litterae quaedam sive deperditae sive caemento obrutae sint. Litt. inter lineas ad delineandum ductas (et ex v. 3 inter lineas duplices ad perpendicularum ductas) insculptae 5 (v. 1–2; v. 2 litt. I longa 6), 3 (v. 3–8; v. 3 in. litt. T longa 4; v. 7 ex. litt. T longa 4,5); puncta triangularia deorsum directa. Frg. *a* (pars sinistra) rep. est d. 30 m. Aug. a. 1888 *a unos 500 pasos Nordeste de la que fué Basílica Visigoda* VALERO; frg. *b* (pars dextra) in lucem prolatus est a. 1885 *en el cerro cerca del anfiteatro de Cabeza de Griego* [i. e. Segobriga] FITA. Fragmenta servabantur inde a. 1891 *Madrid* in M. A. N. (inv. n. 16577) et a. 1972 iussu M. ALMAGRO BASCH in M. S. pervenerunt (sign. S-043). Ibi descripsit G. A. 1985; recognovit J. M. A. a. 1999 iterumque a. 2002.



-----?
 [---] quod +[---]
 eius

Col. I:	Col. II:
[---]tina °	Nedymus ° Ba+[---]
[---]ona °	Vitalis ° Quin[t---]
5 [---]alis	Silv[.]nus ° Nice[---]
[---? Ge]mellus	Valeñtinus ° Chr[es---]
[---]imetus	Mēne[c]raies ° Sec[und---]
[---H]ermes	Felix Eu+e[---]
-----	-----

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FITA, qui a. 1888 rededit schedam ad frg. *b* spectantem, cum adiuvante J. DE D. DE LA RADA Segobrigam et viciniam peragravit, (ms. R. A. H. 9/7581 [publicatum apud ABASCAL 1999a, 187]); RADA – FITA 1889, 124–126 fragmenta ambo exhibentes; HÜBNER II 5878, qui descripsit ex ectypo a FITA misso (ex eo SANTERO 1978, 79. 155 n. 41; SCHULZE-OBEN 1989, 179); QUINTERO 1913/2007, 101 n. 2; RIVERO 1933, 29 n. 91; ALMAGRO BASCH 1984, 181–183 n. 62 cum im. phot.; CURCHIN 1987, 81–82 n. 1 (*HEp* 2, 1990, 371); ABASCAL 1994b, 375 exhibens schedam a FITA a. 1888 confectam (*AE* 1994, 1057; *HEp* 6, 1996, 577); ID. 1999a, 94. 185–186 n. 73/9. 187 exhibens schedam a FITA a. 1888 confectam fig. 49 (*AE* 1999, 821; *HEp* 10, 2000, 170). – Cf. VALERO 1889, 172; ALFÖLDY 1987a, 77 cum adn. 245; MANGAS 1999, 347–348; ABASCAL 2003, 154.

A sinistra series una nominum fortasse deest. – 1 + est pes hastae rectae. – 3 ex. + satis probabiliter est pes hastae acclivis. – 8 ex. + pars litt. C vel G est.

1 [- -] quod *infra scriptum est* HÜBNER, QVOD F[- -] ALMAGRO BASCH. – 1–2 [*Dianae sacrum*] quod *fecer. cultores eius* RADA – FITA, quod *infra scriptum est ... sequuntur nomina sodalicii eius* proposuit ALMAGRO BASCH sine idonea causa; [*monumentum*] quod *erexerunt servi eius* vel sim. CURCHIN. – 3 in. [*Tromen*]tina (tribu) HÜBNER minus recte, quem secuti sunt SANTERO, ALMAGRO BASCH. – 3 ex. Bal[bi?] RADA – FITA,

Bal[bi] HÜBNER et ALMAGRO BASCH, Bal[- -] CURCHIN, B[- -] RIVERO. – 4 in. [*Veli*]na (tribu) HÜBNER minus recte, quem secuti sunt SANTERO et ALMAGRO BASCH, [- -]na QUINTERO, RIVERO. – 4 ex. Quin[ti] HÜBNER, Qui[nti] ALMAGRO BASCH, Quin[- -] CURCHIN, Quir[inalis?] RADA – FITA, Quir[- -] FITA, Qui[- -] RIVERO, Ovi[nia] ABASCAL minus recte ex im. a FITA del. – 5 Silv[i]nus HÜBNER et CURCHIN, Silvanus ALMAGRO BASCH. – 5 ex. Nig[ri?] RADA – FITA Nic[ri] HÜBNER, Nig[rini] ALMAGRO BASCH, Nic[- -] CURCHIN et RIVERO. – 6 ex. Chr[esti] HÜBNER, Chr[esti?] RADA – FITA, Chr[- -] CURCHIN, CER[- -] RIVERO, Chry[- -] FITA. – 7 ex. Sec[undi] HÜBNER, FITA et ALMAGRO BASCH, Sec[- -] CURCHIN, Seg[- -] RIVERO. – 8 Feli[cianus] ALMAGRO BASCH errore, nam superest caput hastae acclivis ad litt. X pertinens. – 8 ex. “ultimum nomen erat Eugeni” HÜBNER, Eug[enii] ALMAGRO BASCH, Euchir RADA – FITA, EUCI[- -] FITA, Euge[- -] CURCHIN, F CI[- -] RIVERO.

Nomina omnia casu nominativo expressa sine dubio erant. Titulum exhibere nomina familiae privatae vel publicae Segobrigensium putat CURCHIN, fortasse recte. De sodalibus Claudianis SANTERO, de collegio quodam funeraticio cogitaverunt QUINTERO, RIVERO sine idonea causa (vide ad tit. Saguntinos II²/14, 525 et 539).

Tit. ex litt. formis saec. I ex. vel II. in. tribuendus esse videtur. J. M. A. – G. A.

Tituli servae Segobrigensium et officiorum privatorum (13, 311–315)

13, 311 (= *EE* VIII 435 n. 182 cf. p. 124) tit. sepulcralis servae rei publicae

Stela ex lapide calcario superne rotundata, infra et a sinistra fracta, ex fragmentis compluribus coniuncta, ubique laesa, qui *peut avoir un mètre de hauteur* QUINTERO – PARIS. In parte superiore rosa exornata et sub ea duae series arcuum. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio cincta 40 × 32 QUINTERO. Litt. 5/6. Rep. Segobrigae a. 1892 in effossionibus a R. GARCIA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris) in loco q. d. *termas del teatro*, una cum titulis 13, 214 et 13, 220 et deinde *Madrid* in M. A. N. translata QUINTERO, id quod ALMAGRO BASCH in dubium vocavit, nam ibi frustra quaesivit. Latet aut periiit. Descripsimus, ut potuimus, ex PRIORIBUS et ad im. phot. et im. del.



Fig. a




Fig. b

[Barb?]arae rei
 [publi]cae Segob-
 [rig]ensium
 [servae] fami(l)ia
 5 [pub]lica
 [f]eci[t]

Fig. a: Im. phot. a FITA publici iuris facta.

Fig. b: Im. del. a QUINTERO – PARIS publici iuris facta.

FITA 1892d, 136–138 cum im. phot. a R. GARCÍA SORIA missa; ID. 1892f, 250; ex FITA 1892c et ex im. phot. et ex ectypo a FITA missis HÜBNER, *EE* VIII 435 n. 182 (e FITA et HÜBNER pendet P. BELTRÁN 1953, 251–252 [*HAE* 4–5, 1953–1954 f. 3]); PARIS – QUINTERO 1902, 194–195 cum im. del. (HÜBNER, *EE* IX p. 124); QUINTERO – PARIS 1902, 255 cum im. del. (*AE* 1903, 186; e HÜBNER et *AE* pendet WEISS 2004, 216 n. 182); QUINTERO 1913/2007, 104 n. 16 cum im. del.; ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1978, 140 cum im. phot. a FITA publici iuris facta tab. XXXIV; ALMAGRO BASCH 1982b, 19–21 cum im. phot. a FITA publici iuris facta; ALMAGRO BASCH 1984, 191–193 n. 67 cum im. del. a QUINTERO publici iuris facta; ALFÖLDY 1987a, 75 cum adn. 235; ABASCAL 1992, 314–315 n. 4 cum im. del. – Cf. MANGAS 1971, 228; SANTERO 1978, 159 n. 75; SMIRIN 1987, 85 cum adn. 178; CURCHIN 1987, 80; ABASCAL 1994a, 298; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 44; ABASCAL 2003, 154; NAVARRO et AL. 2011, 175.

1 [Barb?]arae FITA, [- -]arae HÜBNER. – 2 [pub]licae ALMAGRO BASCH, ABASCAL. – 2–3 Segob[ri]gensium HÜBNER, QUINTERO, P. BELTRÁN, ALMAGRO BASCH, CURCHIN. – 4 [servo vel servae?] SMIRIN. – 4–5 [servo sive ancillae] fami(l)ia pub]lica HÜBNER, [f]amili]a | pub]lica PARIS – QUINTERO, [servo] fami(l)ia | pub]lica QUINTERO – PARIS, [f]amili]a | pu]blica P. BELTRÁN. – 6 [f]ec[it] HÜBNER, [f]ec[it] QUINTERO – PARIS, WEISS.

Non de femina defuncta nomine *Barbara*, sed de viro defuncto nomine *Barbaras* agi consideraverunt FITA, ALMAGRO BASCH, CURCHIN, SMIRIN, WEISS monstrantes tit. Valentinum II²/14, 643 (= II 3761) haud probabile, nam M. CLAUSS adnotavit ad II²/14, 63: “Barbaras pro Barbarus scriptum videtur” sine dubio recte. Interdum autem occurrunt nomina masculina *-ara* cadentia (cf. SOLIN 2003, 754).

Segobrigam in colle *Cabeza del Griego* sitam esse hoc titulo demonstrari negavit HÜBNER ad *EE* VIII 435 n. 182 addens “neque vero tali monumento absolvitur questio” errore. Contra P. BELTRÁN VILLAGRASA Segobrigam ibi sitam esse conclusit, quem secuti sunt POSTERIORES; Segobrigam profecto ibi sitam esse nunc etiam probat tit. 13, 283.

Tit. ex genere et ex monumenti forma saec. I ex. vel II prioris videtur. J. M. A. – G. A.

13, 312 (= *EE* VIII 436 n. 183 cf. IX p. 124) tit. musivus in caldario balnei collocatus

Opus tessellatum rubrum quadriangulum in pavimentum insertum, media parte et supra infraque et a dextra destructum, olim 55 × 103, ab opere spicato marginatum. Titulus margine tessellis albis composita 38 × 99 cinctus est. Litt. tessellis albis insertae 5 HÜBNER haud recte, ceteri AUCTORES tacent. Rep. Segobrigae a. 1892 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris) in caldario thermarum, q. d. *termas del teatro*. Periit. Descripsi, ut potui, ex AUCTORIBUS et ad im. a QUINTERO del.



[L]esso [-4?]-]loq[um]
 Belcile[- -]artifex
 a fundame[ntis] fecit

Im. del. a QUINTERO publici iuris facta.

A. CALVET in epistula ad F. FITA d. 18 m. Sept. a. 1892 data, laudata in FITA 1892b, 634–635; FITA 1892d, 143 ex im. del. a QUINTERO missa; ID. 1892f, 250–251 (HÜBNER, *EE* VIII 436 n. 183); QUINTERO 1893, 115; PARIS – QUINTERO 1902, 187 (cf. HÜBNER, *EE* IX p. 124); QUINTERO – PARIS 1902, 246–247 (*AE* 1903, 184); QUINTERO 1913/2007, 92–94 cum im. del. (GARCÍA Y BELLIDO 1955, 15 n. XXII cum im. a QUINTERO del. fig. 5 [*HAE* 826]; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 130 n. 132. 157 n. 132 [*HEp* 1, 1989, 337]; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986b, 70 n. 132); ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 128–130 n. 42 cum im. a QUINTERO del.; GIMENO 1988, 9 n. 2 (GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1994, 174); GÓMEZ PALLARÉS 1988/89a, 234 n. 74; ID. 1991, 63–64 n. 2 cum im. a QUINTERO del.; DONDERER 1996, 297–299 cum im. a QUINTERO del. tab. 63.1; GÓMEZ PALLARÉS 1997, 88–90 n. CU-1, 246 cum im. a QUINTERO del. fig. 27; FARIA 2008, 63–64 (*HEp* 17, 2008, 64). – Cf. ALBERTOS 1964, 229; CRESPO – SAGREDO 1976, 77 n. 33; SCHULZE-OBEN 1989, 115; LUJÁN 1996, 205; ABASCAL – CEBRIÁN 1999, 299; ABASCAL 2003, 154; HURTADO 2003/04, 194–195; EUND. 2005, 239; CURCHIN 2007, 139; NAVARRO et AL. 2011, 110.


1 [B]esso [Abi?]loq[um] FITA, [L]esso [- -]loq[um] HÜBNER, [B]esso [abi]loq[um] QUINTERO, ALMAGRO BASCH, [B]esso [abi]loc[um] QUINTERO – PARIS, [.]ESSO A[- -]OQ[- -] GARCÍA Y BELLIDO, [- -] Besso A[bi]loq[um] GÓMEZ PALLARÉS 1988/89a, [.]ESSO [- -]OQ[- -] GÓMEZ PALLARÉS 1997, [B]esso A[- -]LOQ[- -] DONDERER. – 2 Belcile[sis] HÜBNER, quem secutus est CURCHIN, Belcile(n)[sis] GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986, HURTADO, NAVARRO et AL., Belcile[sis] f(i)lius] FARIA, Belciles[us] GARCÍA Y BELLIDO, quem secutus est DONDERER, Belcile[sus] ALBERTOS, GÓMEZ PALLARÉS, GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1994, Belcile[ssus] ALMAGRO BASCH. – 3 a fundame[ntis] fecit] HÜBNER, quem secuti sunt ALMAGRO BASCH, FARIA, a fundame[ntis] f(ecit)] GÓMEZ PALLARÉS 1988/89a, a fundame[ntis] - -] DONDERER, GONZÁLEZ RODRÍGUEZ, GÓMEZ PALLARÉS 1997, HURTADO.

Nomen Celtibericum *Lesso* recurrit in titulis Hispanicis (vide II²/14, 336 Sagunti repertum et *Lesso Siriscum Lubbi* f. *AE* 1979, 377, *Botorrta*, Z rep.). Litt. [- -]loq[- -] fortasse ad cognationem spectant. *Belcile*[- -] sine dubio originem Lessonis indicat; de oppido Celtiberorum sub nomine *Belgeda* sive *Belgida* apud OROS. V 23, 11 memorato cogitavit HÜBNER ad *EE* VIII 436 n. 183.

Thermae, in quibus tit. musivus prodiit, circ. saec. I in. extractae sunt. J. M. A.

13, 313 (= II 3118) tit. sepulcralis medici

Fortasse stela. Litt. accurate insculptae, ut videtur. Puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae a. 1789–1790 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Latet aut periit. Descripsi, ut potui, ad im. a FERNÁNDEZ del.



D(is) · M(anibus) · s(acrum)
Philumeno
medico
Rufus · fil(ius) ·
5 patri · f(aciendum) · c(uravit) ·
s(it) · t(ibi) · t(erra) · l(evis) ·

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.
 FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 21v; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(31) n. 5 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 117 n. 152; e FERNÁNDEZ pendent B. CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 9; DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 108 [WICKERT, sched.]); FERNÁNDEZ 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 147 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 87v n. 3 et ed. 1792, 106 n. 3 (MASDEU 1783/1805, XVII 408 n. 20; XIX 495 n. 1947); CORNIDE 1799, 183 n. 13 tab. 5 n. 13 cum im. del.; ex ANTIQUIORIBUS pendent HÜBNER II 3118 (GUMMERUS 1932, 85 n. 328; CASSANI 1949, 55 n. 1; VIVES, *ILER* 5727; RÉMY 1991, 342 n. 14; RÉMY – FAURE 2010, 106–107 n. 16; ALONSO ALONSO 2011, 100 n. 3) et ALMAGRO BASCH 1984, 185–186 n. 64 cum im. a PRIORIBUS del. – Cf. CRESPO – SAGREDO 1976, 77 n. 32; CURCHIN 1987, 79; GOZALBES 2002, 16 cum im. phot. fig. 4.
 3 MEDIQO (!) CORNIDE errore, sane fortasse aliquid verum inesse (“latetne MEDIQO?”) suspicatus est HÜBNER. – 4 *filii* CAPISTRANO. – 5 *patrii* CORNIDE.

Cum defuncto nomen unum Graecum (non tria nomina) esset, peregrinus vel servus fuisse videtur, cf. RÉMY – FAURE 2010, 106.

Tit. ex formulis saec. II videtur (saec. II anterioris RÉMY – FAURE fortasse recte). J. M. A.

13, 314 (= II 3119) tit. sepulcralis notarii

Fortasse stela. Punctum triangulare sursum directum. Rep. Segobrigae a. 1789 *dia 12 de dic(iembr)e* FERNÁNDEZ in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda. En la Igl(esi)a colocada mal* FERNÁNDEZ,

a medio estado de altura del pavimento PALOMARES. Latet aut periit. Descripsi, ut potui, ad im. a FERNÁNDEZ del.

QVINTIANO
 CAEC · PORCIA
 NI NOTARIO
 ANN · XXX · MAN
 LIVS VICTORI
 NVS ET FABIA
 MATER FILIO.

Quintiano
Caec(ili) · Porcia-
ni notario
ann(orum) XXX Man-
 5 *lius Victori-*
nus et Fabia
mater filio

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.
 FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 3r. 26r; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(39) n. 2 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 119 n. 158; e FERNÁNDEZ pendent B. CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 12; DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 122 n. 2 [WICKERT, sched.]); FERNÁNDEZ 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 148 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 87v n. 4 et ed. 1792, 107 n. 4 (MASDEU 1783/1805, XVII 409 n. 21; XIX 519 n. 1978); CORNIDE 1799, 182 n. 8 tab. 5 n. 8 cum im. del.; ex ANTIQUIORIBUS, HÜBNER II 3119 (VIVES, *ILER* 5737); ALMAGRO BASCH 1982b, 23–24 cum im. a PRIORIBUS del. fig. 2; ID. 1984, 186–187 n. 65 cum im. a PRIORIBUS del. – Cf. P. BELTRÁN 1953, 251; D’ORS 1953, 156; ALFÖLDY 1973, 66; EUND. 1975, 186–187; CRESPO – SAGREDO 1976, 77 n. 31; CURCHIN 1982, 44; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 23.

2 in. CAE PALOMARES, CAECOPORTIA CAPISTRANO ms., CAEC PORTIA CAPISTRANO 1792. – 4 ex. MXI CORNIDE (WICKERT, sched.). – 7 in. *Mater[na]* consideravit HÜBNER.


(Manlius) Quintianus defunctus sine dubio notarius erat L. Caecilii Porciani, flaminis provinciae Hispaniae Citerioris a Segobriga oriundi (tit. 13, E 20 = II²/14, 1185). Officium notarii aliunde in Hispania non novimus, sed alibi testimonia inveniuntur multa (cf. tit. urbanos huius Corporis vol. VI 1749. 1761. 9130. 9704. 33890. 33891, Aquileienses huius Corporis vol. V 1586. 1601–1603; AE 1975, 416 *i*, 416 *p*, 416 *q*, 416 *r* cet.). De Manliorum familia Segobrigensi vide ad tit. 13, 279.

Tit. ex genere et ex eo, quod Caecilius Porcianus et Manlius Victorinus praenomine carent, saec. III in. videtur. J. M. A.

13, 315 tit. sepulcralis offeritoris

Parallelepipedum ex lapide calcario superne infraque et a dextra fractum, in fronte levigatum (26) × (32) × (31). Litt. 7 (v. 1–2), 5 (v. 3). Rep. a. 1971 in loco q. d. *La Corona* intra fines oppidi *Saelices (CU)* prope Segobrigam ad sep-

tentrionem versus. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985; recognovit J. M. A. a. 2002.



-----?
[E]ndim[ion- -] (!)
offect[or- -]
an(norum) XXI[- -]
++ [- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 322–323 n. 187 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 331); GIMENO 1988, 42, cui G. ALFÖLDY et A. U. STYLOW dederunt (*HEp* 2, 1990, 370).

1 RDIM, – 2 offect[us] ALMAGRO BASCH. – 4 ++ capita litt. E vel F sunt, ergo EF[- -] vel FE[- -] vel FF[- -]; omisit GIMENO.

Nomen Graecum *Endymion* (SOLIN 2003, 516) recurrit in titulo Saguntino II²/14, 687. Offector alius memoratur in titulo Hispanico II²/7, 198 (Sacili Martiale). Vide etiam huius Corporis vol. IV 864 (*ILS* 6425) et XIII 7553. De offectoris officio vide glossas apud PAUL. FEST. p. 211.

Tit. ex litterarum formis saec. II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

Tituli virorum non a Segobriga oriundorum quorum patria laudatur (13, 316–323)

13, 316 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum, in fronte levigatum (17) × (27) × (21). Litt. 5,5/6; puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1981 in effossionibus a M. ALMAGRO BASCH institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda* (sign. *Basílica-2*; inv. n. 45175; S-199). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit, recognovit J. M. A. a. 1999.



[- -]A]stur[- -?]
[h(ic) s(itus) e(st)]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 361 n. 232 cum im. phot.; HALEY 1986, 128 cum adn. 47 ex scheda ab ALFÖLDY missa (*HEp* 3, 1991, 174). – Cf. GONZÁLEZ ALONSO 1999, 335 n. 160.

1 SIVI, – 2 SE ALMAGRO BASCH.


Astur est cognomen vel originem significat. Cognomen *Astur* recurrit in titulis Hispanicis II 2604 et 2605 cf. huius Corporis vol. VI 16492, sed vide etiam *Asturius* (cf. ABASCAL 1994a, 288). De gente Asturum a PLIN. nat. 3, 6 et aliis laudata vide *TIR Hoja* K-29, 26–29 s. v. *Astures* et ALFÖLDY ad II²/14, 1114 cum bibliographia ampliore.

Tit. ex formulis et ex litterarum formis saec. I esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 317 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum (fortasse olim stela), in fronte et a tergo levigatum (35) × (26) × 27. Litt. inter lineas ad delineandum ductas minus accurate insculptae 5,5/6; puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1969 in effossionibus proscenii theatri a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 79703; S-035). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985; recognovit J. M. A. a. 2002.



-----?
[- -]VAD[- -]
[- -]ENN[- -]
[- -]ilitan[- -]
[h(ic)] s(it-) e(st)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 200–201 n. 73 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 316; inde pendet HURTADO 2005, 239); ALFÖLDY 1987a, 76 cum adn. 240.

V. 1–2 nomen defuncti vel defunctae satis probabiliter continent, v. 3 originem, sed haud supplendas sunt.

1 *Val[erio]* ALMAGRO BASCH. – 2–3 *Enn[ius Bilb]ilitan[us]* ALMAGRO BASCH, quem secutus est HURTADO. – 3 *[Bilb]ilitan[us]* vel *[Bilb]ilitan[a]* ALFÖLDY. Bilbilis, ubi poeta Martialis natus est, in parte conventus Caesaraugustani occidentali sita, vide SCHULTEN 1934, MARTÍN BUENO 1975, id. 1981, HOWELL 1998, 173–186 et M. MARTÍN BUENO in: F. BELTRÁN – MARTÍN BUENO – PINA 2000, 93–105; cf. A. HERNÁNDEZ, in: *TIR Hoja K-30*, 64–66 s. v. *Bilbilis*.

Tit. ex litterarum formis saec. II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 318 (= II 3125 cf. p. 710) tit. sepulcralis

Rep. Segobrigae saec. XVI, *en la misma Cabeza del Griego en un cerro q(ue) esta a la mano derecha yendo de Ucles en lo alto estava esta piedra* OCAMPO apud GALCERÁN DE CASTRO f. 21r, *en Cabeça del Griego* DÍAZ DE RIVAS (minus recte *Villetii Hispan.* STRADA 155 n. 11, GRUTER 926 n. 17 [i. e. *Uclés (CU)*], *en Villena* MASDEU [qui *Villetii* in *Villena (A)* mutavit errore], *Cabeça del Eriego* [sic] STRADA 156 n. 3, ex eo *prope Viletium Hispan.* GRUTER 841 n. 9). Latet aut periit. Descripsi ex ANTIQUIORIBUS.

D. M. S

VOCONIAE MA
TERNAE UXENEN
SI. C. PORCIUS
MARINIANVS
DENIENSIS
VXORI ,, ,, VIT.

D(is) M(anibus) s(acrum)

*Voconiae Ma-
ternae Uxenen-
si (!) C(aius) Porcius*

5 Marinianus

D<i>eniensis (!)

uxori [pos]uit

Exemplum, quod exhibuit GALCERÁN DE CASTRO f. 246r. ANTIQUIORES, inter quos F. DE OCAMPO saec. XVI prioris, ms. (in GALCERÁN DE CASTRO, ms. saec. XVII prioris f. 246r vel secundum numerationem aliam f. 289r [cf. GIMENO 1997, 194 n. 755]; *ibid.* f. 21r [cf. GIMENO 1997, 150 n. 211]; *ibid.* f. 21v solum versus 1 et 2 et versus 3 in. [cf. GIMENO 1997, 150 n. 214], ergo tit. codice uno ter descriptus); ex OCAMPO pendet STRADA 1575, 155, 11 (exhibens v. 1 et 2 et 3 in., inde GRUTER 1603, 926 n. 17 “ex STRADA”) et ID. 156, 3 (exhibens v. 2–8 quasi esset tit. alius, inde GRUTER 1603, 841 n. 9 “ex STRADA”; MADRID CABALLERO 1838 f. 69v); DÍAZ DE RIVAS, ms. siglo XVII 19; e GRUTER (p. 926 n. 17 exhibens v. 1–3) pendet MASDEU 1783/1805, VI 341 n. 1036 versibus aliter divisus (RIBELLES, ms. saec. XIX in. f. 102; SANCHIS SIVERA 1920 n. 68; MARTÍN – SERRES 1970, 81 n. 30); PANEL, ms. saec. XVIII B. N. E. sign.

8729/1 f. 267. 298 (vide HERNANDO 2017, 257); ex ANTIQUIORIBUS excepto DÍAZ DE RIVAS pendet HÜBNER II 3125, qui tit. totum exhibet (ex eo DIEHL 1910, 4 n. 5; GARCÍA MERINO 1970, 422–423 n. 2; VIVES, *ILER* 5429; JIMENO 1980, 193–194 n. 161; ALMAGRO BASCH 1984, 204–205 n. 77); e PRIORIBUS CORELL 1999, 339 n. XVII. – Cf. FITA 1892d, 141; ALBERTOS 1966, 254; HALEY 1986, n. 511–512; GONZÁLEZ ALONSO 1999, 790 n. 1581; GÓMEZ-PANTOJA 1998, 190 n. 31; HURTADO 2005, 238.

1 omisit STRADA p. 156. – 3 TERNA STRADA p. 156. – 3–4 AVXENENSI STRADA p. 156 et qui ex eo pendet. – 4 PORTIVS STRADA p. 156 et qui ex eo pendet. – 6 DENIENSIS ANTIQUIORES omnes (secuti sunt ALMAGRO BASCH, GONZÁLEZ ALONSO), *Dieniensis* HÜBNER, *Ideniensis* JIMENO, *Dienensis* HURTADO. – 7 VXORI [- -] VIT GALCERÁN DE CASTRO, GARCÍA MERINO, VXORI. VIT STRADA et qui ex eo pendet, *uxori [vi]vit* HÜBNER, *uxori [dica]vit* ALMAGRO BASCH, *[pos]uit* JIMENO, quod iam proposuerat OCAMPO.

Uxenensis et *Dieniensis* pro *Uxamensis* (Uxama, prope *Burgo de Osma, SO*) et *Dianiensis* (Danium, apud *Denia, A*) scripta esse putavit HÜBNER sine dubio recte. J. M. A.

13, 319 (= II 6338 ff) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne et infra fracta undique levigata et in fronte olim expolita (76) × 54 × 17. In media parte superiore excavata imago mulieris insculpta erat, nunc mutila. Litt. satis accurate insculptae, infra a sinistra evanidae 4,5 (v. 1 litt. I et T longae 6; v. 2 litt. T longa 6). Puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae a. 1891 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis *al Oriente del famoso cerro en un campo ó heredad que hondamente excavó, hace tres meses, D. Román García FITA, a un lado de la calzada que va con dirección a Uclés y Huelves* QUINTERO, i. e. sine dubio prope theatrum. Deinde translata *Madrid* in M. A. N., iussu M. ALMAGRO BASCH a. 1973 in M. S. inter reposita pervenit (sign. 76262; S-033). Ibi descripsit G. A. a. 1985 et ectypum sumpsit, recognovit iterum iterumque J. M. A., qui contulit, a. 2011; im. phot. sumpsit J. SALINAS.



Nympei (!) ◦ ◁ *Mani* ▷ ◦ *Tirtaliq(um)*
Hilarus ◦ et ◦ *Fuscus*
Laxtenses [- - -]
 [fec(erunt) d(e)] s(uo) p̄c̄ulio

Im. phot. a J. SALINAS sumpta nobis dedit J. M. NOGUERA.

FITA 1891b, 523–524 n. 4; HÜBNER II 6338 ff, qui descripsit ex ectypo a FITA misso (GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 153. 161 n. 181; EAD. 1986b, 76 n. 181; TOVAR 1946/47, 30 n. 135); FITA 1892a, 112 ex epistula ab HÜBNER missa; QUINTERO 1913/2007, 104 n. 15; RIVERO 1933, 68 n. 244; ALBERTOS 1975, 15 n. 125; ALMAGRO BASCH 1978 cum im. phot. tab. XXXII; ID. 1984, 197–199 n. 71 cum im. phot.; ALFÖLDY 1987a, 76 cum adn. 240 (*HEp* 2, 1990, 377; inde pendet HURTADO 2003–2004, 195 et ID. 2005, 239–240, qui errore de titulo Nymphis dicato cogitavit); NOGUERA 2012, 217–218 cum im. phot. tab. XC.1. – Cf. HALEY 1986, 38. 39. 264 n. 506. 360 cum adn. 655 ex scheda ab ALFÖLDY donata; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 138. 140 cum im. phot. fig. 95; RAMÍREZ SÁNCHEZ 2007, 1163; NAVARRO et AL. 2011, 162.

Supra v. 1 a sinistra litt. M' ◁ *Mani* ▷ minus accurate scari-fata.

1 *Nympet*(io?) *Mu*(mmii?) *Tirtalico* FITA 1891b, *Nymp*(h)ei(us) *M*(ani) *Tirtalico*(m) HÜBNER, *Nymp*[h]etus *M*(ani) [servus] *Tirtalico*(m) HÜBNER apud FITA 1892a, *Nympet*(io?) *Mu*(mmii?) *Tirtalico* QUINTERO, *Nunpetio Munium* RIVERO, *Nympei*(us) TOVAR, *Nymphe m*(ulieris liberta) *Tirtaliq(um)* ALMAGRO BASCH. – 2 ex. *Fuscus*(s) FITA 1891b, QUINTERO, *Fuscus*[s] HÜBNER, GONZÁLEZ RODRÍGUEZ. – 3 *Laxt*(amen?)*ses* FITA 1891b, *Laxt*[en]ses? HÜBNER, *Laxt*[amen?]ses [- - -] QUINTERO, *Laxt*[amen]ses RIVERO, *Laxt*[en]ses (?) GONZÁLEZ RODRÍGUEZ, *Laxt*[ane]nses ALMAGRO BASCH. – 3 ex. *s*[er(vae)?] ALFÖLDY, id quod STYLOW in dubium vocavit (ad *HEp* 2, 1990, 377). – 4 [av?]unc[ulo?] FITA 1891b, QUINTERO, [- - -]VNC HÜBNER, *avunculo* RIVERO, [- - -]VNO GONZÁLEZ RODRÍGUEZ, [- - -]S [Ter]tullo ALMAGRO BASCH. – 5 vestigia litterarum delineavit HÜBNER II 6338 ff sine idonea causa.


“Nympei” nomen Graecum *Nymphe* (cf. SOLIN 2003, 434–435) dativo positum. Defuncta Mani cuiusdam uxor vel filia fuit. “Tirtaliq(um)” nomen cognationis esse videtur, cf. *Tritalicum* II 2814. 5077, *HEp* 11, 2001, 505. De Laxta oppido a Ptolemaeo 2,6,58 laudato vide TOVAR 1974/89, 221 et A. CEPAS PALANCA, in: *TIR Hoja* J–30, 217 s. v. *Laxta*; cf. *AE* 1913, 10, ubi fortasse supplendum est *Laxten*(si).

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 320 (= II 5883) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne infraque et a tergo fracta in fronte levigata, nunc magna ex parte contunsa (45) × 38 × (37). Area titulo inscribendo destinata paululum excavata. Litt. minus accurate insculptae circ. 5 (v. 2 litt. C circ. 4; v. 3 litt. O minuta circ. 4); puncta desunt. Rep. Segobrigae ante a. 1889 *en el suelo de la cabeza del ábside* RADA – FITA. Olim servabatur *Madrid* in *M. A. N.* (inv. 16574). Iussu M. ALMAGRO BASCH a. 1972 translata est in *M. S.*, ubi nunc servatur inter reposita; *ibid.* descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2011.



[-] *Valerius*
 [- - -] *(ilius) G*â*(eria) Flac-*
[cus Pomp?]âelo-
[nensis? - - -]
 - - - - - ?

Im. phot. a W. K. sumpta.

RADA – FITA 1889, 148 n. 1 (ex eis HÜBNER II 5883 [VIVES, *ILER* 6666]); QUINTERO 1913/2007, 102–103 n. 6; RIVERO 1933, 67 n. 241; ALMAGRO BASCH 1984, 240–241 n. 105 cum im. phot. (GÓMEZ-PANTOJA 1998, 190); ALFÖLDY 1987a, 76 cum adn. 240 (*HEp* 2, 1990, 378). – Cf. VELAZA 2008, 371.

Supplevit ALFÖLDY 1987a.

1 *Valerius* RADA – FITA, HÜBNER, QUINTERO, RIVERO, ALMAGRO BASCH. – 2 E ◦ FLAC RADA – FITA, QUINTERO, RIVERO, E FAC HÜBNER errore, AE FLAC ALMAGRO BASCH, quem secutus est GÓMEZ-PANTOJA. – 3 *Ælio* RADA – FITA, quem secutus est HÜBNER, *Aelo* QUINTERO et RIVERO, [*Arg*]*aelo* ALMAGRO BASCH vix recte, [*Pomp?*]*âelo*[*nensis*]] ALFÖLDY, id quod VELAZA in dubium vocavit (de *Pompaelone* in parte conventus CaesarAugustani septentrionali sita vide A. HERNÁNDEZ, in: *TIR Hoja* K–30, 181–182 s. v. *Pompaelon*). Defunctus civis Romanus sine dubio fuit, ergo in [- - -]*aelo*[- - -] satis probabiliter origo latet.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 321 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario superne infraque fractus in fronte levigatus, sed hodie foraminibus nonnullis foedatus, a tergo scaber (96) × 58 × 15. Litt. satis accurate insculptae circ. 5, puncta rotunda. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus coemeterii Visigothici in usum posteriorem adhibitus in sepulcro n. 186 (inv. n. 77856; S-034). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1999; contulimus a. 2004.



C(ai)o ° Âûrel(io) S[- - -]
 [- - - - -]
 Q(uintus) ° Munius [- - -]stus
 Toletanus çipum (!)
 5 et ° sepulturâm
 d(e) ° s(uo) ° d(edit) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 199–200 n. 72 cum im. phot.; ALFÖLDY 1987a, 76 cum adn. 240 (HEp 2, 1990, 375); ABASCAL 1999b, 292–293 n. IV.4 cum im. phot. (AE 1999, 944; HEp 9, 1999, 314, ubi lectio in dubium vocatur). – Cf. HALEY 1986, 264 n. 514.

1 CAR[- - -] ALMAGRO BASCH, ALFÖLDY; S[- - -]V+IA[.?] ABASCAL. – 3 in. O M N ALMAGRO BASCH, Q. Mun[- - -] ALFÖLDY. – 3 ex. supplendum est [Iu]stus vel [Fe]stus vel sim.

Lectionem ab ABASCAL 1999b propositam magna ex parte hic secuti sumus. De lectione *Munius* dubitavit P. LE ROUX ad AE 1999, sed vide ABASCAL 1994a, 187. Iunctio *çip<p>um* et *sepulturam* alibi non invenitur.

Tit. ex litterarum formis et ex formulis saec. II esse videtur.
 J. M. A. – G. A.

13, 322 (= II 3123) tit. sepulcralis

En el cerro llamado Cabeza del Griego, 1/4 de legua de Saelices, P(artido) de la Mancha. Burriel, de quien la vio y copio BURRIEL apud VELÁZQUEZ. De origine Segobrigensi tituli solum ipsi cogitaverunt. Latet aut periit.

Attio Saturni-
 no Valerensi
 annor(um) XXVI Attia
 Ianuaria filio
 5 carissimo c(uravit) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Exemplum a VELÁZQUEZ traditum.

attio. saturni
 no. valerensi.
 annor. XXVI. attia
 ianuarua. filio
 carissimo. c st t l.

L. J. VELÁZQUEZ, ms. R. A. H. sign. 9/4106, qui habuit ab A. M. BURRIEL (olim Est. 4, gr. 7.^a, D. n. 227: Velázquez ms. 13); PANEL, ms. saec. XVIII, B. N. E. sign. 8914 f. 376r (vide HERNANDO 2017, 115. 119. 150. 299); CORNIDE, ms. R. A. H. sign. 9/3920/50 (olim Est. 18, gr. 3.^a, n. 40), cf. ABASCAL – CEBRIÁN 2005, 180–181; e VELÁZQUEZ et CORNIDE pendet HÜBNER II 3123 (VIVES, ILER 5441 et ALMAGRO BASCH 1984, 195–196 n. 69). – Cf. ALFÖLDY 1987a, 76 cum adn. 240.


De Valeria municipio iuris Latini veteris (apud Valeria, CU sito) vide TOVAR 1974/89, 220–221; A. FUENTES DOMÍNGUEZ, in: TIR Hoja J–30, 332 s. v. Valeria et ALFÖLDY 1987a, 85–88; tituli Valerenses in II²/13 fasciculo secundo recensentur.

Tit. ex formulis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 323 (= II 3124 cf. p. 944) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata infra et a sinistra fracta in fronte levigata (53) × (42) × ?. Supra in fronte circulus incisus est. Area titulo inscribendo destinata excavata in formam tabulae ansatae redacta, superne tribus arcibus incisis exornata 20 × 28,5. V. 4 infra aream inscriptus. Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) accurate insculptae circ. 3/3,5 (v. 1–2), 2,5/3 (v. 3), 2/2,5 (v. 4); puncta triangularia sursum directa. Rep. Segobrigae ante a. 1789. Servatur iam diu Saelices (CU), ubi viderunt AUCTORES omnes. En una piedra pequeña colocada al costado en la misma casa de D(om) Seb(astia)n [i. e. S. MARTÍNEZ FALERO] FERNÁNDEZ, hodie C/ de las Peñas n. 15 (olim 17). Extat ibid. parieti inserta prope portam, ubi descripsit G. A. a. 1983, recognovit J. M. A. a. 1998 iterum iterumque; contulimus a. 2004.



Titus ° Valerius

K(- -) ° Aпти ° filius ° Gâle(ria)

Valeriansis ° h(ic) ° s(itus) ° e(st)

AE+[..] ° NA++V[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4g cum im. del.; ID. 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 47 cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(38) n. 3 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 118–119 n. 157; e FERNÁNDEZ pendent CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 10; DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. et 9/5939/16 f. 96 n. 3 cum im. del.); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 148 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 88v n. 13 et ed. 1792, 112 n. 13 (MASDEU 1783/1805, XVII 401 n. 3; XIX 344 n. 1737); CORNIDE 1799, 182 n. 6 tab. 5 n. 6 cum im. del., qui etiam vidit; ex ANTIQUIORIBUS pendet HÜBNER II 3124 et p. 944 ex ectypo a FITA misso (ex eo VIVES, *ILER* 5440); ALMAGRO BASCH 1984, 196–197 n. 70 cum im. phot. et im. del.; ALFÖLDY 1987a, 76 cum adn. 240 (*HEp* 2, 1990, 376); ABASCAL 1999b, 291–292 n. IV.2 cum im. phot. (*AE* 1999, 942; *HEp* 9, 1999, 312). – Cf. FITA 1892d, 141.

4 + prima est hasta recta rubricata; post quam cernuntur spatium et punctum, quae secutae sunt litt. NA; post quas litt. incertae duae, quas secuta est litt. V, quae certe legitur. Ante V supersunt vestigia coloris.

Litt. K brachiis brevibus, litt. P arcu non clauso.

2 *K. Apty* CORNIDE, *Kapti* HÜBNER quasi esset praenomen, *K(ai) Aпти* ALMAGRO BASCH, *K(ai Valeri?)* ABASCAL, *K(aesonis?) Aпти* ALFÖLDY. – 2 ex. CAL FERNÁNDEZ, CANO, DE SANTIAGO PALOMARES; *Gal(eria)* HÜBNER, ALMAGRO BASCH, ALFÖLDY; CALE CAPISTRANO. – 4 Om. CORNIDE, AET[- -]AN[- -]V FERNÁNDEZ, CANO; AEN[- -]NA V. V CAPISTRANO; *aet(atis) an(norum)* [LX]V HÜBNER, qui postea ex ectypo se ipsum correxit et de *Valerius Nativus?* vel similibus cogitavit, ALMAGRO BASCH, ALFÖLDY; ibi *Baeb[ia]nae an(norum)* ++ supplere voluit ex spatiis ABASCAL, sed titulo recognito intelleximus superficiem lapidis ante litt. A in initio vacuam esse.

Cognomen *Aпти* (KAJANTO 1965, 286) notum est titulis Hispanicis *AE* 1996, 855 (*Idanha-a-Nova*, CAS) et *AE* 1989, 366 (*Mértola*, BEJ). Interdum et praenomen et cognomen patris indicatur, cf. *AE* 1962, 325; 1985, 927. De Valeria municipio cf. tit. praecedentem.

Tit. ex genere et ex formulis et ex forma punctorum saec. I med. videtur; litterae consentiunt. G. A. – J. M. A.

Tituli virorum quorum tribus indicatur (13, 324–328)

13, 324 tit. sepulcralis

Tabulae duae ex lapide calcario ad eundem monumentum pertinentes, in fronte levigatae paululum dolatae et a tergo scabrae. Monumento ceteras tabulas inscriptas nunc deperditas affixas esse manifestum est. Tab. A 37/40 × 126,5 × 14; litt. satis accurate insculptae circ. 8,5/9. Tab. B ab utroque latere fracta 23 × (110) × 13,5. Litt. 7,5. Puncta triangularia deorsum directa; tab. B punctum post *Lucilla* lineamentis incisum sed non excavatum. Rep. a. 1986 in effossionibus coemeterii in loco q. d. *Las Obradas de Gaspar*, circ. 500 m ad occidentem versus a *basílica visigoda* Segobrigae sito, intra fines oppidi *Saelices* (CU), in usum posteriore adhibitae in sepulcro n. 3 (inv. n. 62666; S-169). Servantur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1986 et a. 1988 et W. K. im. phot. sumpsit; ibid. recognovit J. M. A. a. 2002.



Fig. a

Tit. A:

L(ucio) ° Porcio ° L(uci) ° f(ilio) ° Gal(eria) C[- -]

Porciae ° L(uci) ° f(iliae) ° Pla[- -]



Fig. b

Tit. B:

Porcia ° L(uci) ° f(ilia) ° Lucilla ° pat[ri et matri ?]

Fig. α-β: Im. phot. a J. M. A. sumptae.
DE LA ROSA 1988, 93-98 cum im. phot. tab. III 2-3 (*HEp* 2, 1990, 373a-b); ABASCAL - ALFÖLDY - CEBRIÁN 2011a, 344-345 n. 423 cum im. phot.
Tit. A: Cognomen defunctae (matris eius, quae monumen-

tum fecit) *Pla[cida]*, *Pla[utilla]* vel simile fuisse videtur. Gens Porcia Segobrigensis redit in titulis n. 13, 318 et 13, 488. Vide etiam tit. 13, 283.
Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur.
G. A. - J. M. A.

13, 325 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario superne et a sinistra fractum, in fronte levigatum pectine ferreo dolatum (25) × (27) × 16. A dextra resectum est, sic ut nomines virorum discissint, unde constat titulum olim ex variis partibus compositum esse. Litt. circ. 10 (v. 1), 7,5 (v. 2), circ. 6 (v. 3). V. 1 et 3 puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 24 m. Sept. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori (*UE* 5759 n. 1; inv. n. 86096; S-369). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2002; recognovimus a. 2003.



[- -] Gal(eria) ◦ +[- -]
[- -]llion[i - -]
(vac.) L(ucius) ◦ Iul[ius - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ALFÖLDY - ABASCAL - CEBRIÁN 2003b, 222-223 n. 15 cum im. phot. (*AE* 2003, 991; *HEp* 10, 2000, 306); ABASCAL - ALFÖLDY - CEBRIÁN 2011a, 83-84 n. 60 cum im. phot. - Cf. ABASCAL - CEBRIÁN - TRUNK 2004, 240 n. 67.

Litt. A loco hastae libratae cum hasta acclivi. Litt. G cum lineola curva loco hastae rectae.
Ante v. 1 perierunt praenomen et nomen gentile atque nomen paternum. - 1 + est pars sinistra litt. C, G, O vel Q. Post indicationem tribus periit cognomen viri honorati. - 2 latet cognomen secundum. *[Po?]llion[i - -]* ALFÖLDY et AL., ABASCAL et AL., supplendum est *[Po]llion[i]* vel *[Ga]llion[i]* vel sim. - 3 continere videtur praenomen et nomen gentile dedicantis.
Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus esse videtur.
G. A. - J. M. A.

13, 326 tit. honorarius

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido, infra et a sinistra et supra a dextra fractum, in fronte levigatum pectine ferreo dolatum (15) × (9,5) × (12). Fortasse est angulus superior dexter (aliquantum laesus) partis mediae basis staturae ex tribus partibus compositae. Litt. 5,5. Rep. Segobrigae a. 2004 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (*UE* 7818 n. 26, punto 449,

124166; S-515). Servatur in *M. S.*, ubi descripsit J. M. A. a. 2005; contulimus a. 2005.



[- -] Gal(eria) (?)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ABASCAL - ALFÖLDY - CEBRIÁN 2011a, 87-88 n. 67 cum im. phot. (*AE* 2011, 559; *HEp* 20, 2011, 121).

Ex eo, quod litterae servatae in fine versus extant, fortasse ad breviationem tribus pertinent. Supplendum fortasse *[G]al(eria)*, cum cives Segobrigenses in hac tribu recenseantur, sed cf. etiam *[P]al(atina)* in municipiis et coloniis Hispaniae notam (cf. WIEGELS 1985, 97. 138 [Barcinone, Tarracone]; vide *II*²/14, 31 et 329 [Valentiae, Sagunti]). Ante tribum veri similiter perierunt praenomen et nomen gentile viri honorati atque praenomen patris.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur.
G. A. - J. M. A.

13, 327 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum (fortasse fragmentum basis) ex lapide calcario pallido undique fractum, in fronte olim levigatum hodie ex parte laesum (12) × (15,5) × (8). Litt. accurate insculptae 4. Rep. a. 2001 in effossionibus fori (*UE* 5391 n. 27; inv. n. 63178; S-345). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2002.



-----?
 [- -?] Gal(eria) ? [- -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 176–177 n. 58 cum im. phot. fig. 57 (HEp 10, 2000, 270); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 87 n. 66 cum im. phot.

Litterae, quae supersunt, fortasse breviatio tribus sunt, sed vide etiam cognomina *Gallus* vel *Gallicus* vel similia.

Tit. ex litterarum formis saec. I videtur. G. A. – J. M. A.

13, 328 tit. honorarius (?)

Fragmenta quattuor inter se ex parte non coniuncta tabulae marmoreae cineraceae (*bardiglio di Carrara*, I. RODÀ et P. PENSABENE per colloquium), in fronte expolita et a tergo levigata (13) × (22) × 2,5. Litt. satis accurate insculptae circ. 7. *Hedera* deorsum directa. Fragmentum superius dextrum rep. a. 1991 in effossionibus fori prope cryptoporticum septentrionalem (inv. n. 1991/22); cetera rep. a. 2001 in effossionibus fori prope porticum orientalem (UE 5168 n. 1; inv. n. 62604, S-321). Servantur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.

-----?
 [- -?] Pup(inia?) ◦ P+[- -?]
 -----?



Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 157–158 n. 16 cum im. phot. fig. 14 (AE 2002, 821; HEp 10, 2000, 228); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 89–90 n. 70 cum im. phot.

1 + est hasta recta.

Litt. fortasse ad tribum breviatam spectant. Cives Segobrigenses in tribu Galeria recensentur. Tribus Pupinia recurrit in tit. M. Porcii M. f. Caesaris Augusti scribae (supra 13, 283) et in ea inscripti erant cives coloniae Iuliae Gemellae Acci (de qua vide WIEGELS 1985, 89).

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I priori tribundus videtur. G. A. – J. M. A.

Tituli operum publicorum (13, 329–371)

13, 329 tit. operis publici

Parallelepipedum novem ex lapide calcario, quae pavimento fori Segobrigae a septentrione usque ad meridiem immissa sunt. In faciebus sursum directis litterae auratae insertae erant. Quae facies sursum directae titulo inscribendo destinatae satis levigatae sunt, facies ceterae scabrae. Ante lapidem primum et in parte media post lapidem quartum desiderantur lapides alii hodie deperditi. Mensurae parallelepipedorum a septentrione usque ad meridiem ita sunt: 91 × 208 (litt. octo continet), 91 × 145 (litt. quatuor), 91 × 65 (litt. duas), 91 × 58 (litt. tres), vacat 91 × 365, 91 × 147 (litt. quinque), 91 × 200 (litt. sex), 91 × 178 (litt. quinque), 91 × 155 (litt. tres), 91 × 128 (litt. duas et punctum in fine). Areae titulo inscribendo destinatae omnes, quae servatae sunt, compositae efficiunt 91 × 1648. Tit. olim latus erat plus quam 2000. Unoquoque lapide spatia non inscripta alta circ. 15 supra versum et circ. 44 sub versu extant. Litt. circ. 32 olim aeneae auratae in sulcos in lapidem incisos accurate accommodatos insertae erant; infixae erant obturamentis, quae in foramina in ipsis sulcis terebrata immissa erant plumbo infuso. Foramina obturamentis inserendis destinata erant 5 × 3 × 6 atque 4 × 4 × 6. Forma punctorum in dubio manet. Litterarum auratarum ipsarum supersunt fragmentum aeneum litt. O vestigiumque puncti ferri in fine tituli. Ceterum supersunt sulci litterarum et foramina, insuper vestigia plumbi loco litt. M et in fine tituli, ubi nunc extat pars aenea saxo immissa. In summa litterarum 38 vestigia supersunt. Omnia rep. Segobrigae d. 11 m. Iul. a. 2001 in effossionibus partis mediae fori (UE 5178; sign. 75944; S-335), ubi servantur in situ. Descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus iterum iterumque usque ad a. 2005.




Fig. a

[- -?] Proc?ulus ◦ Spantamicus ◦ La[-12/14?]-us ◦ forum ◦ sternundum ◦ d(e) ◦ s(ua) ◦ p(ecunia) ◦ c(uravit/-erunt) ◦




Fig. β

Fig. α: Im. phot. ectypi a J. M. A. sumpta machina computatoria usu composita.

Fig. β: Im. a J. M. A. del.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001, 117–125 cum im. phot. et im. del. (*AE* 2001, 1246; *HEp* 10, 2000, 210); ABASCAL et AL. 2007, 688–689 cum im. phot. fig. 3; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 54–59 n. 31 cum im. phot. et im. del. – Cf. ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2003, 9. 45; ABASCAL 2003, 151; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2004, 203. 208; ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 220 cum im. phot. fig. 2; ABASCAL 2007, 300; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2007, 61. 75 cum im. del. fig. 4; CORBIER – FAUDET 2007, 310; ABASCAL et AL. 2007, 689 cum im. del. fig. 3; ABASCAL 2009b, 92–93; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2009, 279; VELAZA 2012, 400; NAVARRO et AL. 2011, 113; ALFÖLDY 2011c, 190–191; ABASCAL 2013b, 113–115 cum im. del.; BERNARDO 2013, 319–325 (*AE* 2013, 740).

De pavimentis litt. auratis inscriptis atque de usu verbi *sterno* vide ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2001, 117–125 cum

bibliographia ampliore, MONTERROSO – GOROSTIDI 2005 et CAMPEDELLI 2014.

Litt. primi parallelepipedo servati ad nomen Celtibericum vel ad cognomen Latinum [*Proc*]ulus vel sim. pertinent. Nomen *Spantamicus* sine dubio originis Celtibericae tantum Segobrigae novimus (vide tit. 13, 536); id cognomen vel potius nomen cognationis est. Origo fortasse est casus genitivus pluralis nominis Celtiberici *-ikum/-icum* cadens, quod linguae Latinae aptatum est (vide F. BELTRÁN – DE HOZ – UNTERMANN 1996, 116–117, 121: *Abilikum*, *Bentilikum*, *Burikounikum*, cet. et imprimis GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 135–137). De nomine *Spantamicus* nuperrime egit BERNARDO 2013, 319–321 (*AE* 2013, 740). Utrum *Spantamicus*, qui hoc tit. memoratur, peregrinus an civis Romanus fuerit, nescimus. In litt. *La[-12/14?]-jus* fortasse latet nomen viri alii, qui etiam ad opus contulit.

Forum Segobrigae iam aetate Augusti exstructum est ut monstrant tit. 13, 283 et 13, 294. Saxa pavimenti fori titulusque potissimum eodem tempore posita sunt. Formae litterarum consentiunt.

G. A. – J. M. A.

13, 330 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario superne et ab utroque latere fracta in fronte expolita et a tergo levigata (40) × (49) × 14/12, infra cymatio prospicienti alto 7 exornata. Litt. accurate insculptae 7 (v. 2 litt. F longa 9). Punctum triangulare deorsum directum v. 2. Rep. Segobrigae m. Oct. a. 1982 in effossionibus viae ad septentrionem versus a foro ab ALMAGRO BASCH institutis (Sector 1, inv. n. 86071; S-166). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985. Recognovit J. M. A. a. 2002.



-----?
 [---]en+um [---]
 [---] forum ° [---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 325 n. 190 cum im. phot. (HEp 1, 1989, 334).

1 + est hasta recta ad litt. I vel T longa pertinens; suppleendum fortasse [proscā?]enium vel [monum?]entum, ut nos docuit M. G. SCHMIDT. Cum titulus in area fori in lucem prodierit, veri simillime [monum?]entum ad ornamenta vel addita-menta fori referendum est.

Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 331 tit. operis publici

Parallelepipedum tria ex lapide calcario ad eundem titulum pertinentia 45 × 274 × 68. Titulus parieti insertus exedram partis septentrionalis fori post porticum sitam exornabat. Mensurae parallelepipedorum a sinistra usque ad dextram ita sunt: 45 × 125 × 31/36, 45 × 70 × 36/42 et 45 × 79 × 49/68. In utroque latere anathyrosis in formam parallelogrammi redacta. Ut ex reliquiis aedificii, cui apposita erant, colligitur, olim titulus saxa octo continebat, quorum partes anticae aptatae erant formae semicirculati exedrae, in summa circ. 45 × 728 × 90. Nunc a sinistra saxa quatuor desunt, a dextra unum. Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) accuratissime insculptae 17 (v. 1), 14,5 (v. 2); puncta triangularia (v. 1) vel in formam virgulae redacta (v. 2). Saxa omnia in lucem prodierunt d. 10 m. Aug. a. 1999 in effossionibus cryptoporticus exedrae septentrionalis fori iuxta locum, q. d. *Termas del teatro* (Estancia 2, UE 2193 n. 30; inv. n. 21364; S-257). Servantur in M. S. in expositione, ubi descripsit J. M. A. a. 1999; recognovimus a. 2004.



[-18?- Sempr?]onia ° Arganta ° M(arcus) ° Iuliu[s - - -?]
 [- - - et? - - - Ce?]phalo ° d(e) ° s(ua?) ° p(ecunia?) ° [- - -?]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN – MONEO 1998/99, 184–185 cum im. phot. fig. 4 (AE 1999, 938; HEp 8, 1998, 275); ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2002, 143 cum im. phot. tab. 9a (AE 2002, 809; HEp 10, 2000, 291); ABASCAL 2003, 151–152; ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240–241 cum im. phot. fig. 23; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 59–61 n. 32 cum im. phot. – Cf. NOGUERA – ABASCAL – CEBRIÁN 2008, 289; ABASCAL 2013b, 121–122.

1 ante [Sempr?]onia Arganta nomina primi dedicantis perierunt, item v. 2 in. – 1 ex. superest hasta declivis ad litt. V pertinens. – 2 d(e) s(ua) p(ecunia) vel d(e) s(uo) p(osuerunt), ut proposuit P. LE ROUX ad AE 2002.

Nomen mulieris potius [Sempr?]onia quam [Ant?]onia vel [Pomp?]onia cet. fuit, cum Sempronii in titulis Segobrigensibus frequenter redeant. Nomen Celtibericum Argantae recurrit titulis Hispanicis (ABASCAL 1994a, 285), vide etiam 13, 562. Nomen Graecum *Cephalo* recurrit in titulo Lacipensi II 1936 (cf. II²/5, 811: *Cep(h)alo*); vide etiam *Cephalas*, *Cephalio* (SOLIN 2003, 711). De [spiroce]phalo (cf. AE 2007, 1612–1614) cogitavit dubitanter J. VELAZA per litteras. Sane titulus nomina eorum, qui ad opus exedrae fori contulerunt laudat.

Cum saxa prope effigiem Agrippinae maioris (NOGUERA 2012, 148–151 n. 195) ad idem monumentum pertinentem in lucem prodierint, tit. saec. I med. tribuendus videtur. Litterae consentiunt.

J. M. A. – G. A.

13, 332 (= II 6338 dd) tit. operis publici

Parallelepipedum tria epistylia ex lapide calcario superne et a tergo fracta in fronte levigata (32) × (298) × (34). Saxum primum, quod etiam a sinistra fractum est, (32) × (117) × (24); secundum (30) × 93 × (26); tertium nunc ex duobus fragmentis coniunctum et a dextra fractum (23) × (92) × (22/34). Litt. accuratissime insculptae 14 (v. 1), 12 (v. 2); puncta triangularia deorsum directa. Ante verbum OPVS spatium latum 34 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 1891 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis, *al Oriente del famoso cerro en un campo ó heredad que hondamente excavó, hace tres meses, D. Román García FITA, en la falda del Oriente del Cerro QUINTERO*, i. e. sine dubio prope theatrum. Servabantur inde a. 1891 *Madrid* in M. A. N. (inv. n. 16601 et 16609) a GARCÍA SORIA donata; postea iussu M. ALMAGRO BASCH a. 1972 in M. S. translata et parieti in altitudine circ. 3 m affixa sunt (sign. 162085; S-051); ex a. 2011 servantur ibid. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2011 iterumque a. 2013.



[- - -] L(ucius) ° Sempronius ° Valentinus [- - -]
 [- - -] opus ° per ° pedes [- - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FITA 1891b, 521–522 n. 1, inde et ex ectypis a FITA missis sumpsit HÜBNER II 6338 *dd*; QUINTERO 1913/2007, 79–80. 103 n. 12 cum im. del; RIVERO 1933, 34 n. 103; ALMAGRO BASCH 1984, 125–127 n. 41 cum im. phot. – Cf. ABASCAL 2003, 151–152.


2 *Valentinus* FITA, HÜBNER.

Verbum *opus* in titulo laudatum ad moenia vel viam tectam, quae a theatro ad meridiem versus extant, referre potest.

Tit. ex litterarum formis saec. I videtur. J. M. A. – G. A.

13, 333 tit. operis publici

Fragmenta duo inter se coniuncta parallelepipedum ex lapide calcario a sinistra infraque et a tergo fracti in fronte levigati (39) × (71) × (23); frg. *a* (33) × (71) × (23), frg. *b* (19) × (35) × (11). Litt. accurate insculptae 13 (v. 1), 12 (v. 2); puncta triangularia deorsum directa, ut v. 2 in. clare cernitur. Frg. *a* in lucem prodiit Segobrigae a. 1971 in effossionibus portae septentrionalis amphitheatri (inv. n. 90780; S-171); frg. *b* eodem anno in effossionibus harenae eiusdem aedificii (inv. *Anfiteatro* 7). Ex spatio inter versus fragmenta ad idem monumentum ac tit. 13, 334 non pertinent. Servantur in *M. S.*, ubi descripsit G. A. a. 1985, iterumque J. M. A. a. 2002, qui tum im. phot. frg. *a* et a. 2004 im. phot. frg. *b* sumpsit.



[- - - q] uod ° L(ucius) ° Iu(lius - - -)
[- - -] t ° testa[mento - - -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumptae machina computatoria usu compositae.

Frg. *a*: ALMAGRO BASCH 1984, 159–160 n. 46 cum im. phot.
Frg. *b*: ALMAGRO BASCH 1984, 347–348 n. 217 cum im. phot.
Frg. *a-b*: ALFÖLDY 1987a, 81 cum adn. 263, qui primus fragmenta coniunxit ac supplevit (*HEp* 2, 1990, 384); ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1995, 154; *ibid.* 1997, 82; GÓMEZ-PANTOJA 2009, 144–145 n. 50.

Frg. *a* 2 E? T F, – *b* BIA ALMAGRO BASCH.

Ubi et quando opus laudatum ex testamento *L. Iu(li - - -)* exstructum sit et cuius generis fuerit, nescimus.

Ex litterarum formis titulus saec. I med. vel in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 334 tit. operis publici

Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere fractum superne resectum et in fronte et a tergo levigatum 62 × (88) × 52 satis probabiliter ad epistylum aedificii pertinet. Litt. accuratissime insculptae 13. Puncta triangularia deorsum directa v. 2. Rep. Segobrigae a. 1973 in effossionibus portae meridionalis amphitheatri a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 162265; S-399). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. d. 31 m. Mart. a. 2011.



-----?
[- - -] S+ [- - -]
[- - -] o ° T(it-) ° Caeci[li - - -]

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 158–159 n. 45 cum im. phot.; GÓMEZ-PANTOJA 2009, 145–146 n. 51. – Cf. ALMAGRO-GORBEA – ALMAGRO-GORBEA 1997, 82; ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 88.

1 supersunt vestigia pedis litt. S; + est pes hastae rectae. – 2 post litt. C extat pars litt. I; [- - -] ot. *Caec.* ALMAGRO BASCH. Supplendum est fortasse [ex testament]o T(it) Caec[ili - - -].

Tit. non est coniungendus cum tit. 13, 333, ubi vide.

Tit. ex litterarum formis saec. I med. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 335 tit. operis publici

Parallelepipedum ex lapide calcario a sinistra infraque et a tergo fractum, a dextra laesum (margo partim servatus), undique levigatum (38) × (73) × (40). In facie sursum versa extat foramen quadrigonum 12 × 2 profundum circ. 12 ad parallelepipedum cum lapide alio coniungendum. Litt. accurate insculptae 12,5; puncta desunt. Rep. Segobrigae d. 19 m. Nov. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori inter tabernas 2 et 3 (*UE* 7508 n. 3, *punto* 672; inv. n. 112752; S-485). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003; recognovimus a. 2004.



[- - -] + AE

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 62–63 n. 35 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 100).

1 + est pars exigua hastae rectae, ergo intellegendum est [- - -] iae, [- - -] nae vel [- - -] mae.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 336 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique, excepta facie deorsum versa, fractum (16,5) × (21,5) × (9), in fronte sulci foraminaque quadrigona duo ad parallelepipedum cum littera aenea punctoque coniungendum. Sub littera spatium altum 4,5 non inscriptum extat. Sulci ad litt. recipiendam destinati satis accurate e lapide excavati 9,5 × 7 × 0,2. Foramen ad litteram pertinens 1,8 × 1 × 1,5; foramen puncti 2 × 1,5 × 1,3. Rep. Segobrigae d. 9 m. Sept. a. 2009 in effossionibus cryptoporticus ad orientem versus a loco q. d. *Termas del teatro* sitae (UE 13292 n. 3, *punto* 67; inv. n. 175444; S-735). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2010.



-----?
[- -?] L ° [- -]


Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL et AL. 2010, 73–74 n. 5 cum im. phot. (*HEp* 19, 2010, 139); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 148 n. 131 cum im. phot.

Tit. ex genere saec. I–II esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 337 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum, in fronte pectine ferreo dolatum ad calcem recipiendum (17) × (15) × (8,5). Versu superiore sulcus ad litt. aeneam vel auratam inserendam excavatus circ. 12, profundus 0,3 (v. 1); foramen profundum 1,5. Versu inferiore superest angulus litt. Spatium inter versus 5,5. Rep. d. 8 m. Iul. a. 2003 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (UE 7100 n. 75, *punto* 14; inv. n. 100348; S-471). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003; recognovimus a. 2004.



-----?
[- -]+[- -]
[- -]+[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 67–68 n. 43 cum im. phot.


1 + est pars inferior litt. O vel Q. – 2 + est angulus superior sinister litt. incertae.

Tit. ex genere et ex eo, quod fragmentum in basilica prodiit, aetati Augusti vel saec. I p. C. n. in. tribuendum videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 338 (= II 3107) tit. operis publici (?)

Fragmentum epistylia ex lapide calcario pallido ab utroque latere item infra et a tergo fractum, in fronte levigatum paululum laesum, in facie sursum versa scabrum (23) × (23) × (27), corona prospicienti alta 7,5 in parte antica praeditum. Litt. satis accurate insculptae 7; punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae ante m. Nov. a. 1789, nam hoc anno fragmentum vidit FERNÁNDEZ *en otra* (scil. *casa cabeza abajo*, i. e. in domo quodam *Saelices* (CU). Deinde latebat. Denuo in lucem prodiit *Tarancón* (CU) a. 2002 apud privatum quendam et donatum ab anonymo inlatum est in M. S., ubi nunc servatur (inv. n. 194991; S-235). Ibid. descripsit J. M. A. a. 2002. Recognovimus a. 2004 iterumque a. 2011.



[- -]vae ° [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 6r. 47; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(38) n. 4 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 156; e FERNÁNDEZ pendet DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 95 n. 4 cum im. del.); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 151 cum im. del.; CORNIDE 1799, tab. 7 (ante p. 185) n. 36 cum im. del.; ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3107; ALMAGRO BASCH 1984, 104–105 n. 28 cum im. compluribus a PRIORIBUS del.

Hunc tit. cum tit. 13, 345 (= II 3106) coniungendum esse consideravit HÜBNER (“coniungi posse visum est fragmentum hoc cum sequenti, ut fuerit tituli alicuius aedis dedicatae [*pro sjalu[te imp. Caes. ... Ner]vae cet.*”) minus recte ut videtur. Hunc tit. et 13, 345 et 13, 366 coniungere voluit ALMAGRO BASCH, vix recte.

Litterae quae supersunt ad titulum imperatoris Nervae vel Traiani referri possunt, ut iam suspicatus est HÜBNER. Formae litt. consentiunt. J. M. A. – G. A.

13, 339 tit. operis publici (?)

Tabula ex lapide calcario infra et ab utroque latere fracta, supra mutila (parte marginis servata), in fronte levigata paululum laesa (28) × (21) × 10. Litt. satis accurate insculptae 10 (v. 1), 8 (v. 2); punctum triangulare deorsum directum. Rep. a. 1989 in effossionibus a M. ALMAGRO-GORBEA et G. SESÉ institutis in via quae dicitur *calle junto a la curia*, id est in via urbana iuxta cryptoporticum septentrionalem fori (*cuadrícula A4, US 7*; inv. n. 42604; S-201). Servatur in M. S. inter reposita. Descripsit J. M. A. a. 1990, qui recognovit a. 2001.



[- - - ?] Caes[?]ar[?] [- - - ?]
[- - - ?] M(- - -) ◦ V[- - - ?]
- - - - - ?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 154 n. 8 cum im. phot. fig. 6 (*AE* 2002, 814; *HEp* 10, 2000, 220); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 61–62 n. 33 cum im. phot.

2 ex. cornu hastae declivis ad litt. V pertinentis esse videtur; M(arcus?) V[- - -] ABASCAL – CEBRIÁN; M(- - -) +[- - -] P. LE ROUX ad *AE* 2002.

V. 1 fortasse continuit nomen imperatoris cuiusdam casu ablativo. In v. 2 latet satis probabiliter nomen privati.

Tit. ex litterarum formis saec. I posteriori vel II in. tribuendus esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 340 tit. operis publici (?)

Tabula ex lapide calcario (*mármol* ABASCAL – CEBRIÁN minus recte) ab utroque latere item supra et a tergo fracta, infra cymatio prospicienti praedita, in fronte expolita et a tergo levigata (33) × (26) × 15. Supersunt pedes litt. alt. olim circ. 10. Sub v. spatium altum 21 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 1989 in effossionibus a M. ALMAGRO-GORBEA et G. SESÉ institutis loco q. d. *interior de la curia*, id est in angulo cryptoporticus fori inter septentrionem et occidentem versus (*curia* 1989, inv. n. 62656; S-498). Servatur in M. S. inter reposita. Descripsit J. M. A. a. 1990, iterum a. 2003 et a. 2004. Recognovimus a. 2004.



- - - - - ?
[- - - or] d[?]n[?] [- - -] (?)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 157 n. 15 (*AE* 2002, 820; *HEp* 10, 2000, 227); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 64 n. 37 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 336).

1 [- - - ?] nio [- - - ?] ABASCAL – CEBRIÁN 2002a minus recte.

Ex monumenti forma intellegendum est potius [- - - or] d[?]n[?] [- - -] quam [Secun] d[?]n[?] [- - -] vel sim.

Cum fragmentum in angulo cryptoporticus fori prodierit, saec. I–II esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 341 tit. operis publici (?)

Fragmentum ex lapide calcario undique fractum in fronte expolitum in facie sursum versa levigatum (19,5) × (23) × (7,5). Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) inter lineas ad delineandum ductas insculptae circ. 12; hedera ante litt. A. Rep. Segobrigae a. 1975 in effossionibus portae septentrionalis amphitheatri (inv. n. 73015; S-394). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985; recognovit J. M. A. a. 2004. Contulimus a. 2004.



[- - -] ◦ A+[- - -]
- - - - -

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 357–358 n. 228 cum im. phot.

1 + est angulus superior sinister litt. B, D, E, F, P vel R.

Tit. saec. I–II esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 342 tit. operis publici (?)

Fragmentum ex lapide calcario infra et a sinistra fractum, in angulo superiore dextro laesum (27) × (17) × (12). Litt. circ. 13,5. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus harenae amphitheatri prope tribunal (inv. n. 162136; S-396). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2004.



[- -]A
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 346–347 n. 215 cum im. phot.

Satis probabiliter ad titulum portarum vel tribunalis amphitheatri pertinet.

Saec. I–II esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 343 tit. operis publici (?)

Fragmentum ex lapide calcario pallido undique mutilum, in fronte laesum (14) × (41) × (29). Litt. olim circ. 13. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus harenae amphitheatri (inv. n. 162278; S-446) prope tit. 13, 342. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2004.



-----?
[- -]AL[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 347 n. 216 cum im. phot.

Saec. I–II esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 344 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario albo undique fracti, in fronte levigati (23) × (30) × (13). Litt. circ. 11,5. Supra verum spatium altum 6 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae d. 16 m. Aug. a. 2006 in effossionibus aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti, i. e. loco q. d. *basílica visigoda* (*UE* 11011 n. 49, *punto* 168; inv. n. 138348; S-629). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006.



[- -]ALV[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 304 n. 350 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 279).


Fragmentum sine dubio ex oppido translatum est in usum posteriorem ad locum, ubi repertum est. Quamquam tit. similitudinem quandam cum tit. insequenti deperdito 13, 345 (= II 3106) habet, certe non idem est.

Tit. saec. I posteriori vel II anteriori tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 345 (= II 3106) tit. operis publici (?)

“Videtur fuisse pars epistylíi” HÜBNER, fortasse recte. *Letra grande* FERNÁNDEZ. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Latet aut periit.



-----?
[- -]ALV[- -]
-----?

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k.


FERNÁNDEZ 1789/90 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k f. 14v et 9/7953/1(35) n. 11 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 155; e FERNÁNDEZ pendet DE SANTIAGO PALOMARES, ms. *R. A. H.* sign. 9/5939/16 f. 100 n. 11); CORNIDE 1799, tab. 7 (ante p. 185) n. 39 cum im. del.; ex ANTIQUIORIBUS pendet HÜBNER II 3106 et ALMAGRO BASCH 1984, 104–105 n. 28 cum im. del.

[*Pro s[alu]te* - - -] imperatoris cuiusdam putavit HÜBNER, qui tit. cum tit. 13, 338 (= II 3107) coniungendum esse consideravit, vix recte. Hunc tit. et 13, 338 et 13, 366 coniungere voluit ALMAGRO BASCH, vix recte. J. M. A. – G. A.

13, 346 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario infra et a dextra et a tergo fractum, supra olim levigatum, nunc laesum, in fronte levigatum pectine ferreo dolatum, olim cymatio (nunc decusso) praeditum (26) × (26) × (30,5). In facie ad sinistram versa anathyrosis in formam parallelogrammi redacta. Tit. ergo in lapides coniunctos inscriptus erat, qui ad monumentum magnum pertinuerunt. Litt. 8,5 (v. 1), 6,5

(v. 2); v. 2 punctum triangulare cornibus longis. Rep. Segobrigae d. 2 m. Nov. a. 2004 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat (UE 7806 n. 2, *punto* 273; inv. n. 123789; S-517). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2005.



[--]ANCI[--]
[--]ni ° fil[--]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 63–64 n. 36 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 101).

1 in. hasta declivis litt. A pertinens; 1 ex. videtur pes hastae rectae, quae post litt. C potissimum I fuit. – 2 ex. caput hastae rectae potissimum ad litt. L spectans.

Versu priore supplendum videtur nomen gentile vel cognomen ([P]anci[us], [M]anci[nius], [M]anci[nus], [T]anci[nus] cet.).

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 347 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item infra fractum, in fronte contusum (24) × (38) × (13). Litt. 14; punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae a. 1975 in effossionibus portae septentrionalis amphitheatri (inv. n. Anfiteatro 16; 162139; S-410). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2004.



[--] ° Au[gust-? --]
-----?

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 356–357 n. 227 cum im. phot. – Cf. ALFÖLDY 1987a, 81 adn. 263.

Tit. saec. I–II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 348 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario undique fracti (19) × (19) × (11,5). Litt. rubricata (vestigia coloris adhuc apparent) olim circ. 19/20. Rep. Segobrigae ante a. 1973 in effossionibus amphitheatri (inv. n. Anfiteatro 4; 162155; S-426). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2004.

-----?
[--]+[--]

ALMAGRO BASCH 1984, 352–353 n. 222 cum im. phot.

1 + est caput litt. B, D vel P.

Saec. I–II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 349 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario (*caliza del templo de Diana*) undique fractum excepta facie ad sinistram versa, ubi pars marginis superest, in fronte inferiore olim cymatio praeditum (nunc decussum) (27) × (38) × (24). Litt. circ. 10 (v. 1), 7,5 (v. 2); v. 2 punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti, i. e. loco q. d. *basílica visigoda* (UE 11000 n. 90, *punto* 593; inv. n. 162300; S-640). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006 iterumque a. 2007.



-----?
[--]D+[--]
et ° Ac[--]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 304–305 n. 351 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 280).

1 + est pes litt. E vel L. – 2 supplendum est fortasse nomen vel cognomen dedicantis.

Parallelepipedum ex altitudine litt. v. 1 et ex cymatio ad opus publicum veri simillime pertinebat. Sine dubio ex oppido in usum posteriorem ad locum, ubi repertum est, translatum est.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 350 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum in fronte levigatum (22) × (23) × (9). Litt. 14,5. Rep. Segobrigae d. 15 m. Nov. a. 1982 in effossionibus cryptoporticus a teatro ad meridiem versus sitae a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 1982, *area* 4, *sector* 5; 162148; S-419),

i. e. sub porticu post caveam. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985; recognovit J. M. A. a. 2011.



-----?
[- -]DA[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 148–149 n. 132 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 145).

Tit. ex altitudine litt. ad opus publicum satis probabiliter pertinebat.

Saec. I–II esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 351 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item infra fractum, in fronte et in facie sursum versa levigatum (43) × (35) × (20). Litt. 14 (v. 1), 8,5 (v. 2), 7 (v. 3); v. 1 ex punctum triangulare deorsum directum. Rep. d. 10 m. Nov. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori (*UE* 7508 n. 4, *punto* 658; inv. n. 112753; S-486). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit a. 2003 J. M. A. et im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004.



[- -]Val?]er[- -] ◦ [- -]
[- -]OD[- -]
[- -]R+[- -]
[- -]+[- -]
-----?

Im. phot. a R. C. sumpta.


ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 64–65 n. 38 cum im. phot. (*AE* 2011, 552; *HEp* 20, 2011, 102).

1 ante litt. E extat spatium, quod ad litt. L veri simillime pertinet. – 3 + est pars sinistra litt. C, G, O vel Q. – 4 + est lineola incurvata deorsum directa litt. incertae.

Ex litterarum mensuris tit. operis publici esse videtur. Ex forma litt. saec. I tribuendus esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 352 tit. operis publici (?)

Fragmentum epistylia ex lapide calcario ab utroque latere item infra et a tergo fracti, in fronte expositum atque calce tectum (35) × (68) × (56), supra magno cymatio prospicienti praeditum. In facie sursum versa anathyrosis in formam parallelogrammi redacta paululum excavata. Area titulo inscribendo destinata (14,5) × (38). Litt. profunde et accuratissime insculptae olim circ. 18/22, nunc nihil nisi capita supersunt; super eas spatium altum circ. 8 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 2000 in effossionibus theatri, ubi lapis in usum posteriorem muro medii aevi immissus erat (*PAR.OR.* n. 5; inv. n. 42617; S-304). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



[- -]++[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 156 n. 13d (*HEp* 10, 2000, 225d); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 156–157 n. 146 cum im. phot.; ALFÖLDY 2011a, 365 cum adn. 45.

1 + prior est caput litt. E vel F; + altera est caput hastae rectae.

Tit. ex litterarum formis fortasse saec. I posteriori tribuendus. G. A. – J. M. A.

13, 353 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere et superne fractum in fronte levigatum (48) × (35) × (13). Litt. accurate insculptae 20; punctum triangulare deorsum directum. Supra v. in parte conservato spatium altum 23 non inscriptum extat. Rep. a. 1974 in effossionibus partis septentrionalis amphitheatri (inv. n. 162284; S-452). Servatur in *M. S.*, ubi descripsit J. M. A. a. 2002; recognovimus a. 2004.



-----?
[---] L(uci-) o Fu[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ALMAGRO BASCH 1984, 353–354 n. 223 cum im. phot.
FV ALMAGRO BASCH.
Tit. ex litterarum formis mensurisque ad opus publicum saec. I, fortasse ad ipsum amphitheatrum, pertinet.
G. A. – J. M. A.

13, 354 tit. operis publici (?)
Fragmentum tabulae ex lapide calcario ab utroque latere item infra et a tergo fractae, in fronte et in facie sursum versa levigatae 10,5 × (13,5) × 7,5, cymatio prospicienti alto 3 supra in fronte praeditae. Litt. 5. Rep. a. 1989 in effossionibus cryptoporticus septentrionalis fori a M. ALMAGRO-GORBEA et G. SESÉ institutis (*cuadrícula A4, US 7*; inv. n. 62615; S-203). Servatur in M. S. inter reposita. Descripsit J. M. A. a. 1990; recognovit J. M. A. a. 2002.



[---]+HIT[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 157 n. 14 cum im. phot. fig. 13 (*AE* 2002, 819; *HEp* 10, 2000, 226); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 65–66 n. 39 cum im. phot.
1 + est pars superior dextra litt. incertae. Supplendum exempli gratia T, i. e. [---]THIT[---] (ABASCAL – CEBRIÁN 2002a) vel C, i. e. [*ar*]chit[ect-] ut nuperrime proposuimus ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a.
Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.
G. A. – J. M. A.

13, 355 tit. operis publici (?)
Parallelepipedum ex lapide calcario in fronte cineraceo, undique fractum, in parte antica levigatum et a tergo scabrum ad lapidem in monumentum inserendum (17) × (18) × 11. Litt. 8; interstitia versuum 3. Rep. d. 24 m. Oct. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori iuxta

tabernam n. 1 (*UE* 5768 n. 6, *punto* 455; inv. n. 92244; S-461). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003; recognovimus a. 2004.



-----?
[---] HS (i. e. *sestertium*) [---]
[---]NÇO[---]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 66 n. 40 cum im. phot. (*AE* 2011, 553; *HEp* 20, 2011, 103).
[*i*]nço[*l*-?] ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. Incolas Segobrigenses aliis titulis non novimus.
Mensurae litterarum potius titulo publico quam tit. sepulcrali conveniunt.
Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur.
G. A. – J. M. A.

13, 356 tit. operis publici (?)
Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item infra et a tergo fractum, in fronte levigatum (31) × (29) × (23). Litt. accurate insculptae 17. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus harenae amphitheatri (inv. n. 162144; S-415) a M. ALMAGRO BASCH institutis. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; denuo J. M. A. im. phot. a. 2002 sumpsit; recognovimus a. 2004.




[---]+L+[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ALMAGRO BASCH 1984, 344–345 n. 213 cum im. phot.
1 ++ capita hastarum rectorum sunt, i. e. [---]ILLI[---], [---]ILL[---] vel sim.
[*tribuno m*]ili[tum] ALMAGRO BASCH sine idonea causa.
Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.
G. A. – J. M. A.

13, 357 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario cineraceo ab utroque latere item infra et a tergo fractum, in fronte minus accurate levigatum, cymatio inverso prospicienti in fronte praeditum (27) × (29) × (16/13). In facie sursum versa extat foramen quadrigonum 2 × 5,5 × 4 ad parallelepipedum cum lapide alio coniungendum. Litt. circ. 13. Rep. a. 2005 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (UE 10011 n. 1, *punto* 51; inv. n. 130306; S-524). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2005.



IN[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 66–67 n. 41 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 104).

1 ex. N certa est.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 358 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario superne infraque et a dextra fracti, in fronte levigati (15) × (22) × (10). Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) accurate insculptae circ. 14. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus portae septentrionalis amphitheatri (inv. n. *Anfiteatro* 3; 162154; S-425). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2004 et im. phot. quoque sumpsit.



-----?
L+ [- -]
-----?

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 345–346 n. 214 cum im. phot.

1 + est pes hastae rectae; cave, ne videas F nec M.

LI ALMAGRO BASCH.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 359 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario undique fracti (26) × (37) × (17). Litt. 15 (v. 1), circ. 10 (v. 2); punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae a. 1972 in effossionibus partis orientalis proscaenii theatri, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat (inv. n. 162153; S-424). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



-----?
[- -] L(uci) ° V[- -]
[- -] VER[- -]
-----?

Im. phot. a W. K. sumpta.


ALMAGRO BASCH 1984, 333–334 n. 199 cum im. phot.

Ex litterarum formis mensurisque tit. satis probabiliter operis publici saec. I–II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 360 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario undique fracti, in fronte ferro dolati (20) × (15) × (13). Litt. magna mutila (12), i. e. olim circ. 15/20, vestigia coloris adhuc apparent. Rep. a. 1996 in effossionibus palaestrae thermarum aetatis Flaviorum in colle oppidi sitarum (*Sala* 4, C-387; inv. n. 40178; S-327). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999; recognovimus a. 2004 et im. phot. sumpsimus.



-----?
[- -] M[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 205 n. 15 (*HEp* 10, 2000, 191);

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 168 n. 165 cum im. phot.

Tit. saec. I–II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 361 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item supra et a tergo fracti, in fronte olim levigati, postea pectine ferreo dolati (10) × (20) × (11). Vestigia litt. alta (5,5), i. e. litt. olim circ. 20/22. Rep. Segobrigae a. 1998 in effossionibus domus privatae prope thermas aetatis Flaviorum sitae i. e. loco q. d. “domus Silvani” (UE 1706 n. 31; inv. n. 8281; S-229). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999; recognovimus a. 2004.



-----?
[---]M[---]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 205 n. 14 (HEp 10, 2000, 190);
ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 339 cum im. phot. n. 412.

Tit. saec. I-II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 362 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item infra et a tergo fracti (26) × (43) × (24,5). Litt. circ. 21; punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae a. 1977 in effossionibus harenae amphitheatrari (inv. n. 86114; S-385), ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2004. Im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2002.



[---]M ◦ A[---]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 160–161 n. 47 cum im. phot.

Supplendum est e. g. praenomen et litt. prima nominis viri.


Tit. saec. I-II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 363 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario, cymatio olim prospicienti postea resecti in fronte praediti, ab utroque latere item infra et a tergo fracti (37) × (40) × (24). Litt. circ. 17/18. Rep. a. 1997 *al retirar la capa vegetal junto a*

la calle noroccidental de las termas monumentales, i. e. in thermis aetatis Flaviorum (UE 1000 n. 201; inv. n. 40196; S-225). Servabatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1998. Latet.



[---]MA[---]

Im. a J. M. A. del.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 211 n. 27 (HEp 10, 2000, 203);
ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 167–168 n. 164 cum im. del.

Tit. saec. I-II esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 364 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum in fronte levigatum (34) × (25) × (14). Litt. 10,5 (v. 1), 7,5 (v. 2). Rep. Segobrigae d. 28 m. Oct. a. 2004 in effossionibus fori (UE 7000 n. 2084, *punto* 259; inv. n. 116481; S-518). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2005; recognovimus a. 2004.



-----?
[---]VM[---]
[---]micus [---]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 68–69 n. 45 cum im. phot. (AE 2011, 554; HEp 20, 2011, 106).

2 supplendum est exempli gratia [Spanta]micus (vide tit. 13, 329) sed etiam [Co]micus, [Ga]micus, [Li]micus cet.

Ex eo, quod tit. in foro prope basilicam repertus est, satis probabiliter ad opus publicum pertinet.

Ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 365 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario albo undique fractum, ex duobus fragmentis coniunctum, in fronte levigatum (33) × (36) × (20). Litt. accurate insculptae 12; punctum triangulare deorsum directum. Sub v. in parte conservato spatium altum 14 non inscriptum extat. Rep. a. 1998 in effossionibus domus privatae prope thermas aetatis Flaviorum sitae, i. e. loco q. d. “domus Silvani” (UE 1705 n. 1; inv. n. 8246; S-228). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999.



[- -] M ° O C [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 205 n. 13 cum im. phot. fig. 13 (*HEp* 10, 2000, 189); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 338–339 n. 411 cum im. phot.


Fortasse intellegendum est [- -] M(arc-) ° O C[tavi- - -]. De Octaviis Segobrigensibus vide tit. 13, 269.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 366 (= II 3147, 5) tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item supra et a tergo fracti, infra cymatio inverso prospicienti praediti, in fronte expoliti (30) × (19) × (30). Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) accurate insculptae circ. 15/16; punctum triangulare sursum directum. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basilica visigoda*. Deinde latebat. Denuo in lucem prodit a. 1982 in effossionibus eodem loco institutis (inv. n. 93904; S-091). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2004, qui etiam im. phot. a. 2002 sumpsit.



[- -] Q(- -) ° L[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k f. 14v; ID. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/7953/1(35) n. 10 cum im. del. (publicatum apud ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 155; e FERNÁNDEZ pendet DE SANTIAGO PALOMARES, ms. *R. A. H.* sign. 9/5939/16 f. 100 n. 10); ID. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/5597/1 f. 152 cum im. del.; CORNIDE 1799, tab. 7 (ante p. 185) n. 42; ex ANTIQUIORIBUS pendet HÜBNER II 3147.5; ALMAGRO BASCH 1984, 104–105 n. 28 cum im. phot. fragmenti denuo reperti et im. del. PRIORUM.

Litt. Q cauda longa praedita.

Hunc tit. et 13, 338 et 13, 345 coniungere voluit ALMAGRO BASCH, vix recte.

Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 367 tit. operis publici (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum excepta facie deorsum versa, in fronte pectine ferreo dolutum (32,5) × (42) × (15). Litt. circ. 23, vestigia coloris adhuc apparent. Sub v. in parte conservato spatium altum circ. 10 non inscriptum extat. Rep. d. 27 m. Aug. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori prope scalam curiae (*UE* 7068 n. 2, *punto* 159; inv. n. 98529; S-467). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003; recognovimus a. 2004.



-----?
[- -] R + [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 68 n. 44 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 105).

1 + est hasta recta.


Quamquam fragmentum prope curiam repertum est, ad epistylum huius aedificii non sine magnis dubiis referri potest. Si tamen faceres, supplendum esset e. g. [- -] cu]ri[a-] vel sim.

Tit. ex litterae forma saec. I priori tribuendus esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 368 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum vel tabulae ex lapide calcario albo ab utroque latere et a tergo fracti, in fronte levigati 11,5 × (11) × (9) cymatio prospicienti praediti alto 4. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 5; punctum triangulare ad sinistram directum. Rep. a. 2004 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (*UE* 7789 n. 1, *punto* 406; inv. n. 123043; S-516), ubi lapis in usum posteriorem muro medii aevi immissus erat. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2005; recognovimus a. 2005.



[- -] V S ° A R [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 69 n. 46 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 107).

1 in. superest vestigium hastae acclivis ad litt. V pertinens.

Tit. ex litterarum formis saec. I posterioris vel II anterioris esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 369 tit. operis publici (?)

Fragmentum epistylii, ut videtur, ex lapide calcario undique fracti, in fronte levigati et pectine ferro a sinistra ad dextram dolati (20) × (10) × (13) cymatio prospicienti praediti. Litt. circ. 6. Rep. a. 2001 in effossionibus fori, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus erat (UE 5258 n. 116; inv. n. 62285; S-338). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



[- -]++[- -?]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 176 n. 57 cum im. phot. fig. 56 (HEp 10, 2000, 269); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 67 n. 42 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 337).

1 + prior est hasta acclivis satis probabiliter ad litt. V pertinens; + altera est hasta recta; [- -? I]ul[i- -?] ABASCAL – CEBRIÁN 2002a.

Tit. saec. I-II esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 370 tit. operis publici (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario (*esquisto*) undique fracti (22,5) × (17) × (8,5). Litt. magna mutila (14,5). Rep. a. 2003 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (UE 7100 n. 478, *sectores* 21–23; inv. n. 100751; S-473). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003.



-----?
[- -]+[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 71–72 n. 50 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 111).

1 + est hasta recta.

Saec. I-II esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 371 tit. operis publici

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario undique fracti (8,5) × (14) × (14). Litt. circ. 12/15. Rep. d. 19 m. Sept. a. 2003 in effossionibus curiae, i. e. angulo fori inter meridiem et occidentem versus sito (UE 7089 n. 57, *punto* 253; inv. n. 99617; S-468). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003.



-----?
[- -]+[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 71 n. 49 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 110).

1 + est pars litt. C, D, G, O vel Q.

Saec. I-II esse videtur. G. A. – J. M. A.

Tituli basibus statuarum inscripti
(13, 372–392)

13, 372 tit. honorarius

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus compositae, e fragmentis compluribus coniunctum, superne resectum, a sinistra et a tergo fractum, a dextra et in facie deorsum versa satis levigatum 61 × (27) × (25,5), olim circ. 61 × 58 × 58. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta. Servata etiam

est crepido basis 38 × 98 × 100 cum area ad partem mediam recipiendam 59 × 59. Litt. 5,8 (litt. V minuta 3,4). Rep. a. 2000 in effossionibus porticus septentrionalis fori prope angulum inter septentrionem et orientem versus (UE 5018 n. 26; inv. n. 56870; S-323). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2000; recognovimus a. 2011.



[- -]VS

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN – MONEO 1998/99, 190–191 cum im. phot. fig. 17 (*AE* 1999, 939; *HEp* 8, 1998, 276); ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2002, 139 cum im. phot. tab. 9b; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 92–93 n. 76 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 238 n. 37, 240 n. 69.

1 supplendum est nomen gentile vel cognomen viri honorati casu nominativo. Versus insequentes nunc deperditi breviores ac concinne ordinati erant.

Iuxta titulum prodiit truncus statuæ viri togati cuiusdam capite velato, quæ ætati Augusti vel sæc. I in. tribuenda est (NOGUERA 2012, 138–141 n. 171). Considerandum est, num honoratus fortasse fuerit quidam e domo Augusta.

J. M. A. – G. A.

13, 373 tit. honorarius

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis statuæ ex tribus partibus compositæ, ab utroque latere item infra fractum, in fronte levigatum et in facie sursum versa minus accurate levigatum (32) × (22) × (22). Ante v. 1 spatium altum 10,5 non inscriptum extat. Litt. 7,5 (v. 1), 6,5 (v. 2). Rep. a. 2002 in effossionibus porticus occidentalis fori (*UE* 5926 n. 1; inv. n. 85954; S-497). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2004; contulimus a. 2004.



[- -] Aem[il- - - ?]

[- -]A+ [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 74 n. 53 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 114). – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240 n. 72.

2 in. supersunt vestigia hastæ declivis satis probabiliter ad litt. A pertinentis; + est pars litt. C vel G.

Honoratus “Aemilius” quidam vel honorata “Aemilia” quaedam fuisse videtur.

Tit. ex litterarum formis sæc. I posteriori vel II priori tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 374 tit. honorarius (?)

Tabula ex lapide calcario pallido infra et a dextra fracta, in fronte et in facie angusta sinistra expolita, in facie sursum versa angusta levigata et oblique resecta ad tabulam inse- rendam in basim statuæ (12,5) × (10) × 2,2. Litt. 5. Ante v. 1 spatium altum 4,5 non inscriptum extat, sed habet litteram scarifatam altam 1,5 in parte dextra. Rep. d. 22 m. Iul. a. 2003 in effossionibus porticus occidentalis fori iuxta cloacam (*UE* 7242 n. 2, *punto* 70; inv. n. 103755; S-477). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2004. Im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2003.

Litt. scarifata
ante titulum:

R

Titulus:

Au[- -]

TQ[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 74–75 n. 54 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 115).

2 superest hasta superior litt. T, cave, ne videas E; sequitur lineola incurvata ad litt. C, G, O vel Q pertinens, i. e. litt. O post T. Latent nomina viri vel feminae honorati.

Tabula in foro reperta potissimum basi statuæ affixa esse videtur. Sed considerandum etiam est ad monumentum sepulcrale pertinuisse ac in usum posteriorem in fori aream translata esse.

Tit. ex litterarum formis sæc. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 375 tit. honorarius gentis Calventiæ

Basis statuarum duarum ex lapide calcario pallido tribus partibus composita, quæ extat in situ apud porticum meridionalem fori Segobrigensi iuxta tit. 13, 243, olim 151 × 182 × 108. Supersunt crepido, partis mediae dimidium

sinistrum, corona. Crepido 35 × 182 × 108 et corona 34 × 174 × 101 undique prospicientes ex variis lapidibus compositae. In coronae parte sinistra 34 × 114 × 101 exstant in facie sursum versa in area media et in angulis foramina ovata quattuor diam. circ. 10 profunda 8/11 ad uncus statuarum aenearum recipiendos, in quibus vestigia ferri et plumbi infusi supersunt; in coronae parte dextra 32,5 × 60 × 101, ex duobus fragmentis coniuncta, extat foramen diam. circ. 14 profundum 5 etiam ad uncum statuariae aeneae recipiendum. Pars media basis undique levigata olim circ. 82 × 141,5 × 61, olim ex duobus parallelepipedis composita. Superest lapis sinister superne fractus 82 × 80 × 61, qui habet aream titulo inscribendo destinata excavatam, levigatam, cymatio cinctam. Versus sinistrorsum ordinati, litt. oblongae accurate insculptae 5 (v. 4 litt. O minuta 1,7; litt. I longa 7); puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 24 m. Aug. a. 2002 in effossionibus areae fori inter meridiem et orientem versae (UE 5735 n. 1; inv. n. 82138; S-362), ubi servatur in situ. Ibidem descripsimus a. 2002 et recognovimus iterum iterumque usque ad a. 2010. Fragmenta coronae servantur partim in situ (UE 5680 n. 75; inv. n. 162134), partim in M. S. inter reposita (UE 7036 n. 4; inv. n. 97253).




Fig. α




Fig. β

Col. I:	Col. II:
C[alventiae]	[-----]
C(ai)° f(iliae)° T[itu]llae	[-----]
C(aius)° Calventius	C[alventia C(ai) f(ilia) (?)]
Pudens° sorori°	T[itulla? ---]

Fig. α: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

Fig. β: Im. phot. partis sinistrae coronae a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 223–224 n. 16 cum im. phot. et im. del. (AE 2003, 992; HEP 10, 2000, 307); ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 221. 222. 230 cum im. phot. fig. 14. 233–235 n. 17 cum im. phot. fig. 18–19; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 75–78 n. 55 cum im. phot. et im. del. – Cf. ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA – CEBRIÁN 2003, 41 cum im phot. fig. 32.

Calventii recurrunt in titulis Olisiponensi (EE IX 20 n. 24) et Valentino (II²/14, 51). Vide etiam ABASCAL 1994a, 106. De Titullae nomine minus frequenti vide II 2807 cf. p. 928. 2845. 2874. 2923; II²/5, 797.

Basis ex crassitudine, forma lapidis et ordinatione apta est duabus statuis; locus inter notabiliores municipii Calventiam et honoratum vel honoratam fuisse demonstrat. De basibus similibus ex variis partibus compositis vide tit. Valentinum II²/14, 76 et tit. Cordubensem quendam (STYLOW – VENTURA 2005, 23–48). Cf. etiam STYLOW 2008, 1057–1058.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I med. vel potius aetati imperatorum Flavioꝝ tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 376 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido ab utroque latere, superne infraque fractum, in fronte expolitur et paululum laesum foramine in parte media, a tergo levigatum (49) × (67) × 26. Litt. accuratissime insculptae 9 (v. 1, 3), 8 (v. 2); punctum triangulare deorsum directum. Rep. d. 21 m. Oct. a. 2003 in effossionibus tabernae n. 4 porticus meridionalis fori (UE 7470 n. 83, punto 406; inv. n. 110965; S-492), ubi olim parieti meridionali immisum erat. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2004. Im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2003.



[T(ito)? F]lavio [---]
 [F]lavia Tych[e ---?]
 Flavius° Ro[---]
 [---]+[---]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240–241; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 78–79 n. 56 cum im. phot. (HEP 20, 2011, 338).

3 in. extat caput litt. F; 3 ex. post nomen gentile superest pars superior litt. R, cave, ne videas B nec P; post quam extat pars superior litt. G, O vel Q, i. e. litt. O post R. – 4 + est hasta superior litt. E, F vel T.

3 ex. *Flavius P[- -]* ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 241.


Flavius ° *R[?] [- -]* et imprimis [*F*] *lavia Tych[e]* ex cognomine Graeco eius (SOLIN 2003, 479) veri simillime liberti fuerunt. Ex eo, quod lapis parieti meridionali tabernae 4 porticus meridionalis immissa est, spatium privatum in honorem gentis Flaviae Segobrigensis putamus. Tabernae ipsae aetate imperatorum Flaviorum exstructae fuerunt.

Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel. II in. esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 377 tit. honorarius (?)

Tabula ex lapide calcario albo a dextra et infra fracta in fronte expolita et a tergo levigata (16) × (11) × 2,5. Litt. 4,2 (litt. V maior 5). Sub v. in parte conservato spatium altum circ. 7,5 non inscriptum extat. Si infra versus alii exstiterunt, breves ac in medio ordinati inscripti esse debent, ut monstrat forma fragmenti tabulae. Rep. ante a. 1985 in effossionibus aedificii, q. d. *Termas superiores* (in effossionibus fori a. 1989, ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, errore), i. e. thermarum ad occidentem a theatro versus sive *Termas del teatro* (inv. n. 86111; S-381). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2002.



Iul[i] [- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 229–230 n. 25 cum im. phot. (*AE* 2003, 999; *HEp* 10, 2000, 316); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 337–338 n. 410 cum im. phot.

1 post litt. L superest caput hastae rectae veri simillime litt. I. Tabula basi statuæ affixa fuisse videtur.


Tit. ex litterarum formis, imprimis litt. V, saec. I in. esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 378 tit. honorarius

Parallelepipedum ex lapide calcario (*caliza del templo de Diana*), i. e. pars media basis statuæ ex tribus partibus compositae, superne resectum in fronte paululum laesum undique levigatum (91) × 55,5 × 50. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 35,5 × 36. Litt. 6 (v. 1 litt. T longa 6,5), 5,5 (v. 2–3; v. 2 litt. S maior 6; v. 2. ex. litt. I longa 6,5); puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 25 m. Oct. a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori (*UE* 5768 n. 5; inv. n. 83265; S-378), ubi lapis in usum posteriorem muro alicui

immissus erat. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



T(it)o ° *Mollico*
Severi ° *f(ilio)*
pater

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 225–226 n. 17 cum im. phot. tab. IX (*AE* 2003, 993; *HEp* 10, 2000, 308); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 79–80 n. 57 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 220, 240 n. 68; ABASCAL 2007, 300–301; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 268; NAVARRO et al. 2011, 116; ABASCAL – ALMAGRO-GORBEA 2011, 218.

Nomen *Mollicus* aliunde non novimus. Occurrit autem nomen gentile *Mollicius* (vel *Mollitius*), vide SCHULZE 1991, 44. 428, cf. VI 10049 = ILS 5286; XIV 1373; *AE* 1978, 359 cet. Sed fortasse est nomen peregrinum originis Celtibericae, de quorum formis vide, quae diximus ad tit. 13, 329. Titus Mollicus et pater eius ergo fortasse peregrini fuerunt.

Tit. ex genere monumenti et ex litterarum formis aetati imperatorum Flaviorum vel saec. II in. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 379 tit. honorarius (?)


Tabula ex lapide marmoreo albo cum venis cineraceis (*breccia di Sciro* vel *marmor scyrium*), undique fracta, in fronte expolita et a tergo levigata (18) × (21) × 4. Ante v. spatium altum circ. 7 non inscriptum extat. Litt. 6; punctum triangulare ad sinistram directum cornibus prolongatis. Rep. Segobrigae a. 2001 in effossionibus fori (*UE* 5317 n. 84; inv. n. 63185; S-352). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2002; recognovimus a. 2004.



 [- -] f(i)lio ° Q[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 158 n. 17 cum im. phot. fig. 15
 (HEp 10, 2000, 229); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 90
 n. 72 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 339).
 [- - ?] f(i)lio ° O[- - ?] ABASCAL – CEBRIÁN 2002a.
 1 in. desunt praenomen et nomen viri in tit. laudati.
 Tabula basi statuae affixa esse videtur.
 Tit. ex litterarum formis saec. I-II esse videtur.
 G. A. – J. M. A.

13, 380 tit. honorarius (?)
 Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. pars media basis
 statuae ex tribus partibus compositae, ab utroque latere,
 infraque et a tergo fractum, in fronte levigatum et instru-
 mento ferreo dolatum (13) × (19,5) × (6,5). Litt. 8,5; punc-
 tum triangulare deorsum directum cornibus prolongatis.
 Rep. Segobrigae d. 18 m. Sept. a. 2002 in effossionibus por-
 ticus meridionalis fori (UE 5739 n. 2; inv. n. 86097; S-
 370). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descriptus a.
 2002.



<Mani-> ° V[- -]
 +[- -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 226 n. 18 cum im. phot.
 (AE 2003, 994; HEp 10, 2000, 309); ABASCAL – ALFÖLDY –
 CEBRIÁN 2011a, 88 n. 68 cum im. phot.
 2 + est lineola incurvata litt. C, G, O vel Q; supplendum
 fortasse G[al(eria)].
 Praenomen M'. i. e. Manius, minus frequens in titulis
 Hispanicis, recurrit in nonnullis titulis Segobrigensibus, cf.
 13, 209. 212. 319 cet.
 Tit. ex litterarum punctorumque formis saec. I esse videtur.
 G. A. – J. M. A.

13, 381 tit. honorarius
 Parallelepipedum ex lapide marmoreo albo venis cinera-
 ceis, i. e. pars media basis statuae ex tribus partibus com-
 positae, undique excepto a tergo fractum, in fronte
 expolitum (57) × (27) × 44. Litt. 5 (v. 2, 3, 6), 7,5 (v. 5);
 puncta triangularia deorsum directa; sub v. 3 spatium
 altum 7,5 non inscriptum exstat; fortasse ad versum bre-
 vem litt. minoribus circ. 5 inscriptum pertinet. Rep. Seg-
 brigae d. 26 m. Mart. a. 2002 in effossionibus porticus
 meridionalis fori, ubi lapis muro alicui medii aevi immissus
 erat (UE 5784 n. 1; inv. n. 83563; S-360). Servatur in M. S.
 inter reposita, ubi descriptus a. 2002.




Fig. a



CN · OCTAVIO
 GAL · MATERNO
 CN · MARCELLI
 FIL · OB
 ORNAMENTA
 ET · SIGNA · QVAE · SVA
 PECVNIA · PORTICIBVS
 ORNANDIS ·

D · D

0 50 cm

Fig. β

 [- -]v[- -]
 [- -]rnϩ
 [- -]elli
 [- - - - -]
 5 [- -]EÑTA[- - - ?]
 [- -]E ° F(- - -) ° su[a]
 [pecunia? - - -]

Fig. a: Im. phot. a J. M. A. sumpta.

Fig. β: Im. a J. M. A. machina computatoria del.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 220–222 n. 14 cum im. phot. (AE 2003, 990; *HEp* 10, 2000, 305); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 80–82 n. 58 cum im. phot. – Cf. ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 240 n. 66.

Ex eo, quod v. 2 ex. cognomen viri honorati continet, i. e. [Frate]rnus, [Mate]rnus, [Pate]rnus vel similia (de cognominibus familiaribus in Hispania vide ABASCAL 1984, 219–259), fortasse praenomen et nomen in v. 1 perierunt et cognomen patris eius sub litt. ELLI latet. – 5–6 restituere possumus cum [ornam]ēnta [et signa], quae vir honoratus ad forum Segobrigae ornandum contulit (vide e. g. exempla AE 1917/18, 22 (Thuburbone Maio); ibid. 1927, 70 (Bingii); ibid. 1974, 502 (Gerulatae); *IAM* 2, 355 (Volubili); cf. *ThLL* IX, 1968/81, col. 1010 s. et 1014 s.).

Fuit fere: [Gn(aeo)? Octa]v[io?] | [Gal(eria)? M?ate]rnϩ | [Gn(aei)? Marc?]elli | [fil(io) ob] l⁵ [ornam]ēnta | [et signa] (?) [qua]e f(ecit) su[a] | [pecunia porticibus] | [ornandis? - - -] | - - - - - ? l¹⁰ [d(ecreto) d(ecurionum) (?)]

Tit. ex litterarum formis saec. I esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 382 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario, quod olim pars media basis statuae ex tribus partibus compositae fuisse videtur, ab utroque latere, superne infraque fractum, in fronte et a tergo levigatum et instrumento ferreo dolatum (44) × (30) × 37. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 5,5; punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae d. 29 m. Oct. a. 2003 in effossionibus tabernae n. 2 porticus meridionalis fori (*UE* 7463 n. 6, *punto* 497; inv. n. 110318; S-484). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003 et im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004.



 [- -] fratr[i - - - ?]
 [feci?]t °
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 86–87 n. 65 cum im. phot. (AE 2011, 558; *HEp* 20, 2011, 120).

2 in. pars superior litt. T ante punctum extat.

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 383 (= II 3147 frg. tertium) tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario, fortasse fragmentum basis statuae ex tribus partibus compositae, undique fractum, in fronte levigatum et pectine ferreo dolatum (40) × (17) × (20). Area titulo inscribendo destinata olim cymatio cincta, cuius vestigia exstant super litt. servatas. Litt. accurate insculptae 11. Rep. Segobrigae d. 14 m. Dec. a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Deinde latebat. Idem parallelepipedum, ut videtur, denuo rep. a. 1981 in effossionibus eodem loco a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 93228; S-121). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2004.



[- -]GR[- - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k f. 3v. 12r cum im. del.; id. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/5597/1 f. 152 cum im. del. (HÜBNER II 3147 frg. tertium); ALMAGRO BASCH 1984, 280–281 n. 139 cum im. phot. et im. del. a FERNÁNDEZ publici iuris facta, qui lapidem a FERNÁNDEZ descriptum eundem esse ac lapidem a. 1981 repertum asseveravit. Si ita res se habet, partes minores interim defractae esse debent.

Litt. secundam R esse ex im. a FERNÁNDEZ del. elucet.

Tit. ex litterarum formis saec. I vel II in. videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 384 tit. honorarius (?)

Fragmentum parallelepipedi vel tabulae ex lapide calcario albo undique fractae, in fronte levigatae (12,5) × (11) × (8). Litt. 7,5. Rep. Segobrigae a. 2002 in effossionibus fori (inv. n. 162084; S-027). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsimus a. 2004; im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2002.



-----?
 [- -]+IÓ[- -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 84–85 n. 62 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 118).

1 + est pars superior litt. B vel P; post litt. I satis probabiliter extat O cum apice (i. e. [- -]-]biō vel [- -]-]piō); cave, ne apicem esse vestigium litt. V putes (cf. *II*²/14, 1000).

Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 385 tit. honorarius (?)

Duo fragmenta inter se non coniuncta parallelepipedum ex lapide calcario vel arae vel partis mediae basis statuae ex tribus partibus compositae, undique levigati, superne et in faciebus angustis sertis exornati, quorum vestigia in frg. *a* exstant. Frg. *a* undique excepto latere sinistro fractum (28) × (17,5) × (23); area titulo inscribendo destinata excavata cymatio cincta (12,5) × (11); litt. 7,5. Frg. *b* undique fractum (37,5) × (26) × (29,5); area titulo inscribendo destinata (22) × (20); litt. 4,5. Rep. Segobrigae a. 2010 in effossionibus domus privatae ad orientem versus a foro sitae (*UE* 14020 n. 1–2, *puntos* 30 et 31; inv. n. 191248 et 191249; S-770, S-771). Servantur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2011. Im. phot. sumpsit R. C. a. 2011.



[- -]ni

 [- -]+[- -]
 [- -]+
 [- -]ED

Im. phot. fragmentorum a R. C. sumptae, machina computatoria usu a J. M. A. compositae. Supra vides frg. *a* faciem anticam et iuxta frg. *a* faciem dextram, infra faciem anticam frg. *b*. ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 141–142 n. 123 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 142), qui fragmenta ad eundem monumentum pertinere demonstrant.

V. tertio ab ultimo + est pars exigua pedis hastae rectae. – V. paenultimo + est hasta acclivis satis probabiliter litt. M.

V. ultimo [- -]-]edī (?) ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a; in fine v. litt. D clare legerunt.

V. 1 latet nomen viri honorati casu dativo, e. g. [*Fronto*]ni. Animadvertite, fragmenta duo ad tit. Iunoni vel Apollini sacrum non pertinent.

Tit. ex monumenti et litterarum formis saec. I ex. vel II in. tribuendus esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 386 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario albo undique fractum, in fronte levigatum (19) × (29,5) × (19). Litt. circ. 12; punctum triangulare deorsum directum et punctum deforme. Rep. Segobrigae d. 2 m. Oct. a. 2003 in effossionibus porticus meridionalis fori (*UE* 7000 n. 1702, *punto* 315; inv. n. 95617; S-462). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003.



-----?
 [- -]+ ◦ A ◦ V[- -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 84 n. 61 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 117).


1 in. + est pars dextra litt. D, O vel Q.

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 387 tit. honorarius (?)

Tabula marmorea (veri simillime *bardiglio di Carrara*) undique fracta, in fronte expolita et a tergo levigata (7,5) × (9) × (2,2). Litt. circ. 6. Rep. Segobrigae d. 3 m. Iul. a. 2003 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (*UE* 7100, *sector* 2, n. 1, *punto* 1; inv. n. 100275; S-469). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2003.



-----?
 [---?]+[---]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 93–94 n. 77 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 124).

1 + est caput litt. B, P vel R.

Tabula potissimum basi statuae affixa esse videtur.

Tit. ex genere lapidis, quod Segobrigae frequenter redit, saec. I esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 388 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario a dextra infraque et a tergo fractum, in fronte pectine ferreo dolatum et calce tectum (17,5) × (23) × (15). Litt. 9,5; punctum triangulare sursum directum. Rep. Segobrigae a. 1999 in effossionibus cryptoporticus exedrae septentrionalis fori ultra viam tectam (*UE* 1000 n. 331; inv. n. 37997; S-258). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2002; recognovimus a. 2004.



[---] Q(uint-) ° [---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 178 n. 62 cum im. phot. fig. 61 (*HEp* 10, 2000, 274); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 90 n. 71 cum im. phot.

Litt. Q initio v. 1 fortasse ad praenomen viri honorati pertinet. Ex genere partis anticae et ex usu pectinis atque calcis monumentum saec. I in. vel med. tribuendum est.

G. A. – J. M. A.

13, 389 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum, i. e. veri similiter pars media basis statuae ex tribus partibus compositae, ex lapide calcario superne et infra et a dextra fractum, in fronte levigatum (24) × (30) × 32,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. accurate insculptae ac concinne in medio ordinatae 7,5 (v. 2). Interstitia versuum 3/6. Rep. Segobrigae a. 2005 in effossionibus partis meridionalis basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (*UE* 7813 n. 134, *punto* 52; inv. n. 133745; S-525).

Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsimus a. 2005. Im. phot. R. C. sumpsit a. 2011.



-----?
 +[---]
 S[---]
 V+[---]
 -----?

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 91 n. 73 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 122).

1 + est pes potius litt. C quam G. – 3 ex. + est caput litt. incertae.

Ex cymatio, quo area titulo inscribendo destinata cingitur, et ex ordinatione versuum satis probabiliter basis statuae cum tit. honorario fuit.

Tit. ex monumenti genere et ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. esse videtur. G. A. – J. M. A.

13, 390 tit. honorarius (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido undique excepto latere sinistro fractum, pectine ferreo dolatum (19) × (15) × (5). Litt. 4,5 (v. 2); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 2004 in effossionibus basilicae urbanae iuxta forum ad orientem versus sitae (*UE* 7833 n. 15, *punto* 395; inv. n. 125102; S-514). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2005; recognovimus a. 2005.



-----?
 +++[---]
 PA[---]
 +[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 82–83 n. 59 cum im. phot. (AE 2011, 556; HEP 20, 2011, 116).

1 ++ primae sunt hastae rectae, tertia est pes litt. B, D, E aut L; considerandum est, num fortasse Tib[- -] (cum T longa) vel sim. intellegendum sit. – 3 + est pars superior litt. C vel G.


V. 2 latet fortasse nomen quoddam vel vox ut pa[tri], pa[trono] vel sim.

Usus pectinis ferrei in parte antica monumentorum Segobrigensium frequenter invenitur in basibus equestribus in foro positus ante aetatem Flavorum.

Tit. ex usu pectinis et ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 391 tit. honorarius (?)

Fragmentum parallelepipedum ex lapide calcario, infra sinistrae et a tergo fracti, in fronte olim satis levigati (17) × (15) × (10). Litt. 6; v. 2 ex. punctum triangulare vel deforme. Rep. Segobrigae a. 2002 in effossionibus porticus meridionalis fori (UE 5690 n. 2; inv. n. 86098; S-372). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



[- -]VM
[- -] Ç(ai) fil(i) °
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 227 n. 20 et tab. VIII cum im. phot. (AE 2003, 996; HEP 10, 2000, 311); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 91–92 n. 75 cum im. phot.

1 ex. litt. VM fortasse ad nomen cognationis Celtibericae casu genetivo plurali -ikum/-icum cadens pertinent. Hoc loco [sacr]um supplere proposuit P. LE ROUX ad AE 2003 sine idonea causa.

Tit. ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 392 tit. honorarius

Basis statuae equestris ex lapide calcario tribus partibus composita, cuius servantur parallelepipeda quattuor ad partem mediam crepidinemque pertinentes. Pars media 89 × 112 × 139; crepido 25 × 146 × 155. In parte antica exstat cavum rectiangularum 67 × 94 × 4,5 ad tabulam marmoream inserendam, quam fixam esse clavibus patet ex foraminibus diam. 3 in parte media servatis; tabula ipsa perit. Rep. Segobrigae a. 2001 in effossionibus partis orientalis fori (UE 5416 n. 1; inv. 162174; S-769). Servatur in situ, ubi descripsit J. M. A. a. 2001 et im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004 et 2005.



Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN – TRUNK 2004, 221 n. 19 cum im. phot. fig. 3. 235 n. 19; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 121–122 n. XII.

De basibus similibus, quibus tabulae insertae sunt, cf. II²/7, 216–217.

Monumentum ex ornatu crepidinis saec. I esse videtur.

J. M. A. – G. A.

Tituli possessorum sedium in theatro et in amphitheatro collocatarum (13, 393–394)

13, 393 tit. sedis theatri (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario albo superne, a dextra et a sinistra fractum, in fronte magna ex parte adsum 43 × 129 × 58. Affixum est in theatro prope vomitoria orientalia in prima scala mediae caveae. Sedile haud dubie fuit. Litt. 9,5 in fronte insculptae. Rep. m. Aug. a. 2006 in operibus purgationis in theatro institutis (inv. n. S-724). Servatur in situ, ubi descriperunt J. M. A. et R. C.

Crestę (!)

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 157 n. 147 cum im. phot. (AE 2011, 566; HEP 20, 2011, 146).

De nomine Graeco Crestę i. e. Chreste vide SOLIN 2003, 1006. De titulis possessorum sedium vide exempla Tarracone servata (II²/14, 1363–1432).




Ex eo, quod tit. ad caveam theatri pertinet, post saec. I posteriorem inscriptus est. J. M. A. – G. A.

13, 394 tit. sedis amphitheatri (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario, a dextra et a sinistra fractum, superne levigatum, infra scabrum, in parte antica etiam levigatum et pectine ferreo dolatum 11 × (22) × 47. Litt. 5,5 in fronte insculpta. Rep. Segobrigae a. 1974 in effossionibus summae caveae partis orientalis amphitheatri (inv. n. 162152; S-423). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2011, qui im. phot. quoque sumpsit.

(vac.) V(- -) (vac.)

Im. phot. a W. K. sumpta.
ALMAGRO BASCH 1984, 354 n. 224 cum im. phot.



Littera ex forma saec. I-III tribuenda videtur.


J. M. A. – G. A.

Tituli sepulcrales communes
(13, 395–754)

Tituli cum notis pedaturarum
(13, 395–402)

13, 395 tit. sepulcralis

Cippus terminalis sepulchri ex lapide calcario superne rotundatus, in fronte et ab utroque latere levigatus, a tergo scaber 95 × 48 × 35; pars antica magna ex parte pectine ferreo dolata, nunc partim laesa, pars infima ad cippum in solum inserendum minus accurate levigata alta 25. Litt. 6 (v. 1), 5,5 (v. 2); puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 31 m. Aug. a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo prope locum suum proprium, ubi extabat *como señalización del recinto funerario 3* (UE 9671 n. 1, punto 58; inv. n. 157891; S-663). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007 et im. phot. a. 2008 sumpsit.



C(- -) ◦ Pr(- -)
in ◦ f(ron)te ◦ p(edes) ◦ XV

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 188–189 n. 193 cum im. phot. (AE 2011, 568; HEP 20, 2011, 148).

1 C(- -) pr(imus) fortasse c(ippus) p(rimus) ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN (cf. VI 11535).

De pedatura in titulis sepulcralibus indicata vide ECK 1987, 61–83; GREGORI 2005, 77–126. Exempla Hispanica amplius


tractaverunt RODRÍGUEZ NEILA 1983, 1991 et 1992; STYLOW – LÓPEZ MELERO 1995, 362–366; SÁNCHEZ MADRID – VAQUERIZO 2008, 331–350.

Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 396 tit. sepulcralis

Cippus terminalis sepulchri ex lapide calcario superne rotundatus, in fronte levigatus, nunc magna ex parte laesus, ab utroque latere levigatus et a tergo scaber 95 × 46 × 39. Pars inferior ad cippum in solum inserendum rudis alta 32. Litt. 5,5; puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 21 m. Aug. a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo prope locum suum proprium, ubi extabat *como señalización del recinto funerario 3* (UE 9669 n. 1, punto 85; inv. n. 157889; S-660). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007 et im. phot. a. 2008 sumpsit.



In ◦ f(ron)te ◦ p(edes) ◦ XV

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 189 n. 194 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 149).

Cave, ne legas XXV.

Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 397 tit. sepulcralis

Cippus terminalis sepulchri ex lapide calcario superne rotundatus, in fronte et ab utroque latere levigatus, a tergo scaber 89 × 47 × 27. Pars inferior ad cippum in solum inserendum rudis alta 31. Litt. 7 (v. 1), 5 (v. 2); puncta triangularia. Rep. Segobrigae d. 21 m. Aug. a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo prope situm suum proprium, ubi extabat *como señalización del recinto 4* (UE 9605 n. 1, *punto* 83; inv. n. 154408; S-659) ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007 et im. phot. sumpsit a. 2008.



*In ° f(ron)te ° p(edes)
XVII s(em)is*


Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL et AL. 2008, 54 cum im. phot. fig. 31 (HEp 17, 2008, 62); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 189–191 n. 195 cum im. phot.

Ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 398 tit. sepulcralis

Cippus terminalis sepulchri ex lapide calcario superne rotundatus, in fronte et ab utroque latere accurate levigatus et caelo dolatus 95 × 46,5 × 32,5. Pars inferior ad cippum in solum inserendum rudis alta 30. Versus 1 in medio, versus 2 dextrorsum a quadrataro imperito ordinati. Litt. 6,5 (v. 1–2); puncta triangularia. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo prope situm suum proprium, ubi extabat *como señalización del recinto 4* (UE 9670 n. 1, *punto* 157; inv. n. 157890; S-664). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007 et im. phot. a. 2008 sumpsit.



*In ° f(ron)te ° p(edes)
XVII s(em)is*


Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 191–192 n. 196 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 150).

Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 399 tit. sepulcralis

Cippus terminalis sepulchri ex lapide calcario olim rotundatus, nunc superne fractus, in fronte et ab utroque latere levigatus, a tergo scaber (68) × 46 × 26. Litt. 6,5; punctum triangulare. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9849 n. 1, *punto* 156; inv. n. 162047; S-535). Servatur in situ ad saeptum 4 terminandum, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



*In ° a(gro) [p(edes)]
XV*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL et AL. 2008, 53 cum im. phot. fig. 30; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 192 n. 197 cum im. phot. (*HEp* 17, 2008, 61).

2 ex litt. nullae desunt.

Tit. ex litterarum formis saec. I in. vel med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 400 (= II 3159) tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum, in fronte levigatum (33) × (26) × (25). Litt. 4,5 (v. 1–2), 3,5 (v. 3), 5 (v. 4), 4,5 (v. 5), olim fortasse stela; puncta deformia minuta. Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Deinde latebat. Denuo in lucem prodiit in effossionibus eodem loco a M. ALMAGRO BASCH institutis (inv. n. 90765; S-131). Servatur in M. S., ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1996.



-----?
 [- -]ond[- -]
 [- -]çicus
 [b(ic) s(itus)] ° e(st) °
 [in fr(onte)] p(edes) ° XV
 5 [in ag(ro)] p(edes) ° XV

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 26v cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 150 cum im. del. (HÜBNER II 3159); ALMAGRO BASCH 1984, 289–290 n. 150 cum im. phot. et im. a FERNÁNDEZ del.

2 litt. C prior traditur a FERNÁNDEZ, vestigia nunc servata congruunt.

Versu 1 fortasse latet cognomen defuncti, v. 2 cognomen defuncti vel origo eius extabat.


Tit. ex litterarum formis et ex formulis saec. I videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 401 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido superne infraque et a dextra fractum, in fronte accurate levigatum (41,5) × (24) × (17), olim fortasse stela. Litt. 5,5 (v. 2–3), 5

(v. 4–5), circ. 6,5/5 (v. 6); punctum triangulare deorsum directum v. 4. Rep. Segobrigae m. Oct. a. 1982 in effossionibus aedificii q. d. *Termas superiores* ALMAGRO BASCH, i. e. thermarum a teatro ad occidentem versus sive *Termas del teatro* (Área 3, inv. n. 162226; S-165). Servatur in M. S., ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2011.



-----?
 Cla[- -]
 Aest[- -]
 Spera[- -]
 palo ° q[un(orum)? - -]
 5 h(ic) [s(it-) e(st)]
 in [fr(onte) p(edes) - -]
 [in ag(ro) p(edes) - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 324 n. 189 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 333).

1 in. extat pes litt. C; cave, ne videas L; LLA[- -] ALMAGRO BASCH. – 2 AES[- -] ALMAGRO BASCH. – 3 supplendum est *Sperata*, *Speratus*, *Speratianus*, cet. ad parentelam relata. – 4 post punctum supersunt vestigia litt. A, haud M., ut praebet ALMAGRO BASCH. – 6 litt. I superne ad sinistram incurvata; versum omittit ALMAGRO BASCH.

Nomen defunctae vel defuncti *Cla[udia] Aest[iva]* aut *Cla[udius] Aest[ivus]* fuisse potest, sed ex eo, quod praenomen caret, potius femina quam vir fuisse videtur.

V. 4 *palo* nomen aut pars nominis est vel ad gladiatorem spectat. De gladiatoribus, qui gradum pali primi vel secundi adepti sunt, vide VILLE 1981, 324.

Tit. ex litterarum formis et ex formulis saec. I posteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 402 tit. sepulcralis

Fragmentum stelae ex lapide calcario cineraceo undique excepto latere sinistro fractae, in fronte levigatae (22) × (36) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata olim cymatio inverso lat. 5 cincta, cuius vestigia latere sinistro supersunt. Litt. magna ex parte attritae 3,5. Servabatur *Saelices (CU)*, in *barrio La Fuente* apud *casa de Don Celestino* parieti immissa, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Frustra quaesivimus a. 2011.

in fr(onte) p(edes) [- - -]
-----?



Im. phot. a W. K. sumpta.
Tit. fortasse saec. I est.

G. A. – J. M. A.

Tituli in toto aut magna ex parte conservati
aut vestigia nominum exhibentes
(13, 403–549)

13, 403 (= EE VIII 437 n. 184) tit. sepulcralis (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum, in fronte levigatum (38) × (32) × (35), supra restat pars cymatii recti, quo area titulo inscribendo destinata cincta erat. Litt. accurate insculptae 5 (v. 1; litt. I longa 6), 5,5 (v. 2; litt. I et T longae 6,5), 6 (v. 3; litt. T longa 7,5); puncta rotunda vel deformia. Rep. Segobrigae *el día 26* (scil. mensis Augusti) a. 1892 FITA 1892f in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris) prope locum q. d. *termas del teatro*, de quo cf. supra 13, 401. Deinde translatum est *Madrid* in M. A. N. A. 1973 iussu ALMAGRO BASCH in M. S. pervenit (inv. n. 75964; S-022). Ibidem descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2002.



◁Manio▷ ◦ Acilio [- - -]
[A]cilio ◦ T(iti) ◦ [f(ilio) - - -]
[- - -]astus [- - -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

R. GARCÍA SORIA in epistula ad F. FITA d. 1 m. Sept. a. 1892 missa apud FITA 1892f, 252; HÜBNER apud FITA 1892h (epistula ab HÜBNER ad FITA missa d. 22 m. Oct. a. 1892); HÜBNER, *EE VIII 437 n. 184* ex ectypo a FITA misso; ANONYMUS 1892b, 479 (ex epistula ab HÜBNER missa); QUINTERO 1913/2007, 106–107 n. 1 cum im. del.; RIVERO 1933, 69 n. 248; ALMAGRO BASCH 1984, 253–254 n. 116 cum im. phot.

3 in. ante litt. S extat hasta declivis litt. A, ergo nomen ut [B]astus, [C]astus, [Cr]astus vel sim. supplendum est.

1 praenomen *Manius* solus HÜBNER, quem secutus est ALMAGRO BASCH, qui vidit. – 1–2 [Se]x(to) Acilio [C(ai) f(ilio) Gal(eria)?] ... [A]cilio T(iti) [f(ilio)...] FITA 1892f, versibus non divis. – 1–3 M(anio) Acilio [T(iti) f(ilio), T(ito) A]cilio T(iti) [f(ilio) Fau]stus s. fecit ... HÜBNER, *EE* exempli gratia, versibus non divis. similiter ALMAGRO BASCH; [- - -]V ◦ Acilio [- - -] | [- - -]cilio ◦ T[- - -] ◦ | [- - -]stus [- - -] QUINTERO in im. del., [- - -]I Acilio [- - -] | [- - -]cilio ◦ T[- - -] | [- - -]stus [- - -] RIVERO.


Acilii (in Hispania vide ABASCAL 1994a, 63–64) redeunt in tit. 13, 2 (= II 3069) Titulciae reperto.

Tit. ex litterarum formis saec. I esse videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 404 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne, infra et a dextra fracta, in fronte accurate levigata et a tergo minus levigata (32) × (34) × 33. Versus concinne in medio ordinati. Litt. 3,6 (v. 1), 3,2 (v. 2), 4,6 (v. 3); puncta triangularia deorsum directa (v. 1 et 3). Interstitia versuum 1 (inter v. 1 et 2) et 2,5 (inter v. 2 et 3); ante v. 1 spatium altum 3,5 et sub v. postremo circ. 14 non inscripta sunt, i. e. versus nulli desunt. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE 9368 n. 520, punto 249*; inv. n. 143096; S-611). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descriperunt J. M. A. et R. C. a. 2006.



Aelia ° *Ma*[-2/3?]-
Montan[i f(ilia)]
h(ic) ° *s(ita)* ° *e(st)*

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 192–193 n. 198 cum im. phot. (AE 2011, 569; HEP 20, 2011, 151).

Nomen gentile defunctae occurrit in Hispania iam ante imperatoris Hadriani aetate, vide inter alios tit. II²/14, 790 (*M. Aelius Gracilis*), cf. etiam HA, Hadr. 1, 1–2 (*Aelius Marullinus*) quamquam dubia fide. Cognomen defunctae fortasse *Ma[ura]*, *Ma[gna]* vel sim. fuit.

Tit. ex monumenti et litterarum formis et ex formula saec. I posteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 405 (= II 6338 ee) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario albo, hodie ex tribus fragmentis coniuncta, supra olim rosa acroteriisque exornata, nunc resecta, undique minus levigata (117) × 49 × 17. Duobus titulis inscripta, quorum alius infra alium positus est et quorum amborum versus sinistrorsum ac concinne ordinati sunt. Area superior titulo inscribendo destinata excavata, caelo dolata, cymatio recto cincta 47 × 33,5; litt. 6,5 (v. 1), 5,5 (v. 2), 5 (v. 3–4; v. 4 litt. T longa 6); 4,5 (v. 5; litt. T, I longae 5,5); puncta triangularia. Area inferior titulo inscribendo destinata, quae post aream aliam addita esse videtur, non excavata, sulcis cincta 31 × 37; litt. 5,5 (v. 1), 5 (v. 2–4); puncta triangularia. Rep. Segobrigae a. 1891 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis *al Oriente del famoso cerro en un campo ó heredad que hondamente excavó, hace tres meses, D. Román García FITA*, i. e. sine dubio prope theatrum. Dono a R. GARCÍA SORIA data, translata est a. 1891 *Madrid* in M. A. N. (inv. n. 16600); postea iussu ALMAGRO BASCH a. 1972 in M. S. translata est. Ibidem descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2013, qui im. phot. quoque sumpsit.

Tit. A:

Atthidi °
M(arci) ° *Manli*
Crassi °
Anencletus
 5 *contubernali*



Tit. B:

Aemilia °
Dercinio (!) ° *cum*
Attide (!) ° *sua*
s(it) ° *t(ibi)* ° *t(erra)* ° *l(evis)*

Im. phot. a W. K. sumpta.

FITA 1891b, 522–523 n. 2; HÜBNER II 6338 ee (VIVES, ILER 4528) ex ectypo a FITA misso; QUINTERO 1913/2007, 103 n. 13 cum im. del.; RIVERO 1933, 67 n. 243; GARCÍA Y BELLIDO 1967, 62 n. 26. 63 cum adn. 1. 56 (SCHILLINGER 1979, 55 cum adn. 1; VERMASEREN 1986, 73–74 n. 199; BENDALA 1986, 393; ALVAR 1992, 45); ALMAGRO BASCH 1984, 164–166 n. 50 cum im. phot. – Cf. ALBERTOS 1966, 105; CURCHIN 1987, 82; GONZÁLEZ SERRANO 1990, 176; ABASCAL 2003, 148–149.

Tit. A: 3 *Crasse* RIVERO. – 3–4 *Grassi v(ernae?)* | *Anancletus*. Tit. B: 2 *Dercino* GARCÍA Y BELLIDO, quem secuti sunt SCHILLINGER, VERMASEREN, BENDALA, ALVAR.


De titulo sacro cogitavit GARCÍA Y BELLIDO (*Il s'agit donc d'une dédicace votive à Atthis*) sine idonea causa, nam Atthis, sine dubio M. Manli Crassi serva, contubernalis Anenclleti fuit. Postea Aemilia Dercinio eodem loco “cum Attide sua” sepulta est. De nominibus Graecis *Anencletus* et *Atthis* (quod est nomen femininum) vide SOLIN 2003, 788 et 620. Cognomen haud dubie Celticum *Dercinio* (ALBERTOS 1966, 105) aliunde non novimus. Pro *Dercinio* potius *Dercinia* exspectes, nam ad feminam pertinet. *Derciniocum* intellegendum esse proposuit nobis J. VELAZA per litteras. Si ita res se habeat, nomen cognationis sit.

Tit. ex genere, ex formulis et ex litterarum formis saec. I posteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 406 (= II 3127 cf. p. 944) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata 65 × 77 × ?, in parte antica magna ex parte calce tecta. Area titulo inscribendo destinata excavata, cymatio recto cincta. Litt. 6 (v.

1-3), 5 (v. 4), 4 (v. 5); puncta triangularia deorsum directa; v. 4 ex palma lineis incisus insculpta. Rep. Segobrigae ante a. 1789 et translata in oppidum *Saelices* (CU). *Estas dos que se siguen* [scil. tit. iste et tit. 13, 418 = II 3128] *à los dos lados de la puerta de la casa de D(om) Sebastian M(arti)n(e)z Falero FERNÁNDEZ, en la pared exterior de la casa de Don Sebastian DE SANTIAGO PALOMARES. Extat ibid. parieti domus c/ Las Peñas n. 15 (olim 17) in altitudine circ. 3 m inserta, ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004. Im. phot. sumpsit R. C. a. 2013.*



*Aemilius
Secundus
patri ° et
matri ° et ° sibi ◁palma▷
5 d(e) ° s(uo) ° c(uravit)*

Im. phot. a R. C. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4g cum im. del.; ID. 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 46 cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/8109/4b cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(38) n. 1 cum im. del. (DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 96 n. 1 [WICKERT, sched.]; CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 6; ABASCAL – GIMENO 2000, 118–119 n. 157); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 7 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 88v n. 11 et ed. 1792, 111 n. 11 (MASDEU 1783/1805, XVII 399 n. 1; XIX 494 n. 1946); CORNIDE 1799, 181–182 n. 4 tab. 5 n. 4 cum im. del.; ex ANTIQUIORIBUS pendet HÜBNER II 3127 cf. p. 944 (VIVES, ILER 4054); ALMAGRO BASCH 1984, 217–218 n. 87 cum im. phot. et im. ab ANTIQUIORIBUS del. – Cf. RADA – FITA 1889, 113.

Tit. ex litterarum formis saec. II videtur. J. M. A. – G. A.

13, 407 tit. sepulcralis

Parallelepipedum (vel stela?) ex lapide calcario undique fractum, in fronte satis accurate levigatum (24) × (29) × (18). Litt. profunde insculptae circ. 4; punctum rotundum v. 3. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9392 n. 166, punto 521; inv. n. 144251; S-621). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007, qui im. phot. sumpsit a. 2007.

-----?
[- -]M[- -]
[- -]Ae]mili (vac.) [- -]
[- -]nis ° Atil[liae - -]
[- -]p]iuss(im-) Atil[lia - -]
[- - - -]
-----?



Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 194 n. 200 cum im. phot. (AE 2011, 570; HEP 20, 2011, 153).


3 in. [- -]o]nis, – 4 in. [- -]p]iuss(imis) ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. – 4 in. superest hasta recta satis probabiliter ad litt. I pertinens.

Latent vestigia nominum duarum defunctorum, i. e. eius, quae uxor [-] *Aemilii* erat, et *Atil[liae]*. Titulus dedicatus fuit ab *Atil[ia - -]* v. 4 laudata.

Tit. ex litterarum formis saec. I ex. vel II priori tribuendus est. G. A. – J. M. A.

13, 408 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario superne infraque et ab utroque latere fractum, in fronte caelo dolatum (30) × (27) × 23. Litt. minus accurate sed profunde insculptae 5,5. Rep. a. 1970 prope Segobrigam loco q. d. *Casa de Villalba* circ. 2 km ab oppido ad occidentem versus sito iuxta viam, quae a *Saelices* (CU) in *Quintanar de la Orden* (CU) ducit (inv. n. 86069; S-156). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2002.



[- -]+AM[- -]
[- -]gaelo[- -]
[- -]A]emili[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 262 n. 123 cum im. phot. (HEP 1, 1989, 321). – Cf. GÓMEZ-PANTOJA 1998, 190 n. 34.

1 Ae[milio], – 2 [Arg]aelo ALMAGRO BASCH.

Cognomen Celticum *Argaelus* (vide supra tit. 13, 280) in Hispania Segobrigae tantum laudatur, sed cf. II 5672 (= AE 2010, 708).

Ex litterarum formis saec. II videtur. J. M. A. – G. A.

13, 409 tit. sepulcralis

Parallelepipedum (stela?) ex lapide calcario albo undique fractum, in fronte olim levigatum et caelo dolatum, nunc ex parte laesum (40) × (41) × (19,5). Litt. profunde insculptae 4,5; punctum rotundum vel deformis v. 2. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9368 n. 526, *punto* 314; inv. n. 143102; S-610). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006. Im. phot. sumpsit R. C. a. 2006.



 [- -]M[- -]
 h(ic) ° s(it-) e(st)
 [- -]A[em]ilia[n- -]

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 193–194 n. 199 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 152).

Tit. ex genere et ex litterarum formis atque formula saec. I est. G. A. – J. M. A.

13, 410 tit. sepulcralis (?)

Lamina ex lapide sectili cinereo (*pizarra*) infra et a sinistra fracta, in fronte expolita (5,5) × (8) × 0,9. Litt. minus accurate insculptae 1,8, supra et infra versum insculptum litt. scarifatae (inter 1 et 1,2 fere). Rep. a. 1962 inter rudera supra scaenam theatri iacentia, cum effossiones incoharentur (inv. n. 162151; S-431). Servatur *Cuenca* in M. P. C. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1979 et im. phot. sumpsit.

[- -] Agaĩhe
 -----?

Tit. scarifatus supra versum insculptum:

[- -]CIOTI

Tit. scarifatus infra versum insculptum:

[- -]OPL

Im. phot. a G. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 327 n. 192 cum im. phot.




Fragmentum ad angulum superiorem dextrum tabulae sepulcralis satis probabiliter pertinet, quae postea scarifata est. Nomen mulieris *Agathe* (SOLIN 2003, 771) titulis nonnullis recurrit.

Tit. ex litterarum formis saec. II–III esse videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 411 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario superne rotundatus, infra fractus, olim undique levigatus, nunc magna ex parte – imprimis in frontis parte superiore a dextra – corrosus et attritus (58) × 47 × 34; area titulo inscribendo destinata 14 × 36. Litt. inter 4,5 et 5 fere; v. 3 puncta triangularia cornibus longis. Rep. a. 1997 inter rudera humo operta, quae iacebant ad occidentem versus a thermis aetatis Flaviorum (UE 1000 n. 200; inv. n. 40194; S-231). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1999 et im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004. Im. phot. denuo sumpsit J. M. A. a. 2013.



A[mo]ena
 Avelicum
 h(ic) ° s(ita) ° e(st)

Im. phot. a J. M. A. a. 2013 sumpta.


ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 205–206 n. 16 cum im. phot. fig. 14 (*HEp* 10, 2000, 192); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 169–170 n. 167 cum im. phot. – Cf. GONZÁLEZ RODRÍGUEZ – RAMÍREZ SÁNCHEZ 2011, 255; NAVARRO et AL. 2011, 110.

Nomen Amoenae in tit. Hispanicis multis quasi omnibus Lusitaniae repertis occurrit (ABASCAL 1994a, 273); haud dubie est nomen originis Celticae, sed linguae Latinae aptatum (cf. etiam HOLDER 1896/1913, 131–132), vide etiam KAJANTO 1965, 282 (SOLIN – SALOMIES 1994, 192), ubi inter cognomina Latina refertur. *Avelicum* hoc titulo tantum laudatur; sine dubio est nomen cognationis Celticae ex nominibus *Avelius* (cf. *EE* IX 45 n. 102; *AE* 1977, 408 cet.) et *Avellius* (*HEp* 13, 2003/04, 874) derivatum; cf. *Avelicus* (II 5350, *Belvis de Monroy*, CC) et *Avellicus* (tit. 13, 451 = II 3133 = II 5875 Segobrigae rep.).

Tit. ex monumenti forma saec. I in. vel med. tribuendus videtur. Litterarum formae consentiunt. J. M. A. – G. A.

13, 412 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, hodie infra et supra ac item a dextra fracta, in fronte levigata et caelo dolata, nunc ex parte laesa (32) × (30) × (16). Litt. quadratae accurate insculptae 6,5 (v. 1), 6 (v. 2); punctum rotundum v. 1. Rep. Segobrigae a. 2000 in effossionibus partis occidentalis aulae aetatis Flaviorum a foro ad occidentem versus sitae (*UE* 3123 n. 253; inv. n. 52871; S-293). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2000.



G(ai-) o An[- -]
Aemi[lian-? - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 161–162 n. 23 cum im. phot. fig. 22 (*AE* 2002, 825; *HEp* 10, 2000, 235); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 170–171 n. 168 cum im. phot.


G o An[nius?] | Aemi[lian-?][us? - - -?] ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, cf. P. LE ROUX ad *AE* 2002.

Supplendum est exempli gratia G(aius) An[nius] | Aemi[lianus], G(aius) An[tonius] | Aemi[lianus] vel sim. casu nominativo vel dativo.

Tit. ex monumenti litterarumque formis saec. I esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 413 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario ex duobus fragmentis coniuncta, undique fracta praeter in lateris sinistri parte inferiore, ubi segmentum marginis superest (82) × (30) × 27. Area titulo inscribendo destinata excavata, levigata, cymatio recto cincta, nunc rimis fissuris nonnullis partim laesa, quae ab aqua aut fortasse a pluviis ingentibus effectae esse videntur (43) × (18). Litt. 5 (v. 1–2), 6 (v. 3), 5 (v. 4); puncta desunt. Rep. a. 1996 in effossionibus natationis thermanum aetatis Flaviorum iuxta ecclesiam in colle sitam, ubi lapis in murum medii aevi immissus erat (inv. n. 40189; S-218). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripserunt J. M. A. et R. C. a. 1998; recognovimus a. 2004. Im. phot. sumpsit R. C. a. 2011.



-----?
[-] An[- -]
Volu[- -]
ann[orum?] [- -]
LI+[- -]
5 \$[- -]
[- - - -]
[- - - -]

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 211 n. 26 cum im. phot. fig. 25 (*HEp* 10, 2000, 202); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 168–169 n. 166 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 343).

4 + est pes hastae rectae.

1 [-] *An[tonius?]* ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. – 2 VG + V[- -] ABASCAL – CEBRIÁN 2000. – 1–2 supplendum e. g. *An[tonius]* | *Volu[sianus]* vel similia.

Ex genere item ex monumenti forma inter saec. I et II medium lapis inscriptus est. G. A. – J. M. A.

13, 414 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario ex duobus fragmentis caemento coniuncta, superne in medio paululum rotundata, ab utroque latere acroteriis praedita, in fronte levigata et a tergo scabra 134 × 58 × 17, in frontis parte supremo exornata rosa diam. 16 sub arcu et sub ea duobus seriebus arcuum, in parte infima rudis ac contracta ad lapidem in solum inse- rendum. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto cincta 40 × 44. Litt. 2,5 (v. 1), 4,5 (v. 2–5), circ. 3,5 (v. 6–7); puncta rotunda vel deformia. Rep. Segobrigae a. 1971 in effossionibus coemeterii aevi Visigothici, ubi in usum posteriorem adhibita erat in sepulcro n. 203 (inv. n. 62659; S-076). Servatur in *M. S.*, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1990.



D(is) ◦ M(anibus) ◦ s(acrum)
C(aio) ◦ Annio ◦ P(ublii) ◦ A(nnii) ◦
l(icti) ◦ c(o) ◦ P(ublii) ◦ A(nnii) ◦
Tro(i) ◦ l(us) ◦ p(atri) ◦ p(ientissimo) ◦ a(nimorum)
 5 *LXXXV ◦ h(ic) ◦ s(itus)*
șit tibi terra
levis ◦

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1975a, 95. 124–125. tab. XXII 1–2, XXVIII cum im. phot.; ID. 1984, 263–264 n. 124 cum im. phot.; ABASCAL 1992, 318–319 n. 8. 335. – Cf. VALLEJO 2005a, 145; GIMENO 2008b, 287 cum im. phot. fig. 18a. 288.

Litt. A loco hastae libratae hasta acclivi praedita, quae e medio hastae dextrae descendit. Litt. L hasta declivi item praedita. Litt. ultimae ad scripturam cursivam transire videntur.

Nomen Graecum *Troilus* (SOLIN 2003, 565–566) recurrit in titulis Hispanicis II 1738 (*Cádiz*) et II 5150 (*Quelfes, Olhão, FAR*). Nomen item Graecum *Politicus* (SOLIN 2003, 1090) in Hispania occurrit tit. *AE* 1984, 503, vide etiam nomen femininum *Politice* II 1993.

Animadvertite verba more insolito breviate v. 4 et formulam, quae breviari solet, non breviatam v. 6–7.

Tit. ex formulis saec. II ex. vel III in. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 415 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario albo superne olim rotundata, infra et supra et a dextra fracta, in fronte levigata et caelo dolata (21) × (16) × (27). Litt. 4,5. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9656 n. 13, *punto* 65; inv. n. 155403; S-657). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



Ant[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 195–196 n. 203 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 156).

1 *Ant[onia - - -]* ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN feminam mortuam suspicantes, cum praenomen desit.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I posteriori vel II in. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 416 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido superne olim rotundata, supra et infra et a dextra fracta, in fronte levigata, paululum adesa (33) × (25) × (11). Litt. 6 (litt. T longa 7,5). Rep. Segobrigae a. 1999 in effossionibus iuxta turrem medii aevi in arce oppidi sitam institutis (*UE* 602 n. 96; inv. n. 40167; S-271). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001.



Ant[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 162 n. 24 cum im. phot. fig. 23 (AE 2002, 826; *HEp* 10, 2000, 236); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 334–335 n. 403 cum im. phot.

Cum praenomen desit, potius femina quam vir nominari videtur.

Tit. ex genere et litterarum formis saec. I med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 417 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata et rosa exornata, infra et in ambobus lateribus fracta, in fronte levigata (47) × 45 × 18. Area titulo inscribendo destinata excavata. Litt. minus accurate insculptae 4; punctum rotundum. Rep. prope Segobrigam ante a. 1963 eo loco, ubi incipit via, quae ad oppidum *Almonacid del Marquesado* (CU) ducit. Servatur inde ab a. 1963 *Cuenca* in *M. P. C.*, ubi descripsit G. A. a. 1979.



Anthus
Rustici ° ser(vus)

Im. phot. a G. A. sumpta (neg. 79-9-25a).

RODRÍGUEZ COLMENERO 1983, 328 n. 9 cum im. phot. (AE 1984, 595); ALMAGRO BASCH 1984, 261 n. 122 cum im. phot. – Cf. ALFÖLDY 1987a, 108 adn. 358.

Nomen Graecum *Anthus* (SOLIN 2003, 1156) recurrit in aliis titulis Hispanicis (ABASCAL 1994a, 277).

Tit. ex genere monumenti et ex litterarum formis saec. I posterioris vel II prioris est. G. A. – J. M. A.

13, 418 (= II 3128 cf. p. 944) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata 57 × 62 × ?, saec. XX in parte antica calce tecta, sed nunc purgata. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto duplo cincta. Litt. circ. 4 (v. 1 litt. T longa 5, litt. O finalis minuta in litt. V inserta 2; v. 2 ex. litt. AE minutae a litt. D circumdatae 2; v. 3 ex. litt. A minuta 2; v. 4 litt. ET minutae 2); puncta triangularia deorsum directa vel rotunda. Rep. Segobrigae ante a. 1789 et translata in oppidum *Saelices* (CU). *Estas dos que se siguen* [scil. tit. iste et 13, 406 = II 3127] *à los dos lados de la puerta de la casa de D(om) Sebastian M(arti)n(e)z Falero* FERNÁNDEZ, *en la pared exterior de la casa de Don Sebastian* DE SANTIAGO PALOMARES. Extat ibid. parieti domus *c/ Las Peñas* n. 15 (olim 17) in altitudine circ. 4 m inserta, ubi descripsit G. A. a. 1983 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004. Im. phot. sumpsit R. C. a. 2013.



Antônio Festivo
et Iuliae Cândidae
Iulia Peregrina
viro ° et ° filiae
5 et ° sibi ° *f(aciendum) c(uravit) °*

Im. phot. a R. C. sumpta.

FERNÁNDEZ 1789 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4g; id. 1789/90 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k f. 46 cum im. del.; id. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/7953/1(38) n. 2 cum im. del. (DE SANTIAGO PALOMARES, ms. *R. A. H.* sign. 9/5939/16 f. 96 n. 2 cum im. del. [CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 7; WICKERT, sched.]; ABASCAL – GIMENO 2000, 118–119 n. 157); id. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/5597/1 f. 147 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 88v n. 12 et ed. 1792, 112 n. 12 (MASDEU 1783/1805, XVII 400 n. 2; XIX 447 n. 1920); CORNIDE 1799, 182 n. 5 et tab. 5 n. 5 cum im. del. (ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3128 cf. p. 944 [VIVES ILLER 4905], qui non vidit); ALMAGRO BASCH 1984, 219–220 n. 88 cum im. del. ANTIQUIORUM plurimorum et im. phot.

4 quadratarius imperitus litt. ET omisit et postea inter v. 3 et 4 litteris minoribus inseruit.

4–5 *viro filio et sibi f. c.* CORNIDE errore, versibus non divis.

Tit. ex formulis saec. II videtur; formae litt. consentiunt.

J. M. A. – G. A.

13, 419 tit. sepulcralis

Parallelepipedum (fortasse fragmentum stelae) ex lapide calcario albo, superne infraque item a dextra fractum, in fronte levigatum, caelo dolatum (16) × (20) × (11). Supra versus spatium altum circ. 8 non inscriptum extat. Litt. actuariarum eleganter insculptarum circ. 5,5. Rep. Segobrigae a. 1981 in effossionibus a M. ALMAGRO BASCH institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basilica visigoda* (inv. n. 93250, *Basilica-12*; S-401). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2004.



Anul[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 370 n. 243 cum im. phot.

Sub litt. servatis latet nomen *Anulla*, *Anullinus* cet.

Tit. ex litterarum formis saec. II videtur. J. M. A. – G. A.

13, 420 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario cineraceo, corona (nunc mutila) crepidineque in fronte prospicientibus praeditus, undique levigatus (102) × 53 × 42; pars media 73 × 50 × 40. Litt. ad librarias transgredientes minus accurate insculptae circ. 4/5 (v. 5 litt. I longa); puncta rotunda v. 1 et 8, hederarum v. 2–3 et 5–7. Rep. Segobrigae a. 1980 in operibus purgationum ab ALMAGRO BASCH institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basilica visigoda* (inv. n. 48130; S-161). Servatur in M. S., ubi descripsit G. A. a. 1985; recognovimus a. 2004.

D(is) ◦ M(anibus) ◦ s(acrum)

Aur(elio) ◦ Pyrr(o) (!) ◦

an(norum) ◦ XXXV ◦ defu-
ncto Roma (!)

5 *Lic(inia) ◦ Vicaria*

filio ◦ piissi-

mo ◦ v(iva) ◦ f(aciendum) ◦ c(uravit)

s(it) ◦ t(ibi) ◦ t(erra) ◦ l(evis)


Im. phot. a G. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 273–274 n. 133 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 328); ALMAGRO-GORBEA – ABASCAL 1999a, 141–142 cum im. phot. fig. 96. – Cf. RICCI 2006, 95; RUIZ GUTIÉRREZ 2013, 112. 117 n. 17.

2 *Pyrr(h)oni* ALMAGRO BASCH. – 7 in. videtur initium hastae declivis litt. V, quod non recognoverunt PRIORES.

Tit. ad cenotaphium pertinet. Nomen Graecum *Pyrrhus* (SOLIN 2003, 563) recurrit in tit. Asidonensi II 1317.

Vide tit. VI 2671 (p. 3835), ubi Aur(elius) Pyrrhus, miles cohortis VIII praetoriae defunctus Romae laudatur.



Tit. ex litterarum formis et imprimis ex formulis saec. II ex vel III in. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 421 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido olim supra rotundata, nunc superne mutila, infra fracta, a tergo scabra, aqua aut fortasse pluviis magna ex parte laesa (158) × 60 × 42. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 46 × 39. Litt. 7; puncta rotunda. Rep. esse ante a. 1985 *cerca del Molino de so la Cabeza* (inv. n. 162208; S-136), nos docuit Gerardo HERAS, i. e. prope confluentiam rivi q. d. *Arroyo del Yuncar* et fluminis *Gigüela*, in radice collis *Cabeza de Griego* ad meridiem versa. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985; recognovimus a. 2004. Im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2002.



V[- -]

Aur[i] f(ili-)

an(norum) XXI ◦

h(ic) ◦ s(it-) ◦ e(st)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY 1987a, 108 cum adn. 358 (*HEp* 2, 1990, 388); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 347–348 n. 427 cum im. phot.

1 in. extat hasta acclivis litt. V. – 2 in. ante R supersunt vestigia litt. AV.

2 in. intellegendum esse videtur nomen fortasse Celticum *Aurus*, quod recurrit in Hispania in tit. *AE* 1977, 387.

Tit. ex genere et monumenti forma, item imprimis ex formulis saec. I med. vel ex. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

13, 422 (= II 6338 *hb*) tit. sepulcralis (?)

Lapis (29) × (42). Rep. Segobrigae a. 1891 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis *al Oriente del famoso cerro en un campo ó heredad que hondamente excavó, hace tres meses*, D. Román García FITA, *en la falda del Oriente del Cerro QUINTERO*, i. e. sine dubio prope theatrum. Servabatur *Madrid* in M. A. N., ut affirmat HÜBNER, sed frustra quaesivit ALMAGRO BASCH.

În Q[- -]
[- -]O
ova Baebi ° f(ili-)

FITA 1891b, 524 n. 5 (HÜBNER II 6338 *hb* [“rep. una cum n. 6338 *cc*” errore, fortasse denotare voluit 13, 405 = II 6338 *ee*]; ALMAGRO BASCH 1984, 246–247 n. 110).

2–3 [*Chrys*]ol[*g*]ona Baebi f(ilia) ALMAGRO BASCH vix recte. Is enim de lectione *ova* v. 3 dubitavit ac emendationem *-ona* proposuit. J. M. A. – G. A.

13, 423 tit. sepulcralis

Parallelepipedum (stela?) ex lapide calcario pallido (*caliza del templo de Diana*) superne infraque et a sinistra fractum (22) × (25) × (11). Area titulo inscribendo destinata sulco inciso in duas partes divisa; v. 2–3 infra sulcum positi. Litt. minus accurate insculptae 4,5 (v. 2), 6,5 (v. 3); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1981 in effossionibus aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti, i. e. loco q. d. *basílica visigoda* (inv. n. 93247; S-387). Servatur in M. S., ubi descripsit G. A. a. 1985 et im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2004.



[- -]LIA
[- -?] Bergil(- -?)
[- -?] b(ic) s(it-) e(st)
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


ALMAGRO BASCH 1984, 367–368 n. 240 cum im. phot.

2 litt. B pro V putavit ALMAGRO BASCH, i. e. *Vergil(ius)* sive *Vergil(ia)*.

Nomen *Bergil(- -)* aliunde non novimus. Municipium Flavianu conventu Carthaginiensi loco *Arbuniel de Cambil* (J) situm *Vergilia* appellatum est (cf. II²/14, 1129 et TOVAR 1974/89, III 151), unde *Bergil(- -)* origo defuncti vel defunctae fuisse potest. J. M. A. – G. A.

13, 424 tit. sepulcralis

Stela parva ex lapide calcario supra olim rotundata, nunc superne infraque et a dextra fracta, in fronte levigata, pectine ferreo vel caelo dolata (31) × (19) × (15). Litt. inter lineas ad delineandum ductas accurate insculptae 5 (v. 1–2), 4,5 (v. 3); puncta triangularia deorsum directa. Rep. a. 1981 loco q. d. *La Pinilla*, circ. 600 m a Segobriga in orientem versus (inv. n. 162224; S-157). Servatur in M. S., ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2011.



T(it-) ° Ca[ecili]° - - -]
um ° N[- -]
ann(orum) ° V[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 264–265 n. 125 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 322).


2 VM ° M[- -] ALMAGRO BASCH. – 2–3 litt. V cum hasta sinistra minus inclinata quam hasta recta.

Litt. [- -]/VM satis probabiliter ad nomen cognationis Celtibericae pertinent, ergo N[- -] ad nomen patris defuncti spectat.

Tit. ex litterarum formis, imprimis litt. V, saec. I priori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 425 (= II 3130) tit. sepulcralis

Tabula como *media vara en quadro* FERNÁNDEZ, i. e. circ. 42 × 42. Area titulo inscribendo destinata excavata in formam tabulae ansatae cymatio cinctae redacta. Rep. Segobrigae aut in viciniis ante a. 1789. Servabatur *Saelices* (CU) in vestibulo domus *D(o)n Esteban Sánchez*, ubi vidit FERNÁNDEZ d. 12 m. Nov. a. 1789. Latet aut periit.



Caec(iliae) ◦ Pamphi-
 le' (!) an(norum) ◦ XXXII
 m(ensium) ◦ X ◦ d(ierum) ◦ XVI ◦
 Caec(ilius) ◦ Barsa-
 5 mis ◦ uxori

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

FERNÁNDEZ 1789 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4g cum im. del.;
 ID. 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 14r cum im. del.;
 ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(38) n. 4 cum im. del. (DE
 SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 96 n. 4
 cum im. del. [CANO, in: MORALES – CANO 1792, 105 n. 11];
 ABASCAL – GIMENO 2000, 118–119 n. 157); ID. 1790 ms.
 R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 148 cum im. del.; CAPISTRANO 1792
 ms. R. A. H. sign. 9/5939 f. 89r n. 17 et ID. 1792, 114 n. 17
 versibus aliter divisus (MASDEU 1783/1805, XVII 402 n. 7; XIX
 550 n. 2028); CORNIDE 1799, 183 n. 16 et tab. 6 n. 16 cum im.
 del. Ex ANTIQUIORIBUS pendent HÜBNER II 3130 (VIVES, ILER
 6132) et ALMAGRO BASCH 1984, 222–223 n. 91. – Cf. VALLEJO
 2005a, 600.

1–2 *Caec. Pamphilae an.* | XXX CAPISTRANO.

Nomen Graecum Pamphilae (SOLIN 2003, 137) in Hispania
 non novimus, sed viri nomine *Pamphilus* noti sunt. *Barsamis*
 est nomen originis Semiticae, cf. SOLIN 1983, 750.

Tit. ex genere satis probabiliter saec. II priori tribuendus
 videtur. J. M. A. – G. A.

13, 426 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, in fronte accu-
 rate levigata, sed hodie aqua vel pluviis in parte superiore
 laesa 100 × 59 × 28. Imposita est lapidi alio calcario in ter-
 ram immisso, post quem cineres ossaque mortui et focus
 cum reliquiis doni servantur. Stela ipsa supra acroteriis
 rosaceis praedita et rosa in tympano exornata; acroteria
 diam. 10 item rosa diam. 15. Sub quibus area duabus serie-
 bus arcuum exornata. Infra eam area titulo inscribendo
 destinata excavata, caelo dolata, cymatio recto cincta
 43 × 38. Litt. 5,5 (v. 1–2; v. 1 ex. litt. I longa 7), 5 (v. 3–4),
 4 (v. 5); puncta triangularia deorsum directa; v. 5 ex. in
 margine inscriptus. Infra titulum area alia rectangula exca-
 vata 28 × 51 imagine leonis ad dextram versi ornata. Rep.
 Segobrigae d. 16 m. Iul. a. 2007 in effossionibus coemeterii
 sub circo (UE 9591 n. 1, punto 50, tumba 55; inv. n.
 153447; S-646). Servatur in situ ad viam sepulcralem in
 occidentem versus iuxta tit. 13, 474. Illic descripsit J. M. A.
 a. 2007.



Fig. a




Fig. b

Caecilio ◦ Victori ◦
 Caecili ◦ Isargyri lib(erto)
 Caecilia ◦ Contaiza
 viro ◦ et ◦ sibi ◦ et ◦
 5 ◦ suis et ◦ Euticiae (!) f(iliae)

Fig. a–b: Im. phot. a J. M. A. sumptae.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 199–200 n. 208 cum im.
 phot.; NOGUERA 2012, n. 136 cum im. phot. – Cf. ABASCAL et
 AL. 2008, 36 cum im. phot. fig. 18; NOGUERA – CEBRIÁN 2010,
 295–298 tab. 24 cum im. phot.; ABASCAL – CEBRIÁN 2010b, 295
 (HEp 19, 2010, 133).

5 ex. litt. F in margine insculpta inversa est breviatio vocis
filiae.

Caecilius Victor Caecili Isargyri lib(ertus) et Caecilia
 Contaiza, quae titulum posuit, eidem videntur ac Caecilius Vic-
 tor et Caecilia Contaiza in stela tit. 13, 474 laudati. Stela altera
 iuxta alteram collocata est et ambae in situ repertae sunt.
 Nomen Graecum Isargyri (SOLIN 2003, 93) aliunde in Hispania
 non novimus. Nomen *Contaiza* sive *Contaita* aliunde ignotum
 coniungendum esse videtur cum nomine Celtico *Contaeca* in
 tit. 13, 142 *Gálvez (TO)* laudato. De nomine Graeco Euticiae
 (i. e. Eutychie) vide SOLIN 2003, 1320–1324.

De officina, ubi lapis insculptus est, vide ABASCAL 1992;
 effigies animalium in monumentis inscriptis Segobrigensibus
 nonnullis redeunt, de qua re amplissime egerunt NOGUERA –
 CEBRIÁN 2010, 257–314.

Tit. ex genere atque ornamentis et ex coniunctione cum tit.
 13, 474 saec. II in. vel med. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 427 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, rosa ornata, infra crepidine prospicienti nunc ex parte fracta praedita, in fronte levigata, supra et inter v. 1–3 ex parte corrosa 79 × 35 × 22/30. Litt. minus accurate insculptae circ. 4. Puncta rotunda v. 2–3 quasi evanida, puncta in forma sagittarum ad dextram versa v. 4. Rep. Segobrigae ante a. 1961, cum araretur ager prope coemeterium sub circo situs (inv. n. 89335; S-005); iussu ALMAGRO BASCH *Cuenca* in *M. P. C.* pervenit, ubi servatur. Ibidem descripsit G. A. a. 1979, item recognovit a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



Ca[l]letyche
an(norum) ° IIII °
h[i]c ° s(ita) ° est
s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

RODRÍGUEZ COLMENERO 1983, 326 n. 6 cum im. phot. (*AE* 1984, 592); ALMAGRO BASCH 1984, 259 n. 120 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 319).

1 [- -]e Tyche RODRÍGUEZ COLMENERO, [Ca]letyche ALMAGRO BASCH. – 3 hic AUCTORES.

Nomen Graecum *Caletyche* (SOLIN 2003, 103–104) recurrit in tit. insequenti.


Tit. ex formulis saec. I med. vel ex. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 428 (= II 3131) tit. sepulcralis

Parallelepipedum (vel stela?), ut videtur supra et a sinistra item infra fractum. Puncta triangularia. Rep. Segobrigae a.

1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. *Está en la iglesia gótica* CORNIDE. Latet aut periit.



[Ca]letyches
[- -?] an(norum) ° LIII ° Tere-
[ntia] Primitiva
sorori 'p'ien-
5 [tissimae f(aciendum) c(uravit) ?]

Im. a FERNÁNDEZ del.

FERNÁNDEZ 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/5597/1 f. 148 cum im. del.; CAPISTRANO 1792 ms. f. 88r n. 8 et id. 1792, 109 n. 8 (MASDEU 1783/1805, XVII 407 n. 17; XIX 588 n. 2094); CORNIDE 1799, 182 n. 5 et tab. 5 n. 11 cum im. del.; ex ANTIQUORIBUS pendent HÜBNER II 3131 (VIVES, *ILER* 4739) et ALMAGRO BASCH 1984, 221–222 n. 90.

1 LEIYCHES, 3 PPRIMITIVA CAPISTRANO. – 4 SORORI IIIFN FERNÁNDEZ (correxit SOROR [- -]EN HÜBNER), SOROR CAPISTRANO, SOROR IIIIEN CORNIDE. – 5 omiserunt AUCTORES.

De nomine “Caletyche” (Callityche) vide tit. praecedentem. Hic casus gen. more Graeco formatus est. J. M. A. – G. A.

13, 429 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, infra item a dextra fracta, in fronte levigata et a tergo scabra (37,5) × (30; olim circ. 60/70) × 31,5. Spatia inter v. 1 et 2 circ. 12. Litt. minus accurate insculptae 4. Puncta desunt excepta lineola incurvata supra v. 1 posita. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9656 n. 546, *punto* 75; inv. n. 155936; S-671). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.


(vac.)
G(- -) [- -]
(vac.)
Cantag[- -]
[M?]ont[ni?] f(ilius)?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 200–201 n. 209 cum im. phot. (*AE* 2011, 573; *HEp* 20, 2011, 161).

1 G(aius) [I(ulius)?] ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN.


Versu primo in parte dextra veri similiter nomen defuncti paucis litteris vel littera una breviter deperditum est. Cognomen *Cantag*[- -] aliunde non novimus.



Tit. ex genere et ex forma monumenti saec. I esse videtur.
G. A. – J. M. A.

13, 430 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne olim rotundata acroteriis praedita, nunc mutila, infra et ab utroque latere fracta et a tergo scabra (75) × (49) × 25. In frontis parte supremo rosa circulo inserta exornata, a dextra et sinistra acroteriis, quorum sinistrum periit. Infra series arcuum tres. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio in margine laeso cincta. Litt. oblongae circ. 4,5/5. Rep. Segobrigae d. 12 m. Sept. a. 1972 in effossionibus ad meridiem ab aedificio q. d. *basílica visigoda* 100 m versus institutis iuxta viam ad *Quintanar de la Orden (CU)* ducentem (inv. n. 162096; S-077). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1991; contulimus a. 2004.



[Chr]ysopo-
[li - -]++tiaē
[- -]++

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 266–267 n. 127 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 323); ABASCAL 1992, 320–321 n. 9. 335 (*HEp* 5, 1995, 337).

2 ++ sunt capita hastarum rectarum. – 3 ++ sunt vestigia litt. incertarum.

1–2 [- - H]ys(s)opo | [- - Ter]tiaē ALMAGRO BASCH, [Chr]ysopol[is Qui?]ntiaē | [ser(va)] ABASCAL.

C(h)rysopolis est nomen femininum usitatum, vide II 1796; II²/14, 219. 266 et SOLIN 2003, 683–684. 1481.

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. II tribuendus.

G. A. – J. M. A.

13, 431 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido undique fracta (54) × (21) × (19). Area titulo inscribendo destinata paululum excavata, cymatio cincta (a dextra pars marginis servata). Litt. circ. 4,5/5 (v. 5 litt. T longa 5,5); puncta triangularia deorsum directa. Rep. a. 1995 in effossionibus thermarum aetatis Flaviorum (inv. n. 40181; S-214). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 1995 et im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004.



-----?
[- - Cla?]ud(io)
[- -]po °
[- -] lib(erto) °
[famil]iari (?)
5 [- -]te ° et
[- -]cia
[f(ieri)?] i(usserunt?) °
-----?

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 209–210 n. 23 cum im. phot. fig. 22 (*HEp* 10, 2000, 199); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 171–172 n. 170 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 345).

1 [- - -] + B, - 4 ARI, - 7 [- - -] + ABASCAL – CEBRIÁN. - 5–6 satis probabiliter nomina feminina dedicantium continebant.

Tit. ex monumenti genere item ex litterarum formis saec. II prioris est. G. A. – J. M. A.

13, 432 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido (*caliza del templo de Diana*) superne tympano coronata, in fronte levigata et a tergo scabra, in fronte ex parte corrosa infraque rudis ad lapidem in solum inserendum 189 × 52/49 × 31. Versus sinistrorsum ordinati. Litt. 5 (v. 1), 4 (v. 2–7); puncta rotunda. Rep. Segobrigae a. 2008 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9895 n. 1, *punto* 39; *tumba* 96; inv. n. 167889; S-719). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2008; recognovimus a. 2010.




Fig. α

Clodia ◦ M̄arcella
Festi ◦ f(ilia) ◦ an(norum) ◦ XX ◦ <Manius> A[u]-
rel[ius] Serenus
ann(orum) II d(ierum) IX ◦ h(ic) ◦ s(iti) ◦ s(unt)
5 Aureliu[s] Turrānus
uxorī e[st] filio
f(aciendum) [c(uravit)]




Fig. β

Fig. α–β : Im. phot. a J. M. A. sumptae.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 202–204 n. 212 cum im. phot. (*AE* 2011, 575; *HEp* 20, 2011, 164).


Cognomen *Turrānus* est originis Celticae, vide ABASCAL 1994a, 534 et ABASCAL – CEBRIÁN – RIQUELME 2000, 187–197; inter tit. Hispanicos vide etiam *AE* 1993, 885 ([*Cas*]sia *Turrān*[ia?]), II 1015 (*Furnia* G. f[il]l. *Turrānia*) et nomen cognationis Celtibericae *turanikum* (F. BELTRÁN – DE HOZ – UNTERMANN 1996, 161. *Botorríta* III, col. II–4 et col. IV–38).

Segobrigae nomen Turani (casu gen. ad cognomina *Turanus* / *Turrānus* vel *Turanius* / *Turrānius* referens) occurrit in signaculis tegularum plus quam quadraginta illic repertarum (infra tit. 13, 831), quae saec. I in. vel antea confecta sunt. Signillum TVR(- - -) nummis duobus inter a. 27 et 41 a. C. n. Carthagine Nova et Segobrigae cuspis nuperrime editis impressum est (RIPOLLÉS 2010, 135 [*RPC* 179/82] et 289 [*RPC* 476/62]).

Tit. ex monumenti forma et ex formulis saec. I med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 433 (= *EE* VIII 438 n. 187) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata, infra fracta (15) × 44 × (?) “litteris gracilibus et evanidis altis m. 0,05” HÜBNER. Rep. Segobrigae m. Iun. a. 1892 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis (sumptu R. H. THOMSON fautoris), ut docuit FITA. Latet aut periit.



Comus(?) ave

Im. del. a QUINTERO edita.

FITA 1892d, 141 ex im. a QUINTERO del. a R. GARCÍA SORIA per litteras missa; ID. 1892f, 250; HÜBNER, *EE* VIII 438 n. 187 ex ectypo a FITA misso; QUINTERO 1913/2007, 106 cum im. del.; ex PRIORIBUS ALMAGRO BASCH 1984, 251–252 n. 114.

Co(rnelia) Mus[a] FITA 1892d, *Comus[a]* FITA 1892f. *Comusa ave* HÜBNER, qui vocem primam nomen Graecum (Κομοῦσα) esse putavit, sed hoc nomen nusquam invenitur. *Comus[a] Avel[llica]* ALMAGRO BASCH.

Vir nomine *Comus* nominatur tit. II²/14, 454 et alibi.

Tit. ex genere et ex invocatione saec. I in. potius quam posteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 434 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido (*caliza del templo de Diana*) ex tribus fragmentis coniuncta, superne rotundata, infra fracta, in fronte pectine ferreo dolata, a tergo levigata, undique corrosa, infra minus accurate levigata ad lapidem in solum inserendum (150) × 53 × 35. Supra v. 1 spatium altum circ. 48 non inscriptum extat. Versus sinistrorsum concinne ordinati. Litt. 6 (v. 1–3), puncta triangularia sursum directa. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9518 n. 1, *punto* 142; inv. n. 147598; S-687), ubi lapis in usum posteriorem muro circensi immisus erat. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2008; recognovimus m. Oct. a. 2010.



*T(itus) o Cornelius
Hyac[i]nthi o lib(ertus)
Am[ph]io*

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 204–205 n. 213 cum im. phot. (*AE* 2011, 576; *HEp* 20, 2011, 165).


1 ex. exstant vestigia parva pedum litt. LIVS. – 2 post litt. Y extat caput litt. A. – 3 in. supersunt litt. A et pars sinistra litt. M.

Cognomen originis Graecae *Amphio* (SOLIN 2003, 499–501) redit in titulis Hispanicis nonnullis (ABASCAL 1994a, 274).

Tit. ex genere et ex litterarum punctorumque formis saec. I prioris vel medii est. J. M. A. – G. A.

13, 435 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido (*caliza del templo de Diana*) superne item infra et ab utroque latere fractum, in fronte levigatum, nunc ex parte attritum (30) × (29) × 42. Litt. olim accurate insculptae circ. 7/8. Rep. Segobrigae a. 1974 in effossionibus spatii orientalis theatri ad ornatus comparati q. d. “parascaenium”, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immisus erat (inv. n. 62651; S-247). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 1999.



-----?
[- - Cor]nelio [- - ?]
[- - Cor]neli[- - ?]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 335 n. 201 cum im. phot.

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 436 (= II 6338 ii) tit. sepulcralis

Parallelepipedum (vel stela?) ex lapide calcario albo superne infraque item a dextra et a tergo fractum (15,5) × (19) × (20), in fronte pectine ferreo dolatum, ex quo vestigia supersunt. Litt. minus accurate insculptae circ. 6 (v. 1), 4,5 (v. 2). Rep. Segobrigae a. 1891 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis *al Oriente del famoso cerro en un campo ó heredad* FITA, i. e. sine dubio prope theatrum. Deinde translatum *Madrid* in *M. A. N.* (inv. n. 16598), a. 1972 ex iussu ALMAGRO BASCH in *M. S.* pervenit. Ibidem servatur, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit; recognovit J. M. A. a. 2004.



-----?
 Dom[iti- -]
 Bucc[- -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FITA 1891b, 524 n. 6 (HÜBNER II 6338 ii, "rep. una cum n. 6338 cc" errore, fortasse denotare voluit 13, 405 = II 6338 ee); QUINTERO 1913/2007, 100 cum im. del.; RIVERO 1933, 68 n. 248.5; ALMAGRO BASCH 1984, 247-248 n. 111 cum im. phot.

Cognomen *Bucco* (KAJANTO 1965, 268; vide ALBERTOS 1966, 63; ABASCAL 1994a, 305; adde II²/7, 988 et AE 2003, 958) occurrit in tit. Segobrigensi 13, 528, sed sunt nomina alia (et virorum et feminarum) *Buc-* incipientia.

Tit. ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 437 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario albo superne tympano coronata, in fronte levigata et a tergo scabra 84 × 51 × 30. Tympanum cymatio recto cinctum, tribus acroteriis nunc fractis et rosa in medio fastigio exornatum. Pars media, ubi tit. inscriptus est, supra nonnullis fissuris laesa 32 × 38/41 × 20. Litt. 4,5 (v. 1-2), 6 (v. 3); puncta triangularia deorsum directa (v. 1-2). Crepido undique prospiciens 21,5 × 51 × 30. Rep. Segobrigae a. 2006 una cum tit. 13, 544 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9444, n. 11, *punto* 512, *tumba* 5; inv. n. 146960; S-533). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006; recognovimus a. 2010.

Dusquena ° *Accia*
h(ic) ° *s(ita)* ° *e(st)*
F(- - -) P(- - -) S(- - -)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 205-206 n. 214 cum im. phot. (HEp 17, 2008, 63) – Cf. ABASCAL et AL. 2008, 52 cum im. phot. fig. 29.

Solutio breviationum v. 3 in dubio manet; fuisse potest e. g. *f(iliu) p(ecunia) s(ua)*.

Mulieres, quae – ut defuncta – nomine Celtico et nomine gentili vel duobus nominibus Celticis inditae erant, occurrunt in titulis Cluniensibus et in nonnullis in regione prope *Lara de los Infantes* (BU) sita repertis. Nomen Celticum *Dusquena* aliunde non novimus, sed vide *Dussona* vel *Duspala* (LÓRINCZ 1999, 111). Nomina *Accius/Accia* (ALBERTOS 1966, 5) recurunt in tit. Hispanicis nonnullis (ABASCAL 1994a, 256; vide II 2678: *Aplonia Accia*).



Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I esse videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 438 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, infra fracta, in fronte accurate levigata, sed hodie ex parte laesa (85) × 62,5 × 29, supra acroteriis diam. 11 floribus praeditis et rosa in parte media diam. 20 exornata. Area titulo inscribendo destinata excavata et cymatio inverso cincta 51 × 46, quod etiam rosam in parte supremo circumplectitur. Versus 1-2 sinistrorsum ordinati, 3 et 5 dextrorsum, 4 in medio. Litt. postrema v. 2 in margine insculpta. Litt. 5 (v. 1), 4 (v. 2-4; v. 2 litt. I minuta 2,5), 3,5 (v. 5); puncta triangularia deorsum directa ex parte evanida. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9517 n. 1, *punto* 113; inv. n. 147594; S-667), ubi lapis in usum posteriorem muro circensi immissus erat. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.

Exorata
Iuliâe ° *Poebillâe* (!) ° *ser(va)*
h(ic) ° *s(ita)* ° *e(st)* ° *s(it)* ° *t(ibi)* ° *t(erra)* ° *l(evis)* °
Stepanus (!)
 5 *contubernâ*[i]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 206-207 n. 216 cum im. phot. (AE 2011, 577; HEp 20, 2011, 167).


Nomina *Exoratae* (SOLIN – SALOMIES 1994, 327), *Phoebillae* (SOLIN 2003, 302) et *Stephani* (SOLIN 2003, 1267) recurunt in tit. Hispanicis (ABASCAL 1994a, 356. 457 et 516).



Tit. ex monumenti forma saec. I posteriori vel II in tribuendus videtur; litterae consentiunt. J. M. A. – G. A.

13, 439 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata, infra fracta, in fronte et a tergo levigata (94) × 40 × 27, supra in medio rosa exornata et volutis simplicibus praedita. Litt. rusticae circ. 4/4,5 (v. 1), circ. 4 (v. 2–5; v. 5 litt. V minuta inter litt. C et L), 5 (v. 6). Puncta desunt. Rep. prope Segobrigam ante a. 1977, cum araretur fundus ad M. BOTELLA pertinens iuxta viam, quae a *Saelices* (CU) ad *Quintanar de la Orden* (CU) ducit, loco q. d. *parcelas 44 y 45*. Servatur ab eo anno in *M. S.*, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2010 et im. phot. sumpsit.



Famulus

Famulae

filiae

et Ma<r>tiali

5 *avnclus (!)*

s(it) t(erra) l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 271–272 n. 131 cum im. phot. (*HEp* 1, 1989, 326).

Litt. A loco hastae libratae hasta declivi praedita, quae ab hasta dextra incipit.

5 AVNCLVS lapicida errore scripsit. *Avunclus* pro *avunculus* forma vulgaris. De usu litt. V simplici pro V gemina cf. titulos a H. DESSAU, *ILS* III 2 p. 835 collectos.

Homines memorati omnes peregrini fuisse videntur, quamquam nominibus Latinis utebantur. *Famulus* nomen rarum, sed aliunde novimus (KAJANTO 1965, 323).

Tit. ex genere et ex litterarum formis saec. I videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 440 tit. sepulcralis

Tabula (vel stela?) ex lapide calcario albo ex duobus fragmentis coniuncta, undique fracta, in fronte laesa (18) × (20) × (13). Area titulo inscribendo destinata sulco inciso cincta, sed versus postremus infra sulcum inscriptus est. Litt. 3,5 (v. 1), 3 (v. 2); punctum olim triangulare (v. 2). Rep. a. 1999 in effossionibus cryptoporticus exedrae septentrionalis fori iuxta locum q. d. *Termas del teatro* (UE 2112 n. 1, *cata* 12; inv. n. 20506; S-265). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001.



[- -] *Felix* [- -]?

[- -] *s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*


Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 167 n. 34 cum im. phot. fig. 33 (*AE* 2002, 835; *HEp* 10, 2000, 246); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 94–95 n. 79 cum im. phot.

Tit. ex formula et ex litterarum formis saec. I posterioris videtur. J. M. A. – G. A.

13, 441 (= II 3158) tit. sepulcralis

Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*. Latet aut periiit (vide tit. insequentem).



-----?
 NV[---]
 R P S [---]
 Felic[---]
 fi(li-) ° opt(im-) ° [---]
 5 S [---]

Im. a FERNÁNDEZ del.
 FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 20v cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 153 cum im. del.; e quo pendent HÜBNER II 3158 et ALMAGRO BASCH 1984, 239 n. 104.

5 In fine tituli potissimum intellegendum est *s(it) [t(ibi) t(erra) l(evis)]* vel sim. J. M. A. – G. A.

13, 442 (= II 5886 a) tit. sepulcralis

Monumentum ex lapide calcario QUINTERO, alto 0,15 RADA – FITA, cuius genus nescimus (partem inferiorem tit. praecedentis esse, nobis proposuit R. HAENSCH, nescimus an recte). Rep. Segobrigae ante a. 1888 in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, loco q. d. *basílica visigoda*, ubi autem servabatur RADA – FITA, qui viderunt a. 1888. Deinde translatum in oppidum *Uclés (CU)*. Periiit.

-----?
 [F]elici [---?]
 +PIIO
 -----?

RADA – FITA 1889, 149 n. 5 (HÜBNER II 5886 a; QUINTERO 1913/2007, 102–103 n. 9); ex PRIORIBUS sumpsit ALMAGRO BASCH 1984, 202–203 n. 75.

2 + est fortasse hasta acclivis litt. V; VPIIO RADA – FITA, quos secuti sunt HÜBNER et ALMAGRO BASCH, IPIIO QUINTERO. Nomen defuncti satis probabiliter Felix fuit. J. M. A. – G. A.

13, 443 (= II 3139) tit. sepulcralis

Rep. Segobrigae ante a. 1789, cum *dia 12 de dic(iembr)e en casa del cura* vidit FERNÁNDEZ. Puncta triangularia. Periiit.




Fig. a



Fig. beta

-----?
 RIBORR[---]IPC
 [---]urus ° et ° Festa
 [p]atri Hermione
 [pa]trono *s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)*

Fig. a : Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k. Fig. beta : Im. a M. DE PRADO del. et a CORNIDE publici iuris facta. FERNÁNDEZ 1789 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4g; ID. 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 3r cum im. del. d. 12 m. Dec. a. 1789; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(39) n. 3 cum im. del. (DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 122 n. 3; ABASCAL – GIMENO 2000, 119 n. 158); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 149 cum im. del.; CORNIDE 1799, 182 n. 9 et tab. 5 n. 9 cum im. del. (WICKERT, sched.); e FERNÁNDEZ et CORNIDE pendet HÜBNER II 3139 (VIVES, ILER 6599); ex PRIORIBUS sumpsit ALMAGRO BASCH 1984, 166–167 n. 51.

In titulo restituendo secuti sumus FERNÁNDEZ. 1 RILOM PRC CORNIDE, RILOM PRO WICKERT. – 2 CVRVS ET FESTA CORNIDE et WICKERT, [Se]curus et Festa HÜBNER. Ex im. a FERNÁNDEZ del. et ex ordinatione supplendum est fortasse *Taurus, Maurus* vel sim. – 3 HRMIONE CORNIDE, WICKERT. – 4 S ° T ° L CORNIDE, WICKERT.

Filii et liberta tit. dedicaverunt defuncto v. 1 laudato. Tit. ex formula saec. I ex. esse videtur. J. M. A. – G. A.

13, 444 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido, infra item a tergo et ab utroque latere fractum, in fronte olim levigatum (26) × (29) × 23. Litt. minus accurate insculptae 5,5 (litt. T longa 6). Rep. Segobrigae ante a. 1974, ut videtur, et translatum *Madrid* in *M. A. N.* (inv. n. 16591). Ex iussu ALMAGRO BASCH a. 1974 in *M. S.* inter reposita pervenit, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 1999 et im. phot. a. 2002 sumpsit.



-----?
[- - Fort?]unat[- - ?]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 316 n. 180 cum im. phot.

Tit. ex litterarum formis saec. II esse videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 445 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario albo infra item supra et a dextra fracta, in fronte accurate levigata et a tergo scabra (32) × (24) × 15,5. Litt. 5 (v. 1), 4 (v. 2–3); v. 3 punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae d. 13 m. Iul. a. 1999 in effossionibus cryptoporticus exedrae septentrionalis fori iuxta locum q. d. *Termas del teatro* (UE 2112 n. 1, *cata* 12; inv. n. 20495; S-261). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



h(ic) o [s(it-) e(st)]
Fuscu[s - - -]
et o Af[- - -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 160–161 n. 21 cum im. phot. fig. 20 (AE 2002, 824; *HEp* 10, 2000, 233); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 95 n. 80 cum im. phot.


2–3 *Fuscu[s pater] | et Ae[mil(ia) mater]* ABASCAL – CEBRIÁN. Versus 2–3 nomina dedicantium continent.

Tit. ex litterarum formis et ex formula saec. I med. tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 446 tit. sepulcralis

Fragmenta duo inter se non coniuncta tabulae ex lapide calcario (*caliza del templo de Diana*), ambo undique fracta, in fronte pectine ferreo oblique dolata; frg. *a*, quod ad tituli verum primum pertinuit (17) × (14) × (7), frg. *b* (30) × (20) × (11). Area titulo inscribendo destinata excavata levigata, olim cymatio recto cincta, cuius pars quaedam superest frg. *a* supra versum. Litt. 6,5 (v. 1), 6 (v. 2), 5 (v. 3), 4,5 (v. 4); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1998 in effossionibus inter thermas aetatis Flaviorum et domum privatam q. d. “domus Silvani” institutis (UE 1871 n. 24, inv. n. 36041 et UE 1888 n. 37, inv. n. 38672; S-263). Servantur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



Frg. *a*:
[- -]ia[e - -]
-----?

Frg. *b*:
-----?
[- -] Gall[ae? - - -]
[- -] Mart[ialis? - - -]
[- -] uxō[ri - - -]
[- -] (vac.) [- -] (?)
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 168 n. 37 cum im. phot. fig. 36 (HEp 10, 2000, 249; AE 2002, 838, ubi P. LE ROUX supplementa alia proposuit [HEp 12, 2002, 149]); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 340 n. 414 cum im. phot.

Frg. a: 1 [- -]ia[- -?] ABASCAL – CEBRIÁN; [- -]ia[e] ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. Frg. b: 1–3 Gall[- -?] | Mart[- -?] | uxo[r - -?] ABASCAL – CEBRIÁN, [- - - -] | G. All[ius] | Mart[ialis] | uxo[ri] P. LE ROUX apud AE 2002 veri minus simile; lacunas litt. dextra sinistraque non indicaverunt ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN.

Tit. ita intellegendum esse suspicamus, ut monumentum fortasse [- -]ia[e] Gall[ae] uxori suae defunctae Mart[ialis] quidam posuerit. V. 3–4 ad cursum honorum viri ordinis senatorii vel equestris spectare consideravit J. GÓMEZ-PANTOJA in HEp 10 sine idonea causa.

Tit. ex litterarum formis saec. I prioris esse videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 447 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne olim rotundata, nunc mutila, infra et a dextra fracta, in fronte levigata et a tergo scabra (22,5) × (26,5) × (27). Litt. 5,5. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9656 n. 535, punto 65; inv. n. 155925; S-672). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



Geme[ll- -]
[- -]+V[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 208 n. 218 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 169).

2 + est caput litt. B, P vel R.

Tit. ex genere et litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 448 tit. sepulcralis servi patris flaminis provinciae Hispaniae citerioris (?)

ALBERTOS 1975, 12 n. 43; SAGREDO – CRESPO 1978, n. 92; GONZÁLEZ RODRÍGUEZ 1986a, 123 n. 35; HERNÁNDEZ GUERRA 1994, 58–59 n. 42 (*HEp* 6, 1996, 578).

Nomen cognationis Celticae *Argantioq(um)* aliunde non novimus. Nomina defuncti et patris Celtica quoque sunt.

J. M. A. – G. A.

13, 527 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum in fronte minus levigatum (49) × (29) × (34). Litt. profundae accurate insculptae circ. 5; punctum in unci formam redactum sinistrorsum directum v. 3. Ante v. 1 spatium altum circ. 13 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo. Servatur in *M. S.* inter reposita (*UE* 9368 n. 892 *punto* 491; inv. n. 143467; S-622), ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



[- -] Tura[- -]
[- -] Caepi[onis?]
[- - ?] h(eredes) f(ecerunt) °

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 230–231 n. 240 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 188).


Cognomina Latina vel Celtica duo sola nota sunt, qui cum litt. v. 1 congruunt, i. e. *Tura[nus/-a]* aut *[Sa]tura*. Ex eo, quod nomina *Turanus/Turranus* recurrunt in titulis Segobrigensibus 13, 432 et 13, 831, supplendum potius *Tura[- - -]* quam *[- - - Sa]tura*. De nomine *Turanus* vide ad n. 13, 432. *Caepio* est cognomen Latinum (KAJANTO 1965, 42; vide *AE* 1982, 456).

Ex litterarum formis saec. I.

J. M. A. – G. A.

13, 528 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata in fronte olim expolita et a tergo levigata 84 × 32/39 × 21. Pars inferior rudis ad stelam in solum inserendam alta 19. Litt. 4 (v. 1–4), 3 (v. 5). Litt. v. 1–2 rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) inter lineas ad delineandum ductas, ceterae minus accurate insculptae; puncta rotunda (v. 1–2) et triangularia deorsum directa (v. 4–5). Rep. Segobrigae d. 25 m. Aug. a. 2009 in effossionibus coemeterii sub circo in usum posteriorem adhibita in sepulcro n. 98 (*UE* 12170 n. 1; inv. n. 175435; S-726). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2010. Im. phot. sumpsit R. C. a. 2010; recognovimus a. 2010.



Turnia ° Buc-
onis (!) ° serva
h(ic) s(ita) e(st)
Surilioni (!) °
5 Primula ° f(ecit)

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL ET AL. 2010, 75–76 n. 7 cum im. phot. (AE 2010, 741; HEP 19, 2010, 141); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 231–232 n. 241 cum im. phot.

1 *Suril(l)ioni(s)* ABASCAL ET AL. 2010.

Tituli duo in eadem stela extant, i. e. post obitum Turniae titulus sepulcralis Surilioni sculptus est.

Nomina defunctorum Celtica sunt. *Turnia* aliunde non novimus, sed cf. *Turnio*, *Turnus* (KAJANTO 1965, 179). Nomen *Surillio* praeter Segobrigam Cordubae (II²/7, 405 = II 5526) etiam in Gallia et in Dalmatia solum notum est, cf. ALFÖLDY 1969b, 303. Cognomen *Bucco* (KAJANTO 1965, 268) recurrit in titulis Hispanicis nonnullis (vide ALBERTOS 1966, 63 et ABASCAL 1994a, 305; adde CIL II²/7, 988 et AE 2003, 958). Cf. supra tit. 13, 436.

Ex genere et ex formula saec. I in. vel med. tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 529 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario subalbo acroteriis et tympano praedita infra fracta, in fronte olim levigata nunc fissuris rimisque laesa et a tergo minus levigata (70) × 61 × 37,5. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta (22) × 42, supra quam spatium altum circ. 45 nec inscriptum nec exornatum extat. V. 1 sinistrorsum, 2 dextrorsum ordinati. Litt. 5 (v. 2 litt. L longa 7); v. 1 ex punctum triangulare deorsum directum. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo, ubi lapis in usum posteriorem muro circensi immissus est (UE 9517 n. 2 *punto* 114; inv. n. 147595; S-665). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007. Idem iterum descripsit a. 2010.



Urbana ◦
Melman-
[di f(ilia) *Ajugu-*
[- - - - -]
- - - - -?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 232–233 n. 242 cum im. phot. (HEP 20, 2011, 189).

2 in. extat pars dextra litt. M; cave, ne videas caput litt. A; 2 ex. post litt. N nulla litt. sculpta est. – 3 ex. supersunt capita litt. VV ab utroque latere litt. G.

Ex ordinatione supplendum fortasse potius *Urbana* | *Melman*[di f. *Ajugu*[- - - uxor] quam *Urbana* | *Melman*[dici *Ajugu*[siti lib(erti) ser(va) | - - - - -]] (cf. huius Corporis vol. III 1865, V 1319, VI 20649, cet.). Nomen mariti *Augurinus*, *Augustinus*, *Augustanus*, cet. fuisse potest.

De nominibus Celticis *Melmanus*, *Melmandus*, *Melmandicus* cf. ea, quae amplius disseruerunt ALBERTOS 1966, 155; EAD. 1979, 144; F. BELTRÁN – DE HOZ – UNTERMANN 1996, 149; ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 232–233.

Ex genere et ex litterarum formis saec. I videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 530 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata infra item a dextra et a tergo fracta, in fronte et in facie angusta sinistra minus levigata (25) × (16) × (37). Litt. circ. 6. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9368 n. 727 *punto* 348; inv. n. 143300; S-617). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006 et iterum descripsit a. 2011.



Va[leri- - -?]
- - - - -

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 238 n. 247 cum im. phot. (HEP 20, 2011, 193)

Ex genere monumenti saec. I videtur. J. M. A. – G. A.

13, 531 (= II 5887 a) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne infraque item a dextra et a tergo fracta, a sinistra magna ex parte laesa, in fronte olim levigata (25) × (27,5) × (14). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta; litt. circ. 5,5. Rep. Segobrigae ante a. 1888, cum viderunt RADA – FITA *en el suelo de la cabeza del ábside*, i. e. aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito q. d. *basílica visigoda*. Primum *Uclés* (CU) deinde *Madrid* in M. A. N. translata est (inv. n. 16573). Iussu ALMAGRO BASCH a. 1972 in M. S. pervenit, ubi servatur inter reposita. Ibidem descripsit et im. phot. sumpsit G. A. a. 1985; recognovit J. M. A. a. 2011.



-----?
 Va[leri--]
 Tert[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

RADA – FITA 1889, 149 n. 3 (HÜBNER II 5887 a); QUINTERO 1913/2007, 102–103 n. 8; RIVERO 1933, 68 n. 248.2; ALMAGRO BASCH 1984, 244 n. 108 cum im. phot.


1 ex. superest pes hastae acclivis litt. A; V+ RADA – FITA, quos secutus est HÜBNER, VI QUINTERO et RIVERO. – 2 ex. pes litt. T videtur; TERI AUCTORES omnes praeter ALMAGRO BASCH.

Ex genere et ex litterarum formis saec. II videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 532 (= II 3145) tit. sepulcralis

Stela superne resecta (?) flore vel rosa exornata. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio vel fascia cincta. V. 1 litt. L longa. Rep. Segobrigae d. 9 m. Nov. a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito loco q. d. *basílica visigoda*. Latet aut periit.



Vale[ri--]
 Satu[r--]

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 9/5597/1.

FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 15r; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(35) n. 8 cum im. del. (DE

SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. 9/5939/16 f. 100 n. 8; ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 155); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 153 cum im. del.; CORNIDE 1799 tab. 7 n. 38 cum im. del.; ex ANTIQUIORIBUS pendent HÜBNER II 3145 et ALMAGRO BASCH 1984, 234–235 n. 100.

1 Supplendum fortasse Vale[rio ---] | Satu[rmino ---] |

Titulus ex monumenti genere saec. I posteriori vel II tri-
 buendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 533 tit. sepulcralis

Stela (?) ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (17) × (28) × (22). Litt. minus accurate insculptae 4,5. Puncta triangularia obliqua (v. 2, v. 3 in.) vel sursum directa (v. 3 cetera). Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9710 n. 1; inv. n. 160793; S-673). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



 [Val]eriae [-5?]
 'filia' e' ° et sib[i]
 ° s(it) ° t(ibi) ° t(erra) ° l(evis)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 233 n. 243 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 190).

2 EILIAI pro filiae legitur.

1 supersunt vestigia pedum litt. ERIAE. – 2 ex. extat caput litt. B.

Titulus a patre vel matre Valeriae dedicatus est.

Ex formulis et ex litterarum formis saec. I posteriori vide-
 tur. J. M. A. – G. A.

13, 534 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata pulvinis acroteriiisque praedita in fronte item ab utroque latere accurate levigata et a tergo minus levigata 238 × 73/67 × 34/32, supra in parte media rosa diam. circ. 20 et ab utroque latere faciebus Medusae exornata. Infra extat area excavata 57 × 28 tribus seriebus arcuum composita. Pars inferior rudis ad stelam in solum inserendam alta 65. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 97 × 51, sub v. postremo spatium altum 43 non inscriptum extat. Litt. satis accurate insculptae 8 (v. 1 litt. L longa 10,5), 6,5 (v. 2 litt. T longa 7,5), 6 (v. 3), 5,5 (v. 4), 6 (v. 5 litt. L longa 7), 5,5 (v. 6 litt. T longa 7,5); puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 16 m. Iul. a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9590, n. 1, punto 52, tuma 59; inv. n. 153446; S-647). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



Fig. a




Fig. b

*L(ucius) V̄alerius
Herma et
V̄aleria Pre-
pusa
5 Lampadi ° f(iliae)
et ° sibi ° s(it) ° t(ibi) ° t(erra) l(evis)*

Fig. α–β: Im. phot. a J. M. A. sumptae.

ABASCAL – ALFOLDY – CEBRIÁN 2011a, 233–235 n. 244 cum im. phot. (*AE* 2011, 580; *HEp* 20, 2011, 191). – Cf. NOGUERA 2012, n. 133 cum im. phot.

5 Litt. F inversa ad genus femininum indicandum.

De nominibus Graecis *Herma* (i. e. Hermas, vide SOLIN 2003, 364) et *Prepusa* vel *Praepusa* (ibid. 979) in titulis Hispanicis vide ABASCAL 1994a, 384 et 465. Pater et mater Valeri cuiusdam liberti veri simillime fuerunt. Nomen Graecum filiae, i. e. *Lampas* (SOLIN 2003, 1240), in Hispania non novimus.

De officina, ubi lapis sculptus est, vide ABASCAL 1992; de ornamentis similibus vide tit. 13, 457.

Ex genere, ex formulis item ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. videtur. J. M. A. – G. A.

13, 535 (= II 3144) tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum in fronte magna ex parte laesum (36,5) × (30). Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) accurate insculptae 7 (v. 1), 6,5 (v. 2), circ. 6 (v. 3); punctum triangulare sursum directum (v. 1). Rep. Segobrigae ante a. 1789, quo vidit J. A. FERNÁNDEZ *en la misma casa [de D(on) Sebastian M(a)r(tine)z Falero]* FERNÁNDEZ. Extat ibid. parieti domus *c/ Las Peñas* n. 15 (olim 17) in altitudine circ. 3 m insertum, ubi descripsimus a. 2004 et im. phot. sumpsimus.



*G(aius) ° Valer[ius]
Hilar[i f(ilius)? - - -]
[N]igrin[u]s*

Im. phot. a J. M. IZQUIERDO sumpta et ab ALMAGRO BASCH publici iuris facta.

FERNÁNDEZ 1789 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4g; id. 1789/90 ms. *R. A. H.* sign. 11/8109/4k f. 46 cum im. del.; id. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/7953/1(38) n. 5 cum im. del. (DE SANTIAGO PALOMARES, ms. *R. A. H.* sign. 9/5939/16 f. 95 n. 5; MASDEU 1783/1805, XVII 402 n. 6; ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 156); id. 1790 ms. *R. A. H.* sign. 9/5597/1 f. 152 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 90r n. 16 et ed. 1792, 114 n. 16; ex ANTIQUIORIBUS, HÜBNER II 3144 cf. p. 944); ALMAGRO BASCH 1984, 232–233 n. 99 cum im. phot.

1 VAL FERNÁNDEZ; VALE HÜBNER. – 2 HILA FERNÁNDEZ. – 3 [N]igrin[o] ALMAGRO BASCH, [N]igrini HÜBNER minus recte nam post litt. N caput hastae declivis litt. V extat.

Ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 536 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere laesum imprimis a sinistra ex parte, in fronte levigatum, alveolis rimisque nonnullis inter litteras, 56 × (89) × 33. In faciebus sursum infraque versis item a dextra anathyrosis in formam parallelogrammi redacta paululum excavata. Sub v. postremo spatium altum circ. 11,5 non inscriptum extat. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto cincta in formam tabulae ansatae redacta 30 × 52; supersunt vestigia incisa ansae dextrae 12 × 25. V. 1–2 sinistrorsum, v. 3 in medio ordinati. Litt. 4,5 (v. 2 litt. T longa 5,5); puncta rotunda. Rep. Segobrigae d. 3 m. Iul. a. 2008 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9893 n. 1, *punto* 83; *tumba* 97; inv. n. 167566; S-714). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2008.



Fig. α



Fig. β

◁Manius▷ ◦Valerius ◦L(uci) ◦⟨f(ilius)⟩
 Špantamicus
 h(ic) ◦s(itus) ◦e(st)

Fig. α–β: Im. phot. a J. M. A. sumptae.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2009, 279–282 cum im. phot. (AE 2009, 625; HEP 18, 2009, 131); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 236–237 n. 246 cum im. phot. – Cf. ABASCAL et al. 2009, 48–49 cum im. phot.; RUIZ DE ARBULO – CEBRIÁN – HORTELANO 2009, 95 cum im. phot.

1 M^r. Valerius l(ibertus) | Špantamicus ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2009 ex II²/7, 11 [= II 3352] praenomine patroni omissio. In titulo VALERIVS ◦L ◦clare legitur. Omissio litt. F pro f(ilius) recurrit in titulis sepulcralibus militum, imprimis eis

Carnunto repertis (cf. huius Corporis vol. III 4473, 4484, 11210, 11213, cet.). – 2 ex. litt. V cornu sinistro prolongato.


De cognomine *Spantamicus* vide amplius 13, 329 et imprimis ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a. [Proc?]ulus *Spantamicus*, qui *forum sternundum d(e) s(ua) p(ecunia) c(uravit)* cum M^r. Valerio Spantamico haud dubie parentela coniunctus est.

Titulus ex genere formulae saec. I parti priori tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 537 (= EE VIII 438 n. 188) tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario superne infraque item a dextra fractum in fronte minus levigatum (33) × (35) × 16. Litt. rusticae minus accurate insculptae circ. 6,5/7,5. Rep. Segobrigae a. 1892 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis sumptu R. H. THOMSON fautoris. Servatur in M. S., ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2002.



-----?
 G(ai-) Var[- - -]
 maio Q[- - -]
 Aplo[.]++[- - -]
 -----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

FITA 1892d, 141–142 ex im. a QUINTERO del. in epistula a R. GARCÍA SORIA missa (HÜBNER, EE VIII 438 n. 188 ex ectyπο a FITA misso); QUINTERO 1913/2007, 106 n. 21 cum im. del; ALMAGRO BASCH 1984, 252–253 n. 115 cum im. phot.

3 ex. duo capita hastarum rectarum clare leguntur.

1–3 C ◦ VA[- - -] MAIO ◦ Q[- - -] | A ◦ PL ◦ M ◦ LI[- - -] FITA, qui supplevit C(aio) Val[er]io Sa[ma]io, q(ui) v(icit) a(mnis) pl(us) m(inus) LI[III] versibus non divisus sine idonea causa; quem magna ex parte secutus est QUINTERO, qui v. 2 ex. QV[- - -] restituit. Correxerit HÜBNER ex ectyπο, C VA+[- - -] MAIO+[- - -] | APIA[.]III[- - -], qui supplevit exempli causa: C(aio) Val[er]io Am[ma]io C[ass]ia Apia vel Apta vel... pia [f]il[io] fecit versibus non divisus. Postea ALMAGRO BASCH C ◦ VAL | MAIO ◦ C | APIO in titulo legit.

V. 1–2 supplenda videntur nomina gentilia *Varbius*, *Varius*, *Varilius*, cet. quoque cognomina Celtica *Maius* (cf. ALBERTOS 1965, 111; EAND., 37; ABASCAL 1994a, 50. 410) vel *Samaius* (ALBERTOS 1966, 197; vide II 3679). Sub Aplo[.]++ cogitari potest de *Aplonius/-a*, *Aplondus/-a*, cet.

Saec. I–II.

G. A. – J. M. A.

13, 538 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario subalbo superne infraque item a dextra et a sinistra ex parte et a tergo fractum, in fronte levigatum pectine ferreo vel caelo dolatum (31,5) × (30) × (30). Litt. profunde insculptae 5 (v. 1–2), 4,5 (v. 3–4) 4 (v. 5). Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9368 n. 333, *punto* 235; inv. n. 142912; S-616). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006 una cum R. C.



 us [- -]
 us [- -]
 Veg[etus? Stat?]-
 uti [filius] [fieri iu]-
 s ssit (vac.)

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 238–239 n. 248 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 194).

4 in. litt. V cornu sinistro prolongato.

1–2 nomina duorum virorum nominativo casu perierunt. Verba *fieri iussit* Segobrigae redeunt tantum in hoc titulo.

Ex litterarum formis saec. II videtur. G. A. – J. M. A.

13, 539 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario pallido undique excepto a dextra fractum, in fronte levigatum (34) × (17) × (23). Litt. 4,5 (v. 1), 4 (v. 2), 3,5 (v. 3); v. 3 punctum triangulare sursum directum. Rep. Segobrigae a. 1999 in effossionibus aulae aetatis Flaviorum a foro ad occidentem versus sitae (UE 3000 n. 94; inv. n. 36271; S-340). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001 et iterum a. 2002, cum im. phot. sumpsit; recognovimus a. 2004.

[- -] Veion(i) (?)
 [- -]++++
 [hic] sit(us) ° e(st)

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 175–176 n. 56 cum im. phot. fig. 55 (AE 2002, 843; HEp 10, 2000, 268); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 177–178 n. 179 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 351).




1–3 litt. E duabus hastis rectis indicata. – 2 ++++ sunt hastae rectae.

Nomen Veionis aliunde non novimus sed cf. *Vejata* (ALBERTOS 1966, 245), *Veibalus* (ALBERTOS 1965, 133) aut *Veivo* et *Veieas* inter nomina Celtica (LÓRINCZ 2002, 151).

Ex litterarum formis saec. II videtur. G. A. – J. M. A.

13, 540 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario subalbo ex duobus fragmentis coniunctum, undique fractum in fronte levigatum (46) × (49) × (28,5). Litt. 8 (v. 1) 5,5 (v. 2) 5 (v. 3–5; v. 5 litt. T longa 6). Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9368 n. 306 *punto* 89 et UE 9368 n. 304 *punto* 226; inv. n. 142885 et 142883; S-615). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit et im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2006.



Verec[unda]
 v̄iç[a]ria +[- -]
 [- -] b(ic) s(ita) [e(st)]
 [Verec]uñd[us - -]
 s [pater?] et [-5/6-]
 [mater? - -]

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÓLDY – CEBRIÁN 2011a, 239 n. 249 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 195).

2 + est pars sinistra litt. C, G, O vel Q.

Sine dubio Verecunda officium privatum exercebat. De officio vide REDUZZI 1990.

Ex formula et ex litterarum formis saec. I posterioris videtur. G. A. – J. M. A.

13, 541 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique excepta facie sinistra fracta, in fronte levigata (46) × (51) × (25). Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio inverso cincta. Litt. 4 (v. 2) 3,5 (v. 3). Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9368 n. 726, *punto* 368; inv. n. 143302; S-613). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006 et im. phot. sumpsit a. 2007.



Fo[- -]
Ver[ecund- -]
h(ic) [s(it)- - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÓLDY – CEBRIÁN 2011a, 207–208 n. 217 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 168).

Nomen defuncti Fo[rtunatus] | Ver[ecundi f(ilius)] sed etiam Ver[ecund-] dedicans vel defunctus fuisse potest.


Ex tituli ordine et ex litterarum formis saec. I ex.

G. A. – J. M. A.

13, 542 (= II 6338 gg) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne infraque resecta, in parte antica superiore rosis circulisque et sub eos serie arcuum exornata, in fronte olim levigata nunc fissuris rimisque laesa (85) × 67 × 16. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 51 × 46,5. Litt. rusticae neglegenter insculptae circ. 4,5/5. Puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 1891 in effossionibus a R. GARCÍA SORIA institutis *al Oriente del famoso cerro en un campo ó heredad que hondamente excavó, hace tres meses, D. Román García* FITA, i. e. sine dubio prope theatrum. Deinde translata *Madrid* in *M. A. N.* (inv. n. 16607) et ex iussu ALMAGRO BASCH a. 1972 denuo in Segobrigam pervenit. Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit et ectypum sumpsit

G. A. a. 1985, cum W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 1991.



D(is) M(anibus) s(acrum)
Vettienae
Anctae Cres-
cens filius
5 matri opti-
mae s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)

Im. phot. a W. K. sumpta.

FITA 1891b, 523 n. 3 (HÜBNER II 6338 gg [“una cum n. 6338 cc” errore inde VIVES, *ILER* 4039] ex ectypo a FITA misso); QUINTERO 1913/2007, 103–104 n. 14 et tab. del.; RIVERO 1933, 69 n. 249; ALMAGRO BASCH 1984, 245–246 n. 109 cum im. phot.; ABASCAL 1992, 317–318 n. 7.

4 litt. S prior inversa insculpta. – 4 et 6 litt. L cum hasta declivi.

3–4 *Anctae Picentinius* QUINTERO, *Anctae Picentivius* RIVERO, *Auctae Picentinius* FITA et HÜBNER, *Auctae Crescentinius* ALMAGRO BASCH et ABASCAL.

Vettienii (SOLIN – SALOMIES 1994, 206) in Hispania hoc titulo solo laudantur.

Ex formulis et ex litterarum formis saec. II ex. vel II in.

G. A. – J. M. A.

13, 543 tit. sepulcralis

Ara sepulcralis ex lapide calcario infra fracta tympano acroteriis exornata, corona in fronte et in faciebus angustis prospicienti, ex duobus fragmentis coniuncta, undique levigata (46) × 42 × (28,5). Pars media (18) × 38. Area titulo inscribendo destinata excavata 10 × (25). Litt. 3 (v. 1), 2 (v. 2), 2,5 (v. 3). Puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9368 n. 516 et 923, *puntos* 319 et 352; inv. n. 143092/143498; S-674). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



D(is) M(anibus) [s(acrum)]
Vi[- - -]
LIA[- - -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 240–241 n. 252 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 198).

2–3 latent nomina defuncti. Cf. e. g. cognomen Latinum *Vitalianus* (KAJANTO 1965, 274).

Ex genere et ex formula saec. II ex. vel III in.

J. M. A. – G. A.

13, 544 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata et infra fracta (43,5) × 55 × 15, rosa diam. 21 ab utroque latere palmis exornata, sub quibus duae series arcuum diam. 10,5. Versus sinistros ordinati spatii inter se variatis. Litterae sub arcibus minus accuratae 4,5 (v. 1); v. 1 punctum in formam virgulae redactum. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo una cum titulo 13,437 in usum posteriorem adhibita in sepulcro n. 5 (UE 9444 n. 12, punto 516; inv. n. 146961; S-534). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006; contulimus a. 2010.



Fig. α



Fig. β

Victori ° an(norum)
XVI (vac.) + Ussaius

Fig. α: im. phot. a J. M. A. sumpta.

Fig. β: im. phot. a J. M. A. machina computatoria usu composita.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 240 n. 251 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 197).

2 + est caput litt. C, G vel S.

Nomen Celticum *Ussaius* aliunde non novimus sed cf. *Usaia, Cusaia*, cet. Vide *Ussaeus* (SOLIN – SALOMIES 1994, 196).

De officina ubi lapis insculptus est, vide ABASCAL 1992.

Ex genere et ex ornamentis saec. I ex. vel II in. videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 545 (= II 3152) tit. sepulcralis

Duo frg. inter se non composita lapidis. Puncta triangularia diverse directa. Fortasse erat stela superne rotundata. Frg. sinistrum *a* in lucem prodit d. 14 m. Ian. a. 1795 copiosae pluviae gratia in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, loco q. d. *basílica visigoda*, ad alterum usum positum, incorporado a un cimientto sepulcral al mediodía del cimiterio próximo a la cerca, i á la de poniente CAPISTRANO 1795. Frg. dextrum *b* servabatur a. 1789 in oppido *Saelices (CU) en la misma casa*, i. e. domi *S. Martínez Falero* FERNÁNDEZ. Fragmenta latent aut perierunt.

VIDEI
 L, CAECIL
 H S
 AN VI

Fig. α




Fig. β

Videlis
L(uci) o Caecil[i] Achoristi
f(ilia) h(ic) o s(ita) e(st)
an(norum) VI[- - -?]
 -----?

Fig. a: Im. frg. a a CAPISTRANO 1795 publici iuris facta.

Fig. b: Im. frg. b a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k.

Frg. a: CAPISTRANO 1795, 23–24. Frg. b: FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 47; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/7953/1(38) n. 7 cum im. del. (DE SANTIAGO PALOMARES, ms. R. A. H. sign. et 9/5939/16 f. 95 n. 7; ABASCAL – GIMENO 2000, 118 n. 156); ID. 1790 ms. R. A. H. sign. n. 9/5597/1 f. 152 cum im. del.; CAPISTRANO, ms. 1792 f. 88v n. 14 et ed. 1792, 113 n. 14 (MASDEU 1783/1805, XVII 401 n. 4; XIX 530 n. 1996); ex ANTIQUIORIBUS HÜBNER II 3152. Fragmenta duo coniuncta edidit tantum CAPISTRANO 1802, 128 (ab eo et ex PRIORIBUS, ALMAGRO BASCH 1984, 237–238 n. 103 cum im. del.).

3 Litt. F inversa ad genus femininum indicandum.

Videlis traditur, fortasse recte, nam CAPISTRANO vir linguae Latinae peritissimus rebus epigraphicis fidedignus fuit. Nomen *Videlis* aliunde non novimus, sed cf. *Delis* (SOLIN 2003, 307); de nomine Graeco Achoristi cf. ibid. 1364.

Tit. ex formula saec. I fortasse tribuendus est.

J. M. A. – G. A.

13, 546 (= EE VIII 439 n. 189) tit. sepulcralis

Lapis infra resectus vel fractus (30) × (38) × ? erat. Rep. ante a. 1892 loco q. d. *Castillejo* intra fines oppidi *Saelices (CU)* a Segobriga circ. km 3 ad orientem versus, frontispicio aedificii insertus FITA. Descripsimus ut potuimus ex testimonio a FITA edito et a HÜBNER accepto. Latet aut periiit.

Traditur:	Fuit fere:
<i>Virbiae</i>	<i>Virbiae</i>
<i>vi +I+</i>	<i>IIA</i>
<i>M[.]N[-3?]-SE</i>	<i>M[.]N[-2?]-SE</i>
<i>[-2?]-]RO[-3?]-</i>	<i>[so]ro[ri] Eu-</i>
<i>tychius</i>	<i>tychius</i>
5 <i>[- - -]ES[- - -]</i>	<i>[- - -]ES[- - -]</i>
-----	-----

FITA 1892d, 145 ex ectypo a R. GARCÍA SORIA accepto versibus non divisus (HÜBNER, EE VIII 439 n. 189, qui ectypum non vidit). – Cf. VALLEJO 2005a, 451; NAVARRO et AL. 2011, 142.

Lectio FITA: *Virbiae M[u]n[nae] Se[mp]ro[nius] Tychius [her]jes [ex testamento f(aciendum) c(uravit)]*. 1–2 *Vir[r]ia M[- - -]n[- - -]* nomen defunctae fuisse, putaverunt VALLEJO 2005a, 451 et NAVARRO 2011, 142, i. e. *Virriae* pro *Virbiae*, sed FITA ex ectypo *Virbiae* tradit.

Nomen *Virbiae* (SOLIN – SALOMIES 1994, 210) Segobrigae tantum laudatum, recurrit in titulo 13, 217.

Tit. ex usu dativi non est anterior saec. I ex.

J. M. A. – G. A.

13, 547 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario subalbo superne infraque item a dextra et a tergo fracta, in fronte olim levigata nunc magna ex parte laesa (22) × (13) × 6. Litt. 4 (v. 1), 3,5 (v. 2–3), 4 (v. 4). Rep. 1999 in effossionibus cryptoporticus exedrae septentrionalis fori prope locum q. d. *Termas del teatro (Estancia 9, UE 2000 n. 113a; cata 1; inv. n. 38703; S-*

339). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



-----?

Ti(beri-) [- - -]

LI (vac.) [- - -]

h(ic) [s(it-) e(st) ?]

Ze[- - -]

-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 169–170 n. 41 cum im. phot. fig. 40 (AE 2002, 841; HEP 10, 2000, 253); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 99–100 n. 85 cum im. phot.

2 ex. *[lib(ertus/-a)? - - -?]* ABASCAL – CEBRIÁN 2002a. – 3 in. vacat ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN. – 4 *Zen[o? - - -?]* ABASCAL – CEBRIÁN 2002a; latet nomen dedicantis. Ex ordinatione lectionem *Ti(berio) [Cla(udio) Vita][li an(norum) - - -] | h(ic) [s(itus) e(st)] | Ze[nonilla]* proposuerunt ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN.

Ex formulis saec. I med. vel ex.

J. M. A. – G. A.

13, 548 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne rotundata olim acroteriis nunc deperditis praedita, infra fracta, rosa circulo cincta in area excavata exornata, in fronte caeli vel pectinis ferrei dolata, atque ab aqua aut fortasse a pluvia magna ex parte erasa (99) × 63 × 30. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta nunc fissuris nonnullis laesa 58 × 43. V. 5 in medio ordinatus. Litt. 5 (v. 1), 4 (v. 3), 6 (v. 4), 4 (v. 5), 5,5 (v. 6), 5 (v. 7). V. 7 litt. T in margine dextra insculpta. Puncta hodie deformia olim fortasse rotunda. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9518 n. 3, punto 112; inv. n. 147600; S-688), ubi lapis in usum posteriorem muro circensi immissus est. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007, qui im. phot. sumpsit a. 2008.



M[- - -]
 [- - - - -]
 ++E++L+++
 s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)
 5 pat[r]i °
 Mad(- - -) et ° Da-
 [-2/3?]-o fecerunt

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 218–219 n. 225 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 174).

1 in. videtur litt. M fortasse ad praenomen pertinens. – 3 ex ectypo supersunt vestigia litt. E et L; ++ primae sunt litt. incertae, ++ in parte media sunt litterae hastis rectis praeditae, +++ postremae sunt litt. incertae. – 5 in parte media extant litt. PAT quasi erasae. – 7 ante litt. F clare legitur litt. O. Versibus 6–7 nomina dedicantium continentur.

Titulus ex genere atque formulis item litterarum formis saec. I ex. vel II anteriori tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 549 tit. sepulcralis (?)

Parallelepipedum ex lapide calcario subalbo a sinistra item a tergo fractum, in fronte levigatum et a dextra paululum laesum 34,5 × (20) × (29). V. 2 brevior sinistrorsum vel concinne in medio ordinatus. Litt. 6 (v. 1 et 3), 6,5 (v. 4). Puncta triangularia sursum directa. Rep. Segobrigae a. 2002 in effossionibus fori prope cryptoporticum septentrionalem (UE 5914 n. 1; inv. n. 85714; S-380). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2002.



[- - - -io ⊂Mani⊃] f(ilio) °
 [- - - - -]
 [- - - -ius] ⊂Mani⊃ ° f(ilius) °
 [- - -]atri
 - - - - - ?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b, 226–227 n. 19 cum im. phot. (*AE* 2003, 995; *HEp* 10, 2000, 310); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 88–89 n. 69 cum im. phot.

2 ex. vacat ALFÖLDY – ABASCAL – CEBRIÁN 2003b.

Ex litterarum punctorumque formis veri simillime aetati Augusti vel saec. I in. tribuendus videtur. G. A. – J. M. A.

Fragmenta minora
 (13, 550–687)

13, 550 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario subalbo undique fracta (17,5) × (15) × (7). Area titulo inscribendo destinata excavata levigata item cymatio duplo cincta. Litt. 6. Rep. Segobrigae a. 1998 in effossionibus domus privatae prope thermas aetatis Flaviorum sitae, i. e. loco q. d. “domus Silvani” (UE 1714 n. 1; inv. n. 40195; S-230), inter septentrionem et occidentem versus a thermis aetatis Flaviorum. Servatur in M. S. inter reposita, ubi J. M. A. descripsit a. 1999.

A[- - -]

- - - - -

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2000, 212–213 n. 32 cum im. phot. fig. 29 (*HEp* 10, 2000, 208); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 339–340 n. 413 cum im. phot.

Superest initium praenominis aut nominis gentilis.



Ex genere monumenti inter saec. I ex. et III.

J. M. A. – G. A.

13, 551 tit. sepulcralis

Stela (?) ex lapide calcario subalbo superne item infra et a dextra fracta in fronte minus levigata (26) × (10) × (21). Litt. 5,5 (v. 1), 3,4 (v. 2). Ante v. 1 spatium altum circ. 14 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 1981 inter quisquilias superpositas aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda* (inv. n. 93256; *Basílica-21*, S-389). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripserunt G. A. a. 1985 et J. M. A. a. 2004. Contulimus a. 2004.



A+[- -]

R[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 377 n. 251 cum im. phot.

1 + est hasta recta litt. incertae minore modulo.


Saec. I-II videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 552 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario cauae *Buixcarró* (V) sitae superne item infra et ab utroque latere fracta, in fronte expolita et a tergo levigata, sulco cincta (16) × (13) × 2,2. Litt. satis

accurate inter lineas ad delineandum ductas insculptae 4,5. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9656 n. 534, *punto* 111; inv. n. 155924; S-575). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



[- -?] A+[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 244 n. 258 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 203).

1 + est hasta recta litt. E, F, N vel sim.

Ex litterae forma saec. I posterioris vel II anterioris videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 553 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario pallido superne probabiliter olim rotundata undique fracta in fronte levigata (10) × (8) × (9). Rep. Segobrigae a. 2000 in effossionibus aulae aetatis Flaviorum a foro ad occidentem versus sitae (*UE* 3000 n. 2420; inv. n. 49417; S-299). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2000.



[- -]+A+[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 161 n. 22 cum im. phot. fig. 21 (*HEp* 10, 2000, 234); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 178 n. 180 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 352).

1 + prior est hasta declivis ad litt. A vel M pertinens, + altera est hasta recta.

1 [Ae]mi[li-], ABASCAL – CEBRIÁN 2002a.

Fortasse saec. I. J. M. A. – G. A.

13, 554 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario subalbo in fronte levigatum caelo dolatum (15) × (11) × (13,5). Litt. accurate inter lineas ad delineandum ductas insculptae 6. Rep. Segobrigae a. 2006 eodem loco, ubi titulus praecedens invenitur (UE 9368 n. 503, punto 326; inv. n. 143079; S-593). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



-----?
[---]A+[---]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 258–259 n. 290 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 234).

1 + est pars sinistra litt. C, G vel Q. J. M. A. – G. A.

13, 555 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario undique fractum in fronte levigatum (15) × (11) × (14). Litt. rubricatae (vestigia coloris adhuc apparent) 4,5. Rep. a. 1981 inter quisquilias superpositas aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basilica visigoda* (sign. BV n. 177, *Basílica* 22; inv. n. 93257; S-495). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit et im. phot. sumpsit G. A. a. 1985; contulit J. M. A. a. 2004.



-----?
[---]AD[---]
[---]ann(orum)---?XII+[---]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 313 n. 369 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 293).

2 + sunt vestigia litterae incertae.

Titulus ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 556 tit. sepulcralis

Parallelepipedum ex lapide calcario undique fractum in fronte levigatum (20) × (13) × (18). Litt. 4/5. Hedera v. 1 ex. Rep. Segobrigae circ. a. 1972/73 in effossionibus portae orientalis amphitheatri. Servatur in M. S. inter reposita (inv. n. 195054; S-799), ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit.



-----?
[---]ae°[---]
[---]SER[---]
-----?

Im. phot. a W. K. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 342–343 n. 419 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 320).

1 in. superest hasta declivis litt. A. – Post v. 2 vestigia litt. desunt.

Titulus ex litterarum formis saec. I ex. vel II in. tribuendus videtur.

G. A. – J. M. A.

13, 557 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario albo undique fracta (6,6) × (7,2) × (11). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Rep. Segobrigae d. 7 m. Aug. a. 2006 in effossionibus partis externae aedificii aetatis Visigothicae extra urbem siti, i. e. loco q. d. *basilica visigoda* (UE 11003 n. 105, punto 145; inv. n. 138055; S-540). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006.



[- -]AE[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 313 n. 370 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 294).

Ex monumenti genere saec. I posteriori vel II anteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 558 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario albo ex duobus fragmentis coniuncta superne item a sinistra infraque et a tergo fracta (33) × (12) × (9). Litt. 4 (v. 2–3); punctum triangulare deorsum directum v. 3. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9361 n. 516 et 517, *puntos* 240 et 242; inv. n. 142347 et 142348; S-607). Frg. servantur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit et im. phot. sumpsit J. M. A. a. 2006.



[- -] Aem?]ilius
[- -] uxo-
[ri? - -] t(itulum) m(emoriae) ◦
-----?

Im. phot. a R. C. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 194–195 n. 201 cum im. phot. (*AE* 2011, 571; *HEp* 20, 2011, 154).

Ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 559 tit. sepulchralis ?

Parallelepipedum ex lapide calcario ab utroque latere item infra fractum, in fronte levigatum et in facie sursum versa caelo dolatum (26,5) × (30) × (6). Litt. 7 (v. 1), 5,5/6 (v. 2). Punctum triangulare deorsum directum. Ante v. 1 spatium altum circ. 7 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 1982 in effossionibus viae urbanae inter locum q. d. *Termas del teatro* et forum sitae, i. e. viae tectae sub porticu septentrionali fori (inv. n. 162263; S-279). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descriperunt G. A. a. 1985 et J. M. A. a. 2004.



[- -]alo ◦ M[- -]
[- -]++ Çae[cili- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 325–326 n. 191 cum im. phot.

2 ++ sunt capita hastarum rectorum; supplendum fortasse NI.

1 fortasse extant nomina defuncti.

Ex litterarum formis, saec. I ex. vel II. J. M. A. – G. A.

13, 560 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario subalbo supra item infra dextraque fracta (33) × (35) × (14). Area titulo inscribendo destinata excavata superne rotundata et cymatio inverso cincta. Litt. 6,5 (v. 1), 6 (v. 2). Puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (*UE* 9656 n. 544, *punto* 118; inv. n. 155934; S-680). Servatur in *M. S.* inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



Am[- -]
D+[- -]
++[- -]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 195 n. 202 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 155).

2 + est hasta recta ad partem sinistram litterae incertae pertinens. – 3 ++ sunt capita hastarum rectorum.

1 satis probabiliter cognomen Latinum vel nomen indigenum defuncti continet, i. e. *Am[atus]*, *Am[batus]*, *Am[oenus]*, cet.

Ex genere et ex litterarum formis saec. I posterioris vel II anterioris videtur. J. M. A. – G. A.

13, 561 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario pallido undique fractae in fronte laesae (9) × (14,5) × (17,5). Litt. 3,5. Rep. d. 26 m. Iul. a. 2006 in effossionibus loci q. d. *basílica visigoda* (UE 11001 n. 14, punto 36; inv. n. 137808; S-561). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006.



[- -] + AR [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 314 n. 372 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 296).

1 + est cornu litt. I vel N. J. M. A. – G. A.

13, 562 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario pallido undique fractum in fronte pectine ferreo dolatum (18) × (27) × (18). Litt. circ. 6 (v. 1); puncta desunt. Rep. Segobrigae a. 2000 inter lapides cumulas prope locum q. d. *basílica visigoda* in effossionibus circ. a. 1980 institutis (sign. *PBAVIS* n. 2; inv. n. 62616; S-312), ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus est. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001.

-----?
[- - ?] A[r]g[an]t[us] - - ?
[- - ?] h[ic] s[it-]] e[st]
-----?

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 166 n. 33 cum im. phot. fig. 32 (*AE* 2002, 834; *HEp* 10, 2000, 245); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 308 n. 359 cum im. phot.

1 supplendum fortasse nomen Celtibericum *Argantol Arganta* (cf. *AE* 1987, 642 et vide tit. 13, 331) aut *Argaelus/a* (vide amplius sub tit. 13, 280).



Titulus ex litterarum formis saec. I tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 563 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (22,5) × (14) × (10), superne flore vel rosa exornata, cuius circulus superest. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Litt. circ. 5. Rep. Segobrigae a. 1981 inter quisquilias superpositas aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda* (inv. n. 93429; *BV* n. 251, S-505), ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus est. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsimus a. 2004.



[- -] AST [- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 314 n. 373 cum im. phot. (*HEp* 20, 2011, 297).

Ex monumenti genere inter saec. I med. et saec. II in. J. M. A. – G. A.

13, 564 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario subalbo undique fractum, in fronte minus levigatum (12,5) × (11) × (12). Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 3,5 (v. 2 litt. T longa 3,8). Puncta triangularia deorsum directa. Rep. Segobrigae d. 27 m. Iul. a. 2006 eodem loco, ubi titulus praecedens invenitur (UE 11005 n. 22, *punto* 41; inv. n. 138214; S-541), in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissum. Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2006.



 [---]+[---]
 [---] ° At[---]
 [---]us ° +[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 308–309 n. 360 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 285).


1 + est pars inferior litt. C, G, O vel Q. – 2 initium nominis defuncti vel dedicanti continet. – 3 + est hasta recta ad litt. I vel L pernitens, 3 in. supplendum fortasse nomen gentile cum exitu [---i]us.

Ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 565 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario subalbo undique fractum (11) × (11) × (10). Litt. 4 (v. 1). Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9656 n. 318; inv. n. 155708; S-675). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



 [---]AT[---]
 [---]ri+[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.


ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 244 n. 259 cum im. phot. (HEp 20, 2011, 204).

2 + ex. caput litt. A vel pars sinistra litt. M, [---P?]rim[---] ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN.

Ex litterarum formis et ex loco, ubi fragmentum in lucem venit, saec. I posterioris videtur. J. M. A. – G. A.

13, 566 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide marmoreo cineraceo (*pavonazetto* R. C. per colloquium) superne et ab utroque latere fracta, in fronte expolita et a tergo levigata ad basi statuae vel monumento inserendam (10,5) × (8) × 2,5. Litt. accurate insculptae 1,8. Hedera v. 2. Post v. 2 spatium altum circ. 3 non inscriptum extat. Rep. Segobrigae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9654 n. 215, *punto* 74; inv. n. 155290; S-661). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



 [---]AV+[---]
 [---]er ° co[---]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 197–198 n. 205 cum im. phot. HEp 20, 2011, 158).

1 + est pars exigua pedis hastae rectae.

1 si nomen continet, fuisse potest *Aur[elius]* sive *[Fl]avi[us]*, cet. – 2 supplendum [---]er *co[niugi]* vel *[mat]er co[---]*, *[frat]er co[---]*, cet.

Ex litterarum formis saec. II tribuendus videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 567 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne item infra dextraque et a tergo fracta (25) × (30) × (10). Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta. Litt. 7,5. Rep. Segobrigae a. 2006 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9368 n. 519, *punto* 245; inv. n. 143095; S-632). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



Ba[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 198 n. 206 cum im. phot.
 (HEp 20, 2011, 159).

1 ex. superest caput litt. A. Supplendum Ba[ebi-], Ba[ss-]
 vel similia.

Titulus ex genere et litterarum formis saec. I posteriori vel
 II anteriori tribuendus videtur. J. M. A. – G. A.

13, 568 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario
 undique fractum (19,5) × (14) × (17). Litt. circ. 7. Post v. 1
 spatium altum circ. 13,5 non inscriptum extat. Rep. Segobri-
 gae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE
 9656 n. 536, punto 66; inv. n. 155926; S-685). Servatur in
 M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2007.



[- -]BA[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 259–260 n. 292 cum im.
 phot. (HEp 20, 2011, 236).

J. M. A. – G. A.

13, 569 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique excepto latere sinistro
 fracta (12) × (19) × (17). Area titulo inscribendo destinata
 excavata cymatio inverso cincta (10) × (10,5). Litt. 3,5/4.
 Ubi et cum fragmentum in lucem pervenit, nescimus sed
 fortasse post a. 1985. Servatur in M. S. inter reposita, ubi
 descripsit J. M. A. a. 1999 et iterum a. 2004.



Cela[us? - - ?]
 Beni[gni? f(i)lius] - - - ?]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL 1999b, 294 n. IV.8 cum im. phot. fig. 10 (AE 1999,
 948; HEp 9, 1999, 309); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a,
 351 n. 432 cum im. phot.

1 ex. superest hasta acclivis ad litt. A pertinens, Cela[dus]
 ABASCAL 1999. – 2 ex. extat caput hastae rectae, bene[merenti?]
 AE 1999.

Nomen defuncti fuisse potest Celadus vel Celatus, qui redit
 frequenter in provinciis Celticis (cf. LÓRINCZ 1999, 47).

Ex monumenti forma inter saec. I med. et II ex. videtur.

J. M. A. – G. A.

13, 570 tit. sepulcralis

Fragmentum parallelepipedum vel stelae ex lapide calcario
 subalbo undique fractum in fronte levigatum (20) ×
 (12) × (12). Litt. 5,7 (litt. I posterior minuta 2,3). Ante v. 1
 spatium altum circ. 4 non inscriptum extat. Rep. Segobri-
 gae a. 2007 in effossionibus coemeterii sub circo (UE 9656
 n. 19, punto 66; inv. n. 155409; S-654). Servatur in M. S.
 inter reposita, ubi descripsit J. M. A. d. 21 m. Aug. a. 2007.



[- -]bilis [- -]
 [- -]+[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.
 ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 244–245 n. 260 cum im.
 phot. (HEp 20, 2011, 205).

2 + est hasta recta litt. incertae.

1 supplendum cognomina [Ama]bilis, [No]bilis, [Sta]bilis
 vel similia. Cave, ne videas nomen municipii Augustae Bilbilis
 casu nominativo laudatum (cf. tit. 13, 317).

Ex litterarum formis saec. II vel III. J. M. A. – G. A.

13, 571 (= II 3153 a) tit. sepulcralis

Rep. Segobrigae a. 1789 in effossionibus a FERNÁNDEZ et A. TAVIRA institutis in aedificio aetatis Visigothicae extra urbem sito, i. e. loco q. d. *basílica visigoda*, ubi lapis in usum posteriorem muro alicui recentioris aevi immissus est. Latet aut periit.




-----?
 [- -]bius
 [- -]mi f(i)lius
 [h(ic) s(itus) e(st)] s(it) t(ibi) t(erra) [l(evis)]

Im. a FERNÁNDEZ del. ex ms. R. A. H. sign. 9/5597/1. FERNÁNDEZ 1789/90 ms. R. A. H. sign. 11/8109/4k f. 21v cum im. del.; ID. 1790 ms. R. A. H. sign. 9/5597/1 f. 151 cum im. del.; ab eo pendent HÜBNER II 3153 a et ALMAGRO BASCH 1984, 284–285 n. 144 cum im. del.

Ex formulis satis probabiliter saec. I. tribuendus videtur.
 J. M. A. – G. A.

13, 572 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario subalbo a dextra infraque fracta, acroterio sinistro inornato, in fronte levigata caelo dolata (31) × (20) × 10. Litt. 5,5. Rep. a. 1999 in effossionibus cryptoporticus exedrae septentrionalis fori prope locum q. d. *Termas del teatro* (UE 2514 n. 1; inv. n. 22449; S-276). Servatur in M. S. inter reposita, ubi descripsit J. M. A. a. 2001; recognovimus a. 2004.



C[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta. ABASCAL – CEBRIÁN 2002a, 177 n. 60 cum im. phot. fig. 59 (HEp 10, 2000, 272); ABASCAL – ALFÖLDY – CEBRIÁN 2011a, 94 n. 78 cum im. phot.

Ex genere et ex litterarum formis saec. I. tribuendus videtur.
 J. M. A. – G. A.

13, 573 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne item infra dextraque et a tergo fracta, in fronte olim levigata nunc magna ex parte laesa (18) × (14,5) × (11). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto lato 5 cincta (10,5) × (8). Litt. circ. 6 (v. 1), 4 (v. 2). Ubi reperta sit, nescitur. Servatur ab a. 1973 in M. S. inter reposita, ubi descripsit G. A. a. 1985 et W. K. im. phot. sumpsit. Recognovit J. M. A. a. 2004, contulimus eodem a.



 C[- -]
 E+[- -]

Im. phot. a J. M. A. sumpta.

ALMAGRO BASCH 1984, 317–318 n. 182 cum im. phot.
 2 + est hasta recta.

